[illegible]
[illegible]
[illegible]

מבשרו זובו טמא הוא
אתו בזובו רר בשרו את זובו
ו מזובו טמאתו הוא כל
שכב עליו הזב יטמא וכל הכלי
יטמא ואיש אשר יגע
בגדיו ורחץ במים וטמא
שב על הכלי אשר ישב עליו
ורחץ במים וטמא עד הערב
הזב יכבס בגדיו ורחץ במים
ב וכי ירק הזב בטהור וכבס
ים וטמא עד הערב וכל
כב עליו הזב יטמא וכל
יהיה תחתיו יטמא עד
אותם יכבס בגדיו ורחץ
ר הערב וכל אשר יגע בו
שטף במים וכבס בגדיו ורחץ
ר הערב וכלי חרש אשר
וכל כלי עץ ישטף במים

Secunda Pars de Officio Missae Mgri Pauli de Pyskowiecze

טהרה מזובה וספרה לה שבעת ימים ואחר
תטהר וביום השמיני תקח לה שתי תרים
או שני בני יונה והביאה אותם אל הכהן אל
פתח אהל מועד ועשה הכהן את האחד
חטאת ואת האחד עלה וכפר עליה הכהן
לפני יהוה מזוב טמאתה והזרתם את בני
ישראל מטמאתם ולא ימתו בטמאתם בטמאם את
משכני אשר בתוכם זאת תורת הזב ואשר
תצא ממנו שכבת זרע לטמאה בה והדוה
בנדתה והזב את זובו לזכר ולנקבה ולאיש אשר
ישכב עם טמאה

וידבר יהוה אל משה אחרי מות שני בני
אהרן בקרבתם לפני יהוה וימתו ויאמר
יהוה אל משה דבר אל אהרן אחיך ואל יבא
בכל עת אל הקדש מבית לפרכת אל פני
הכפרת אשר על הארן ולא ימות כי בענן
אראה על הכפרת בזאת יבא אהרן אל הקדש
בפר בן בקר לחטאת ואיל לעלה כתנת בד

prout infra declarabitur. In quo quidem articulo apostolus posuit duas credendas veritates distinctas. Et prima est de sacramento benedicte eucharistie cum dicit sanctorum communionem, ita enim hoc venerabile sacramentum fuit vocatum a patribus sicut patet per Dionysium de angelica ierarchia. Secunda veritas tangitur de sacramento penitentie cum dicit remissionem peccatorum. Et istas duas veritates descripsit beatus Iudas contra duas hereses circa ipsas errantes, et per has quidem veritates munitur universalis ecclesia contra heresim [illegible]norum, qui verbis secundum consecrationem ipsius communionis committunt et omnibus credentibus indistincte. Et contra istos hereticos invehit beatus Iudas dicens sanctorum communionem, quasi dicat quod non omnibus consecrare sacramentum benedicte eucharistie datum, sed dumtaxat illorum qui sunt sanctificati per sacri ordinis susceptionem. Secundam veritatem descripsit contra heresim Catharorum, qui bigamos accipiunt et penitentiam non recipiunt, prout recitat Augustinus in libro de origine heresum. Et ex istis duabus veritatibus sumuntur duo documenta katholica. Primum est quod sacramentum dignissime eucharistie recipit homines sanctos et perfectos ad sui consortium et sanctificationem, quia dicit hic apostolus sanctorum communionem. Secundum documentum est quod sacramentum penitentie debet esse adiunctum sacramento eucharistie, quia ista duo sacramenta hic apostolus in nono articulo coniungit. Ratio est quia per sacramentum penitentie mundatur conscientia ut eucharistie efficaciam digne. Cum enim quidam eucharistiam manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus domini, ut inquit apostolus i Cor. xi. Et ergo beatus Iudas dicit sanctorum communionem.

Unde sicut in corpore naturali operacio unius membri cedit in bonum totius corporis, ita in corpore spirituali scilicet in ecclesia. Et ideo quia omnes fideles sunt unum corpus, bonum unius communicatur alteri. Ad Ro. xii: Multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Unde inter alia que apostoli credenda tradiderunt est quod communio bonorum sit in ecclesia, et hoc est quod dicitur sanctorum communio. Inter alia autem ecclesie membra principale membrum est Christus, quia ipse est caput ecclesie, ut dicitur Ephe. i: Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, que est corpus ipsius et plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Bonum ergo Christi communicatur omnibus christianis, sicut virtus capitis communicatur omnibus membris. Et hec communicatio fit per sacramenta ecclesie, in quibus operatur virtus passionis Christi ad peccatorum remissionem et ad gratie collationem. Huius autem sacramenta sunt septem. Primum est baptismus, que est regeneratio quedam spiritualis. Sicut enim vita corporalis non potest haberi nisi homo nascatur carnaliter, ita vita spiritualis haberi non potest nisi homo renascatur spiritualiter. Et hec regeneratio fit per baptismum. Io. 3: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest videre regnum dei. Et sciendum quod sicut homo non nascitur corporaliter nisi semel, ita semel tantum baptizatur. Et ideo sancti addiderunt in alio symbolo: Confiteor unum baptisma. Et ergo virtus baptismi quod purgat ab omnibus peccatis et quantum ad penam et quantum ad culpam. Et inde est quod nulla penitentia imponitur baptizatis quantumcumque fuerint peccatores

et si moriantur immediate post baptismum statim evolant in celum. Item
est certum quod licet ex officio soli sacerdotes baptizare debeant, tamen in casu ne-
cessitatis licet cuilibet baptizare servata tamen forma baptismi que est
ista: Ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti
amen. Sicut ergo hoc sacramentum virtutem ex passione Christi habet, Ro. vi°: Quicum-
que baptizati sumus in Christo Ihesu, in morte
ipsius baptizati sumus. Unde est certum quod sicut Christus fuit tribus diebus in sepulcro
ita sit triplex immersio in aqua. Secundum est confirmacio. Sicut enim
illis qui naturaliter nascuntur necesse est vires sumere ad operandum, sic spiritualiter
renatis ~~opus est~~ necessarium est robur spiritus sancti, ita et apostoli ad hoc
quod essent fortes receperunt spiritum sanctum post ascensionem Christi. [illegible]
et hic augetur robur confertur in sacramento confirmacionis. Et ideo qui
curam habent puerorum diligenter studere debent ut pueri confirmentur
quia in confirmacione confertur magna gracia. Et si decedat maiorem
gloriam habebit quam non confirmatus, quia fit hic de gracia. Tercium
est eukaristia. Sicut enim in vita corporali postquam homo natus est et
vires sumpsit necessarius est cibus ut conservetur et sustentetur, ita et in
vita spirituali necessarius est cibus spiritualis qui est corpus Christi. Johannis vi°:
Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem
non habebitis vitam in vobis. Et inde est quod secundum ordinem ecclesie quilibet
Christianus semel in anno debet recipere corpus Christi. Unde tamen et digne quia
qui manducat et bibit indigne, hoc est cum consciencia peccati mortalis
de quo non est confessus vel absolute non proponit, hic iudicium sibi
manducat et bibit. i Cor. xi°. Quartum est penitencia. Contingit enim
quod in vita corporali quis infirmatur et nisi habeat medicinam
moriatur; ita in vita spirituali infirmatur quis peccato. Unde ad sa-
nitatem recuperandam est necessaria medicina, et hec est gracia que confer-
tur in sacramento penitencie. Ps. ciii: qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sa-
nat omnes infirmitates tuas. Debent autem esse in penitencia tria, scilicet contri-
cio que est dolor de peccatis cum proposito abstinendi, confessio cum
integritate, et satisfactio per bona opera. Quintum est extrema un-
ctio. In hac vita sunt multa que impediunt quod non potest homo perfecte
post penitenciam consequi a peccatis purgacionem, et ideo quod nullus potest ingredi
ad vitam eternam nisi sit perfecte purgatus, necessarium fuit aliud sa-
cramentum quo homo ab infirmitate [illegible] preparetur ad introitum regni
celestis. Et hoc est sacramentum extreme unctionis. Et hoc est quod non
sanatur corporaliter, quod forte non expedit anime. Jacobi v°: Infir-
matur aliquis ex vobis, inducat presbiteros ecclesie ut orent pro eo
ungentes eum oleo in nomine domini, et oracio ~~infirmi~~ fidei salvabit infir-
mum, et si in peccatis sit dimittentur ei. Sic ergo sunt quinque sacramenta per que
[illegible] perficitur vite. Sed quia necessarium est quod hec sacramenta ministrentur per deter-
minatos ministros, ideo necessarium fuit sacramentum ordinis, cuius ministerio
hec sacramenta dispensantur. Nec est attendenda vita eorum sed
[illegible] quod ipsa sacramenta efficaciam habent. i Cor. iv: Sic nos exi-
stimet homo ut ministros Christi. Et hoc est sextum sacramentum. Septimum est matrimonium.

fidei

in quo si inde vivunt homines salvantur / et puer sine peccato mortali vivit
vivit. Per hec autem sacramenta consequitur remissionem peccatorum / Et ideo sequitur
quem remissionem peccatorum / Apostolus etiam aliud est ... remittere peccata
Et ideo credendum est quod ministri ecclesie / habent potestatem solvendi quia
ecclesia sit potestas dimittendi peccata / Decimum est autem quod non solum virtus
passionis Christi communicatur nobis / sed etiam meritum vite Christi / et quicquid
boni fecerunt omnes sancti communicantur hiis qui in caritate vivunt
/ quia omnes unum sunt / Ps. particeps ego sum omnium timentium te / Et
unde est / quod qui in caritate vivunt participes participes sunt omnibus
bonitatibus que fit in toto mundo / Sed tamen specialius illis pro quibus
specialiter fit aliquid bonum / Nam unus potest satisfacere pro alio / Sic
patet in beneficiis ad que plures congregationes admittuntur / Sic
duo habemus per hanc communionem / unum est quod meritum passionis Christi commu-
nicatur omnibus / aliud quod bonum unius communicatur alii / Unde excommu-
nicati perdunt et partem omnium bonorum que fiunt / quod est maius damnum
quam amittere quecumque temporalia / Est etiam aliud periculum quia constat quod per suffra-
gia impeditur diabolus ne nos temptet / Unde qui excluditur quis ab
huiusmodi suffragiis facilius diabolus vincit eum / Et inde est / quod in pri-
mitiva ecclesia statim cum quis excommunicabatur / diabolus vexa-
bat eum corporaliter / Et ideo quod ... communionem sanctorum
quia sanctorum est bonorum spiritualium per sacramenta ecclesie congre-
gatio / de quibus unusquisque in ecclesia unitus et meritis sanctorum innititur
participat / ... capitem efficit mediante adiutorio gratie divine
et sibi participat meritum et adiutorium / et meritum sanctorum in
celo et in terra / Ad includendum [illegible] singuli capacitatis admittantur
requiruntur scilicet fides / obedientia / et caritas / ut volens esse particeps
fideliter credat / humiliter obediat / et veraciter diligat / Qui rumpit
fidem est hereticus / Qui rumpit obedientiam fit scismaticus / Et
qui rumpit caritatem fit et est excommunicatus / saltem excommuni-
catione maiore et separatur a sanctorum communione / Que dicta tria debite
servat / sed triplex funiculus difficile rumpitur / ... in ... Triplex
funiculus difficile rumpitur et consolatur / Quod funiculo in ecclesia
ut sit particeps omnium bonorum in ea existentium / Nam sic in
ecclesia credendum est cor unum / et anima una / ut dicitur Act. iiii
/ Licet omnia bona spiritualia sint ei quia communia plus unus par-
ticipet de illis quam alter / secundum quod ipse per predicta ea se plus dispo-
nit ad capacitatem applicando vires suas cum maiori fervore de-
siderii et laboris / ut habeat fidem caritatem formatam et obedien-
tiam cum humilitate et caritate formatam animatam / Sed et
quilibet debet conari / ut possit proficere ecclesie / et aliquid boni ad quo
non sanctorum apportare / ut ipse possit aliorum bonis eo plus
particeps fieri / Causa autem potior quam bona ecclesie quia sunt
est caritas / quia illa non querit que sua sunt / sed quod est utile
et bonum multis / est enim boni diffusiva seu distributiva / Quod
bonum ecclesie in singula membra corporis Christi mistici distribuatur
potest declarari per tria exempla / Primum est in homine in quo cibus
cum fuerit bene digestus digeritur ad singula membra sana / Se-
cundum exemplum est in arbore / in qua humor per radicem

Firmiter

Sed dicitur quid est indulgencia. Respondetur est remissio pene temporalis pro peccatis actualibus debita aliquo [illegible] suffragante dispensato ex thezauro ecclesie. Remissio pene [illegible] quia omnis indulgencia est remissio et non econverso [illegible] alia impedit [illegible] suffragium et alia indulgencia quia suffragium per [illegible] indulgencia per auctoritatem [illegible] ad illos qui sunt in purgatorio sed quoad [illegible] illos auctoritatem [illegible] eis [illegible] suffragia sed non indulgenciis facte pene debite [illegible] ad [illegible] remissio debite

attractum dividitur per singulos omnes ramos saltem non aridos. Tercium exemplum est in fonte emanante qui dividitur in multos rivos non obstructos. Cum autem homo aliquod membrum vel ab arbore aliquis ramum amputat ad illum non mittitur nutrimentum. Sic quod ab ecclesia aliquis absciditur per scisma inobedienciam vel excommunicacionem seu caritatis amissionem tunc privatur suffragiorum communione et bonorum ecclesie participacione. Et hoc quilibet christianorum deberet valde timere et fugere. Quia si est abscisus est in statu dampnacionis et omnibus bonis ecclesie privatus quo ad participium. Non enim est tunc capax indulgenciarum nec aliquorum bonorum gratuitorum vite eterne meritoriorum. Sunt autem tria subsidia inter alia que de suffragiorum communione proveniunt scilicet indulgencie peccatorum, preces suffragiorum et suffragia mortuorum. De primo notandum est secundum quod indulgencie veniunt de thezauro ecclesie et suffragiorum communione hunc dispensare habent prelati ecclesie plus et minus hinc et isti dando secundum causam racionalem. Circa quod tria requiruntur ad hoc quod indulgencie valeant secundum Thomam super iiii° Sentenciarum dis. xx. Duo ex parte dantis et duo ex parte suscipientis. Ex parte dantis requiritur auctoritas et causa racionalis scilicet utilitas ecclesie. Ex parte suscipientis eciam duo scilicet quod sit contritus et devotus id est ut sit in statu merendi et faciat illud pro quo indulgencia est data secundum formam in indulgencia expressam. Queritur hic si indulgencia tantum valeat quantum sonat. Dicendum quod sic quo ad remissionem pene, non autem quo ad meritum vite eterne nisi ex consequenti. Valent autem xl dies indulgenciarum cuilibet promerenti tantum quantum valent quadraginta dies penitencie. Et annus indulgencie quantum unus annus penitencie facte secundum determinacionem vel relaxacionem factam sive a sacerdote sive a iure sive a iusticia divina. Dies predicti et anni ~~non sunt~~ non sunt dies celi vel purgatorii sed mundi quia in mundo est huiusmodi dierum vel annorum distinccio non in celo vel in pena purgatorii. Secundo queritur utrum omnibus valeat tantum xl dies quantum alteri. Dicendum quod non quia ~~actus~~ actus activorum non sunt nisi in paciente disposito. Et quia non omnes promerentes indulgencias sunt equaliter dispositi non valent equaliter eis sed secundum quod sunt magis vel minus dispositi sic magis vel minus valent eis ad remissionem pene vel ad meritum vite eterne. Unde sicut xl dies penitencie plus valent uni perficienti eam cum maiori caritatis fervore etc. cum perficit ita dico quod xl dies indulgenciarum plus valent illi qui se ad eas magis disponat scilicet maiori caritatis fervore fidei devocione et labore et maiori affectione. Unde ecclesie dati quantitate valet tamen cuilibet promerenti quadraginta dies indulgenciarum tantum quantum ~~valet et~~ valent ei xl dies penitencie in penitencia, non tamen equaliter omnibus sicut nec xl dies penitencie equaliter valent omnibus. Tercio queritur quia ad idem factum tres episcopi dederunt indulgencias ita quod quilibet dedit xl dies an ibi tunc sint centum et viginti dies. Dicendum quod non sed solum sunt ibi xl dies scilicet illi quos dyocesanus dedit vel confirmavit. Quia episcoporum potestas circa indulgencias est limitata sic quod ad idem factum plures episcopi non plus possunt dare quam xl dies et in die consecracionis ecclesie non possunt plus quam unum annum dare. Hoc habetur per concilium generale extra de penitenciis et remissionibus, Cum ex eo. Tercio quia

Sed remissio non [illegible] ipse indulgencie. Sed porro absolucio peccati quia fit per contricionem et confessionem meritis alienis suffragante pene satisfactorie per quam peccatorum remissio. Item remissio [illegible] indulgencia est pene remissio satisfactorie dispensato thezauro ecclesie pena [illegible] remissionis pene meritis aliorum operatis facte. Sic quod aliquis per [illegible] orat vel ieiunat aut elemosinas dat et ille pro quo ieiunat absolutus apud quem debebat et illa remissio satisfactoria est indulgencia. Quia fit meritis dispensato ex thezauro ecclesie et non est relictum in thezauro ecclesie. Sed quid sit thezaurus ecclesie [?] [illegible] meritis Christi et sanctorum super erogacionem [?] [illegible] te per subsidio [illegible] [illegible] satisfaccio [illegible] pene debite.

An propter indulgencias quas quis consequitur obmittere possit penitencias
sibi iniunctas. Respondet sanctus Thomas in iiii° libro dis. xx dicens Con-
sulendum est hijs qui consequuntur indulgencias ne propter hoc
ab operibus penitencie iniunctis abstineant, ut et indulgenciis remedium
contra peccata futura consequantur. Et quasi a debitis pene essent im-
munes. Ideo est ut frequenter homines plurium penarum debitores
sint quam sciant et credant. Ideo est omnibus consulendum quod non vitent
satisfactionibus commissionibus indulgenciarum in hac vita, sed ut reservent
sibi eas ad purgatorium. Secundo queritur an cum [illegible] pro vivo
possit alteri vivo indulgencias mereri. Respondet sanctus Thomas super
iiii° dis. xx quod non, nisi causa indulgencias sic dat. Quicumque
faciat hoc, vel pro quocumque fit hoc, scilicet pro quo datur indulgencia, ille habet
tunc indulgenciam, tunc valet ei pro quo fit. Hoc tunc iste qui pro alio
opus faceret daret ei indulgenciam, sed ille qui indulgencias sub pre-
dicta forma dedit. Et hanc solucionem [illegible] Bonaventura. Tercia
questio qua queritur utrum indulgencie valeant existentibus in pur-
gatorio. Dicit sanctus Thomas super dis. eadem xx libro iiii° sententiarum quod simpliciter
loquendo eis non valeat, nisi quis mereatur eis indulgencias, nisi
fiant sub tali forma. Quicumque fecerit hoc vel illud, ipse pater eius vel
quicumque ei adiuvans in purgatorio est detentus. Tantum de indulgen-
cijs habetur. Sequitur non solum vivo sed etiam mortuo prodest indulgencia.

Dubitatur si tunc prelatus, ut puta papa, posset pro libitu suo animas de
purgatorio liberare, et hoc dicere: solvo illos qui sunt sub terra. Respondeo
quod non, quia ad hoc ut indulgencie valeant requiritur conveniens et idonea
causa. Nec solvit illos sub terra, sed porrigit auxilium. Secundo
ad secundum, scilicet ad preces seu de precibus sanctorum, est dicendum quod preces
ecclesie sibi subveniunt et caritate per preces seu oraciones suas. Ideo
ecclesia triumphans orat deum pro ecclesia militante, et hij qui in
purgatorio sunt, quod plus fervent in caritate in patria quam fervebant
in via, et in via oraverunt pro vivis et defunctis in purgatorio.
Secundo oppositum asserere est error quorumdam hereticorum dicen-
cium sanctos pro nobis non orare. Contra quos publice dicimus
in letanijs Sancte Petre, ora pro nobis. Secundum dicit sanctus Thomas
super iiii° libro sententiarum dis. xlv quod illi heretici sunt contra articulum fidei
qui est quod sanctorum [illegible]. Tercio queritur quibus ex quo sancti in celo
orant pro nobis, queritur an nostris oracionibus possimus ad eos dirigere
rogando ut orent pro nobis. Respondetur secundum sanctum Thomam ubi supra
dis. xlv quod illud quod orando petimus est vita beata, ut dicit Augustinus,
quia omnia alia que petimus non petimus nisi secundum quod ad vitam
beatam ordinatur. Vitam beatam solus deus scit dare. Sancti vero possunt
nobis cooperari per preces suas et merita ut nobis detur. Oracio
igitur ipsa et directe non solum fit ad deum a quo expectamus
quod orando petimus, sed fit etiam ad sanctos oracio vel deprecacio ut eorum
precibus et meritis vitam beatam obtineamus. Igitur dicit Job v Voca
si est et ad aliquem sanctorum convertere, scilicet rogans eum ut oret
pro te, quod potest etiam secundum Gregorium ibidem est [illegible] deum precibus deposcere.
Ideo cum volumus deum orare debemus ad sanctos converti ut pro nobis

orent. Secundo queritur an maior sanctus plus sit exoradus quam
minor. Respondet sanctus Thomas super iiij° libro dist. xlv q. v et ibi solvit tres
sequentes questiones. Dicit enim quamvis superiores sancti sint deo magis
accepti, utile tamen est minores exorare propter quinque raciones. Prima
est quia aliquis habet maiorem devocionem ad sanctum minorem quam ad ma-
iorem, et ex devocione autem maxime dependet oracionis effectus. Secundo
propter fastidium tollendum, quia assiduitas enim unius rei fastidium parit.
Per hoc autem quod diversos sanctos oramus, quasi in singulis sanctis novus
fervor devocionis excitatur. Tercio quod quibusdam sanctis datum est in
aliquibus specialibus causis patrocinari, ut sanctus Anthonius dicitur
liberare ab igne infernali. Quarto ut omnibus sanctis exhibeatur honor
a nobis. Quinto quod oracionibus plurium quandoque impetratur quod unius
oracione non impetraretur. Tercio queritur an sancti audiant vel intelli-
gant oraciones nostras et desideria que ad ipsos habemus. Respondet quod apud
sanctorum in celo duplex est cognicio. Una est vespertina, sive naturalis
rerum in suo genere, et ex hac cognicione non vident ea que circa
nos aguntur aut que petimus. Alia est cognicio eorum matu-
tina, scilicet rerum in verbo; hac vident ea et intelligunt que ad eorum
gloriam pertinent et laudem. Hoc autem pertinet ad eorum laudem ut au-
xilium indigentibus prebeant ad salutem earum. Et sic cognoscunt
in verbo vota oraciones et devociones hominum qui ad eorum auxilium
confugiunt, et plures cognoscunt aliquas cogitaciones hominum cordis
in verbo vel alio modo, quando deus eis hoc revelat. Licet est tamen putandum
quod videant omnia in verbo, quia non vident illud secundum totalitatem virtutis
sue. Vident autem omnia que ad eorum pertinent beatitudinem. Ad
eorum vero beatitudinem pertinet ab omnibus laudari et invocari et invo-
cantibus subvenire. Ideo omnia illa noscunt in verbo. Quarto queri-
tur an sancti ~~in omnibus~~ semper a deo in suis peticionibus pro nobis
exaudiantur. Respondet quod sanctorum oracio pro nobis duplex sit, uno modo expresse
et expresse, secundo interpretative, que est per modum meriti. Primo
modo quicquid petunt obtinent, quia non expresse petunt nisi quod sciunt deum
velle dare, vel semper vel ab eis orantibus. Secundo modo aliquando exau-
diuntur, quando est pro se seu de se, id est quantum est ex parte meri-
torum, licet non semper exaudiuntur propter nostra demerita. Dices ex quo
non petunt expresse nisi quod cognoscunt deum velle dare, quid tunc efficit
eorum oracio, cum deus eque daret si non orarent? Respondetur quod cogno-
scunt quod deus per eorum preces vult dare, et ideo rogant. Nam deus
aliqua vult facere per se et absolute, et pro hiis non rogant, et aliqua
vult facere ad preces eorum, et pro hiis orant seu rogant. Quinto
queritur ex quo sancti sunt rogandi ut orent pro nobis, numquid
Christus dominus qui est sanctus sanctorum sit orandus ut oret patrem ce-
lestem pro nobis. Respondet quod hoc non sit simpliciter faciendum, quia Christus
est persona seu suppositum divinum et humanum. Si ergo diceretur orando Christe
ora pro nobis patrem, nichil addendo, huiusmodi oracio videtur referri
ad personam dei, et sic videtur consonare errori Nestorii, qui distinxit
in Christo personam filii hominis a persona filii dei. Sed ut persona filii

homines rogaret personam filii dei aut deum patrem / quod consonaret
errori arrii / qui posuit personam filii minorem patre / Unde ad era-
res hos vitandos / ecclesia non dicit / Criste ora pro nobis / sed criste audi
nos / vel miserere nobis / Si autem aliquis sic diceret Criste secundum tuam
humanitatem ora pro nobis deitatem / posset hoc esse / Tamen simplices
hic cavendum est diuinitus qui nesciunt distinguere / nec est aliqua persona
in diuinis racione personalium attributorum exoranda / sed racione essencia-
lium attributorum / ut sunt bonitas maiestas pietas etc. / Tercio ad ter-
cium scilicet de suffragiis mortuorum dicendum quod oracio sanctorum et eorum maxime
est eis proficua / qui in purgatorio sunt / aliter tamen et aliter / Nam
ecclesie militantis oraciones et suffragia sunt hiis quedam satisfacciones vi-
cariam loco mortuorum / et secundum hoc absoluunt mortuos in
purgatorio a pena / quam non soluerunt / Sed sancti in patria
cum non sint in statu merendi / et satisfaciendi eorum oraciones non
soluunt penam quam illi non soluerunt / sed impetrant pene miti-
gacionem / quam diuine pietati cognoscunt hoc placere / Sicut dicit Augustinus
libro de predestinacione sanctorum / oraciones sanctorum predestinatis prosunt
quod forte preordinatum est / ut intercedencium oracionibus saluentur
De modo mortuorum suffragiis dictum est supra in libro quibus pro-
sunt et quibus non / Hic queritur an existentes in purgatorio cognoscant
quis faciat pro eis suffragia / Videtur quod sic quando eis fiant aut facta
sint suffragia / hoc percipiunt ex pene mitigacione / aut abreuiacione
Sed quis fecit illa suffragia / non cognoscunt secundum Augustinum in libro de
cura pro mortuis agenda / nisi ex diuina reuelacione / vel bonorum
angelorum manifestacione / aut aliorum de hinc modo noviter separa-
torum relacione / Secundo queritur an illi in purgatorio orent pro
nobis / Videtur quod possibile sit eos orare pro nobis / et precipue pro illis
qui eis subueniunt / Et hoc pulcre habetur in libro celestium reuelacionum
beate Brigide / Sed Richardus de media villa / hoc negat super iiii
dis. xlv / [illegible] aut Thomas super iiii dis. xlv videtur velle dicere quod non
eo quod non sunt in statu merendi / et eciam quod sunt in magna afflictione
et magis indiget ut oretur pro eis / [illegible] quod ipsi orent / Iste tamen raciones salvo
iudicio meliori / non videntur michi oraciones afflictorum impedire
nisi illorum qui sunt in tanta pene acerbitate / quod nesciunt an sint
saluandi aut eternaliter dampnandi / a qua pena petimus eos liberari
quando dicimus libera eas de ore leonis / et de profundo lacu / et ne
absorbeat eas tartarus / super pene acerbitate / Quarto ad secundam
partem articuli decimi est dicendum / quod extra ecclesiam et sanctorum communionem
non fiat remissio peccatorum / quia extra ecclesiam non est salus / eo quod sine
fide impossibile est placere deo / hebreorum xi° / Siue ergo peccatum sit originale
siue actuale in ecclesia est remedium / Nam per baptismum tollitur omne
peccatum in baptisato non ficto / siue is qui baptisatur tunc sit adultus
siue paruulus / Post baptismum autem quocienscumque quis prolapsus in
peccatum originale actuale / siue sit mortale siue veniale fuerit potest
per penitenciam remitti / que est secunda tabula post naufragium / Cuius
tres partes integrales sunt / Contricio in corde / Confessio in ore
et satisfactio in facto / Ex quibus tribus penitencia integratur / quando peccator

[illegible]

omnem culpam mortalem perpetratam de facto deserit et ipso accusat
et animo detestatur proponens nunquam iterare peccatum. Hiis autem debite concur-
rentibus cum absolucione facta ab eo in quo est ordo sacerdotalis
clavis et iurisdiccio, absolvitur homo a peccato et redditur gracie et recon-
ciliatur deo mediante clave sacerdotali. Hic est advertendum quod inter
partes penitencie contricio est semper de necessitate. Confessio vero et satis-
factio cum sunt de esse penitencie habita opportunitate. Non dubium quin christus re-
parator hominis est pontifex piissimus, medicus peritissimus, et iudex
equissimus, cuius siquidem pietatis summa in gracia venie a mortali culpa
reparacio. In hoc apparet quod condonat omnia peccata mala qualiacumque et
quantacumque sint, et quocienscumque fuerint perpetrata. Hinc est quod huius
clementissimi pontificis est peccatores suscipere ad veniam, non tamen semel
vel bis, sed quocienscumque supplices imploraverint eius clemenciam.
Tunc autem vere imploratur quando intervenit penitencie lamentum, et quod sit per se
homo convertit, quamdiu est in statu presentis vite, quod vertibilis est in
bonum et in malum. Hinc est quod qualitercumque et quocienscumque homo
peccaverit ad penitencie sacramentum potest bene recurrere. Hec signa dei cle-
mencia ostenditur in scriptura sepe. Unde ysaie xlix dicit: Numquid mulier
potest oblivisci infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui; et si illa
oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui. Ecce in manibus meis
descripsi te. Et Jere. iii° vulgo dicitur: Si vir dimiserit uxorem suam
et recedens ab eo duxerit virum alterum, numquid revertetur ad eum
ultra? numquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem
fornicata es cum multis amatoribus; tamen revertere ad me, et ego sus-
cipiam te, dicit dominus. Cui concordat illud Ezech. xviii°: Convertimini
ad me et agite penitenciam ab omnibus iniquitatibus vestris, et non erit vo-
bis iniquitas et ruina; quare moriemini domus Israel? Nolo mortem
peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Convertimini ad me et vivetis.
Ecce quanta est dei misericordia et piissimi domini ihesu pontificis clemen-
cia, non sinens peccatorem desperare, sed nec minor medici nostri
providencia ~~medici nostri providencia~~, adhibet enim sicut prudens et
expertus medicus remedia per que non tantum morbus auferatur, sed
eciam causa precidatur. Cum peccatur in deum delectacione, consensu
et perpetracione, sive corde, ore et opere, hinc est quod prudentissimus me-
dicus constituit contra deordinacionem peccatoris ut reformaretur
penitenciam per veram contricionem contra delectacionem in corde con-
ceptam, per puram confessionem oris contra consensum voluntatis
et quo ore peccavit oris, et penitenciam per satisfactionem operis contra operis perpetra-
cionem inordinatam. Et autem superius dixi hec pars penitencie que dicitur
contricio in omni vera penitencia semper est necessaria, quod sine illa morbus anime
non curatur. Et ut possit esse verum remedium contra peccatum, ut
ipsum tollat et eius causam precidat, debet ea includere dolorem de
omnibus peccatis preteritis, cessacionem ab omnibus peccatis presentibus, et firmum
propositum quo ad futurum ab omnibus peccatis abstinendi, ita quod habeat proposi-
tum nunquam recidivandi vel in idem vel in aliud genus peccati. Et sic tota-
liter recedendo a culpa per penitenciam suscipit graciam et obtinet veniam
omnium peccatorum. Post premissa in curacione morbi est manifestari

domini ihu iudicis equitas / et recta iusticia / Et quia ipsius in sua
persona non est iudicare ante iudicium ultimum et finale / ideo particula-
res iudices constituit ante illud finale iudicium / scilicet sacerdotes
qui sunt medii / inter deum et hominem / deum offendentem quibus est con-
cessa est potestas duplicis clavis / scilicet clavis scientie ad discernendum / et
clavis que est potestas ligandi et solvendi ad dimittendum et absolucio-
nis beneficium impendendum / Circa hoc tunc est tenendum / quod licet
unusquisque sacerdos habeat ordinem et clavem / ad eos tamen usus cla-
vis tantum se extendit / qui sibi et superiorum ordinacione sunt subiecti
vel concessi / et ad quos et in quibus casibus sibi conceditur ut
eis beneficium absolucionis impendat etc / Hic est ulterius sciendum
quod sicut homo tenetur de omnibus peccatis conteri / ita dicit et tenetur omnia
peccata simul uni sacerdoti que sunt in memoria / et si scienter uni aliqua
/ et alia alteri confitetur dividendo sic confessionem / talis tenetur de
novo omnia peccata sua uni confiteri / Et si dicis / quid est utile peccata
ad alciorem auctoritatem spectancia sacerdoti simplici confiteri de
quo scio quod non habet potestatem me absolvendi in casibus domino episcopo re-
servatis / Respondetur quod plene omnia tuo curato confiteri / aut confes-
sori a te electo est utile / Primo propter preceptum ecclesie / Secundo ut ma-
iorem habeas ruborem et facilitatem consequendi peccatorum indulgenciam
/ Tercio ne sis fallator et unum appareas pecca/tor coram sibi / Et ille simplex
dicit te a quibus potest absolvere / et cum ceteris peccatis eius potestatem exce-
dentibus ad superiorem mittere / vel ut pluribus doctoribus placet / Primo
ad auctoritatem superioris in casibus reservatis mittere / et per absolucio-
nem a peccatis ceteris tibi tunc beneficium absolucionis plenarie
impendere potest / Ulterius est sciendum / quod deus non dimittit peccatum unum
mortale sine alio / quia totum hominem spiritualiter sanat / quem sanat / quia alias esset
homo offensus / et non offensus / Quod autem ad perfecte non potest esse / quia quodlibet mor-
tale tollit totum habitum caritatis infuse / Circa hoc potest queri / an peccatum
veniale sine mortali dimittatur / Respondetur secundum sanctum Thomam super iiii° li-
bro dist. xvi. ad hanc questionem et quasi sequentes / quod non / quia peccatum ve-
niale opponitur caritatis fervori / mortale vero directe opponitur cari-
tati / Sublata ergo caritate tamquam priore tollitur fervor caritatis et non econverso
/ Ideo fervor caritatis non potest restitui sine caritate / et per consequens peccatum veniale
non potest dimitti sine mortali / Peccatum autem mortale posset dimitti / sine
veniali / quia caritas potest restitui homini absque scilicet fervore caritatis / Secundo queritur
an peccatum veniale posset dimitti voluntate manente / Ad illud dicitur
quod non / quia culpa non dimittitur sine voluntatis inordinacione / Igitur si
peccatum debet dimitti / oportet inordinacionem voluntatis dimitti / Si illa non
dimittitur / quamdiu manet voluntas aliud peccatum respectu cuius volun-
tas fuit inordinata / Tercio queritur an unum veniale peccatum possit sine
alio dimitti / Respondetur quod si sint duo venialia simul cum aliquo mor-
tali / tunc neutrum illorum potest dimitti sine mortali / Neque sine alio quamdiu
sunt cum mortali / immo si homo decedit in peccato mortali / cui annexum
esset aliquod annexum veniale in eternum non dimittitur veniale.

et in eternum paradisus punietur / cum tamen de per se correspondet pena
temporalis / et non eterna. Secundo autem duo venialia / aut plura
sunt simul sine mortali / unum sine alio dimitti potest / quia non habent connexionem / nec tollunt caritatem. Quarto queritur / an peccatum veniale
male possit dimitti / sine nove gratie infusione. Respondetur quod sic
quia peccatum veniale non tollit gratie gratum facientis / aut caritatis
habitum / sed solum actum virtutis / non enim avertit hominem ab ultimo
fine / neque commutat bonum incommutabile / sed impedit actum
in ultimum finem / adeo non requiritur novus habitus ad eius expulsionem / sed sufficit caritatis novus motus in finem ultimum / cum displicentia illius peccati venialis. Quinto queritur an veniale possit dimitti
sine contricione. Respondetur quod non / quia ut dictum est in solucione secunde
questionis / veniale non dimittitur quamdiu manet voluntas ad illud
/ Si ergo voluntas debet ab illo recedere / necesse est sibi displicere quod prius
volebat / talis autem displicencia dicitur contricio / que est gradus inferior. Unde est notandum quod ad quorumlibet peccati voluntarii remissionem requiritur voluntatis a peccato aversio / Et quia duplicia sunt aliqua esse voluntaria. Quedam sunt omnino aliqua voluntaria ut peccata mortalia / et in
quibus requiritur voluntatis aversio ab eis et hoc in speciali / aliqua sunt
partim voluntaria / et partim non / ut quotidiana venialia / ad quorum
dimissionem sufficit aversio voluntatis in generali / et quasi implicite
/ et tunc sit quando ex fervore caritatis fit aversio ab omni peccato / et omnium
peccatorum in genere detestacio / tunc implicite omne peccatum veniale displicet / et fiet displicencia explicita de hoc veniali et de illo, si
memorie se offerret / et tunc illud ex fervore caritatis remittetur
/ Et posset esse ita fervens motus caritatis in deum / quod omnia venialia peccata consumeret / etiam sine actuali distinctiva cogitacione
ipsorum. Sexto queritur an venialia teneamur confiteri. Respondetur quod
non oportet de salutis necessitate / sed est bene de perfectione / quod homo confiteatur ea / et penitencia tamen est de venialibus habenda / etiam racione dubii
sunt confitenda / quando dubitatur / an sint venialia / aut mortalia / aut
racione statuti / quando homo tenetur confiteri / et non habet alia ad confitendum
nisi venialia / aut racione periculi / quando venialis delectacio ad consuetudinem producta
est / quod nisi homo se avertat trahet in mortale / nunquam tamen non idem
actus in numero / qui est venialis fit mortalis / sed bene idem in specie.
Circa hunc articulum sciendum est / quid sit peccatum mortale / et quid veniale. De hoc magister Johannes Bleubot(?) in scripto super iiii^o sententiarum dicit. Peccatum veniale in[?] aliud est quam inordinata delectacio
/ vel dolor inordinatus in possessione / vel in amissione rei licite
concesse / ubi nullus error contra salutem admiscetur / et quamvis
in corde pro fundamento tenetur / hoc videtur sentire beatus Augustinus Enchiridion
capitulo lxx et apostolus i Cor. iii^o dicens. Fundamentum aliud nemo
potest ponere preter id / quod positum est Christus Jesus / Si quis super edificaverit
aurum / argentum / lapides preciosos / ligna / fenum / stipulam etc.
Deum sine tamen dum est / ne in peccato sit contemptus / quia tunc in
talibus mortale peccatum vitat / Dicens committit ne aliquod peccatum

veniale fiet. Unde quod sic absque tamen pleno dissensu et placen-
cia fiet contemptus et sic fiet mortale. Sic dicit magister Johannes
de hugo de igne purgatorii dicit quod veniale si placet criminale
est. Omne enim peccatum est inordinatio quedam voluntatis. Inordina-
cio autem illa aut est tanta quod ordinem iusticie evertit ex toto et tunc
est mortale quoniam aufert vitam anime separando ipsam a deo per quem
anima vivificatur per graciam gratum facientem. Aut inordinatio est
ita modica quod ordinem iusticie non pervertit sed in aliquo tamen
perturbat et tunc dicitur peccatum veniale quod de ipso possimus cito
adipisci veniam pro eo quod graciam non tollit per ipsum. Nec homo per
veniale meruit inimiciciam divinam. Per hugonem de tencie declara-
cione scitur peccatum mortale et veniale. Dicit Bonaventura
super secundo libro sententiarum distinctione xxiv quod omne peccatum actuale originem
trahit a libera voluntate uniuscuiusque per suggestionem dele-
ctacionem et consensum et operacionem. Unde Jacobus i: unusquisque
temptatur a concupiscencia sua abstractus et illectus. Deinde cum con-
cupiscencia conceperit parit peccatum. Peccatum autem cum consummatum
fuerit parit mortem. Si ergo suggestio et delectatio manserit citra
consensum tunc veniale est. Si vero sequitur consensus et opus
in hiis que divina lege prohibita sunt peccatum est mortale. Si autem
medio modo fiat sic ut consensus in delectacionem transit non
tamen vult in opus procedere sed vult inherere voluptati in delecta-
cione sicut gaudet in fornicacione et aliis consimilibus tunc igitur peccatum est
mortale licet non sit plene consummatum. Si vero vellet in
opus procedere si posset tunc item est mortale gravius tamen quia ipsius
quod voluntas pro facto reputatur. Matthei v: qui si inspexerit mulierem ad
concupiscendum eam iam mechatus est in corde suo. Dicitur
quis est ordo iusticie qui per peccatum ~~evertitur~~ mortale evertitur.
Unde per Bonam venturam ordo inquit iusticie est ut bonum
incommutabile bono commutabili et bonum honestum bono uti-
li et ut voluntas dei preferatur voluntati nostre et ut iudicium racio-
nis recte preferatur ~~voluntati divine~~ sensualitati humane. Contraria ergo lex dei
iustum ordinem precipit et prohibet contrarium. Quando ergo bonum commu-
tabile preferatur bono eterno et bonum utile honesto et voluntas
nostra voluntati divine preferatur et sensualitatis appetitus preferatur racioni
recte tunc committitur mortale quod evertitur ordo iusticie divine.
De quo mortali dicit Ambrosius in libro de paradiso quod peccatum sit pre-
varicatio legis divine et celestium inobediencia mandatorum.
Quando vero bonum commutabile plus debito diligitur sed non preferatur
incommutabili et utilitas non preferatur honestati et voluntas
nostra plus debito amatur ita tamen quod non preferatur divine voluntati et
caro concupiscit non tamen iudicio racionis recte tunc peccatum non est
mortale sed veniale quod licet hoc sit preter legem non tamen est directe
contra legem. Sensualitas autem appetitus racioni recte non preferatur
nisi cum ei ab ipsa racione consentitur. Et hoc mortale peccatum sine consensu

non committitur / ideo dicit augustinus in libro de duabus animabus peccatum
est voluntas retinendi / vel consequendi quod iusticia vetat / Ultra
que autem in speciali quorum errores concluduntur / primus est hereticorum
qui dicunt indultum hoc esse credere quod indulgencie deo datur / omni-
bus porrigentibus manum adiutricem pro fabrica ecclesie / scilicet in duo-
decimum / tertiam / aut quartam / aut septimam sibi iniuncte penitentie
/ quia sic remissio daretur precuniaria / et sic gracia esset venalis / Fundatur
/ quia platina damus indulgenciam intendit ut saltem intende quod ani-
plerae autem dei et gloriam et honorem non pecunie congregationem
nam / ut omnes capaces sint indulgenciarum qui dat ad fabricam
ecclesie tamquam elemosinam / sed solum illi qui sunt immunes a
peccatis mortalibus / et qui ex devocione tribuunt habentes fidem recta
/ et in sanctorum quorundam confidenciam / per clavium ecclesie potestatem / po-
sunt enim confidere de sanctorum suffragiis / et eorum meritis in eorum
honore seu veneracione illa ecclesia edificatur / et precipue confidere de
dei adiutorio gracioso / cuius cultus in illa ecclesia exercetur / Secundus
est error valdensium hereticorum dicencium sanctos non orare pro nobis
nec eorum auxilium esse implorandum / cuius oppositum satis est ostensum
supra / Item animas in purgatorio orare pro nobis / quae non in vita eterna
Tercius error est hereticorum / quod nullus sacerdos habeat potestatem absol-
vendi et ligandi / sed solus deus ysaie xliiiio ego sum qui deleo ini-
quitates tuas / Respondetur quod solus deus dimittit peccata et absolvit
auctoritative / sed sacerdos facit hoc ministerialiter vel 1o secundum sententiam
domini xviii / hanc potestatem absolvendi et ligandi dominus concessit apostolis et
eorum successoribus Joh. xx accipite spiritum sanctum / quorum remi-
seritis peccata etc. / Et Mathei xviio quodcumque ligaveritis super terram
erit ligatum et in celis etc. / Quartus est error dicencium quod penitentia non
valeat ad remissionem peccati / quia sic deus non gratis dimi-
ttit peccatum / sed propter meritum penitentie / Respondetur quod licet non causet suf-
ficienter peccati dimissionem / sed dominus deus de sua gratuita voluntate
gratis dimittit peccatum / et ipse deus est causa efficiens dimissionis
/ actus penitentie est causa dimissionis sine qua non / nisi quis peniteat peccatis
a non dimittitur / Quintus error est dicentium penitentiam non esse ite-
randam / secundum illud apostoli ad hebreos vio impossibile est eos qui semel
illuminati sunt / et prolapsi / rursus renovari ad penitentiam / huius error
contrarium ondit magister sententiarum dis. xiiii quarti libri multis auctoritatibus
Dicit enim ezechielis xviiio Quacumque hora peccator ingemuerit salvus
erit / Unde est sciendum quod triplex est genus seu modus est penitentie / est enim quedam
penitentia privata seu occulta / que fit in occulto pro occultis peccatis
Alia est penitentia que fit in manifesto pro manifestis peccatis / Secunda pe-
nitencia est sollempnis / que in capite ieiunii incipit et extra ecclesiam
penitentes expelluntur / pro aliquibus horrendis peccatis vel de hoc 2o decreti
in c. in capite / Prima penitentia semper potest iterari / sed non ita frequenter
Secunda vero secundum quia antiqua non debet iterari / et secundum sanctum Thomam
super iiiio dis. xiiii iterari non debet / ne vilescat / alicubi est contraria

consuetudo et ibi potest iterari cum sollemnis penitentia ubi autem consue-
tudo non est et ille qui sollempniter penituit iterum in horrendum
peccatum est prolapsus non relinquendus est in desperatione nec
claudendus est sibi locus penitentie private et publice licet solle-
mnis tamen non sit imponenda Auctoritas apostoli allegata est intel-
ligenda quod baptismus cum prima non sit iterandus vel exponitur
impossibile i. difficile valde est hominem renovari i. ad innocentiam
perditam pervenire quoniam sicut omnes status vitiati insufficienter per
penitentiam veniam consequentur et homo ad puritatem status innocen-
tie quoque restituatur tamen dignitas illius status innocentie non
recuperatur Albertus vero Magnus de hoc articulo sic inquit

Albertus

Decimus Symon autem Chananeus interpretatur post Jacobum
fratrem suum carnalem posuit volumen Detulit enim fratri [illegible]
maturum eo quod Jacobus ille episcopus erat Jerosolimorum Dicit igitur
Remissionem peccatorum hic autem dixit respiciens ad secundum opus
spiritus sancti et est sensus Credo in spiritum sanctum qui facit remis-
sionem peccatorum Quia sic diximus omnem articulum secundum substan-
tiam sibi divinam veritatem vel in essentia divina vel in persona
in [illegible] personarum operationibus vel passionibus Non enim fit remis-
sio peccati nisi in spiritu sancto quod ostendit Joh. xx ubi dicit Accipite
spiritum sanctum quorum remiseritis peccata etc. Et sic omne baptisma
quod est peccati ablutio dicitur fieri spiritu sancto Act. i vos baptizamini
in spiritu sancto non post multos hos dies

Exposicio

Undecimum volumen posuit Judas Thadeus frater Symonis
di. Carnis resurrectionem Et hoc porrigit Zacharias cap. x. Su-
scitabo filios tuos Et Job xix Scio quod redemptor meus vivit
et in novissimo die de terra surrecturus sum Qui dicit Credo quod
omnes homines in die iudicii resurgent a mortuis non sua sed divina
virtute Unde Anathasius ad cuius adventum omnes homines resurgere habent
ad cor. [illegible] et red. [illegible] de factis [illegible] Salomon inquit
Multi de hiis qui in terre pulvere dormiunt evigilabunt alii in
vitam eternam alii in obprobrium sempiternum Et alibi dicit
Remanet mortuum ducem interfectum tunc resurgere Nam spiritus sanctus non
solum sanctificat animam quantum ad animam sed etiam in virtute eius corpora
inde resurgent Ad Collos. ii Qui suscitavit illum [illegible]
[illegible] et vos cum mortui essetis in delictis carnis vestre conviu-
ificavit [illegible] scilicet corpus et animam cum eo quod per [illegible] mortem et per
[illegible] resurrectionem mortuorum i Cor. xv Et sciendum est quod secundum fide
[illegible] credimus resurrectionem mortuorum futuram prout dicit [illegible]
dicit b. Thadeus Secundum quod ex fide resurrectionis futurum [illegible]
[illegible] utilitates Prima ad tollendas tristitias quas ex mortuis conci-
pimus Impossibile enim est quod homo non doleat de morte patris vel ami-
ci sed [illegible] quod sperat eum resurrecturum mitigatur dolor mortis
i Thess. iiii Nolumus vos ignorare de dormientibus ut non

Apostolus [illegible] Machabeorum [illegible] / septem fratres propter spem resurrectionis et legem dei passi sunt mori et di-
versa tormenta passi / Et nos [illegible] mortem propter quod non debemus formidare
sed fugere / sed potius desiderare [illegible] in [illegible] ad fortunatum portum / sicut
cupit nauta [illegible] de naufragio / peregrinus de exilio / et infirmus de hospicio ruinoso / [illegible]
[illegible] in hoc mundo tamquam in mari periculoso / sic in exilio [illegible] peregrinum [illegible] / et in hospi-
cio ruinoso / quia [illegible] / quod autem [illegible] intellectum est [illegible] ad

Hebreorum [illegible] [illegible] qui [illegible] ad bene operandum / ita timor supplicii retrahit a malo / ut dicetur

contristemini sicut ceteri qui spem non habent / Secundo aufert timorem
mortis / Nam si homo post mortem non speraret aliam vitam melio-
rem sine dubio mors esset timenda nimium et potius deberet homo que-
cumque mala facere quam mortem intrare / sed quia credimus aliam vitam
meliorem ad quam perveniemus post mortem / constat quod nullus debet mor-
tem timere / nec timore mortis aliquod peccatum facere Hebreorum 2 ut per mortem
destrueret eum qui habebat mortis imperium id est dyabolum et libe-
raret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti / Tercio red-
dit sollicitos et studiosos ad bene operandum / Si enim vita hominis esset tantum
ista in qua vivimus non inesset hominibus magnum studium [illegible] ad
bene operandum / et quia [illegible] parvum esse [illegible] desiderium autem
non sit ad bonum deceptum secundum certum tempus sed ad eternitatem / sed
quia credimus quod post hanc vitam [illegible] virtuosa opera recipiemus bona in
resurrectione generali / ideo studemus bonis operibus 1 Corinthiorum 15 Si in hac
vita tantum in Christo sperantes [illegible] resurrectionem futuram [illegible] non speremus
miserabiliores sumus omnibus hominibus / Quarta quia retrahit nos
a malo / sicut enim spes premii allicit ad bonum operandum / ita amor

retrahit a malo

pene quam credimus [illegible] Johannis 5 [illegible] in supplicium
eternum [illegible] et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite / qui
vero mala egerunt in resurrectionem iudicii / et ibi erit fletus et stridor den-
tium Matthei 24 [illegible] circa expositionem huius articuli / Est quo
[illegible] veritas credenda de universali resurrectione
scilicet ista quod omnes homines [illegible] suscitabuntur / sed non omnes glorificabuntur
quam Iudas Thadeus descripsit contra heresim Saduceorum / qui negant
resurrectionem mortuorum ut patet Actuum [illegible] et [illegible] et Damascenus
[illegible] / de qua veritate sunt hec documenta
moralia / quia corpus [illegible] quod resurrecturum speramus in generali resur-
rectione admirabiliter custodiri cum magna reverencia et diligencia
ut non inquinetur / nec polluatur quemadmodum preciosa regalia [illegible]
reges [illegible] solent cum diligencia custodiri / Contra illud [illegible]
[illegible] homines [illegible] corpora sua in [illegible] / ut patet
[illegible] / Circa quem articulum sunt notanda septem / Primo veritas resurrec-
tionis / Secundo causalitas eius / Tercio qualitas / Quarto resurgencium ydemptitas
Quinto integritas eorundem / Sexto etas et quantitas / Et septimo incor-
ruptibilitas omnium resurgencium / Primo de quo debemus credere resurrectionem
esse futuram non est dubium / quia [illegible] confessio fidei [illegible]
non possit subesse falsum / hoc ergo presupposito quod in veritate resurrectio fiat
/ Est primo querendum [illegible] erit resurrectio / Secundo que erit causa resurrectionis
Tercio qualis erit resurrectio / an naturalis vel miraculosa / an instantanea
vel successiva / an manifesta vel occulta / Quarto an resurgentes
idem numero sint resurrecturi / Quinto si integri cum omnibus membris
resurgent / Sexto an eque iuvenes et equales resurgent / Septimo
an [illegible] sint incorruptibiles et immortales / Circa primum
ad primum dicendum est / quod omnes homines sic resurgent / quod est de lege qui

hoc dico propter Christum et eius matrem virginem gloriosam Mariam quorum resurrectio iam est completa. Probatur autem omnium hominum generaliter futura resurrectio fieri in veritate per illud Joh. v: Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei, et qui audierint vivent. Et illud i Cor. xv: Omnes quidem resurgemus. Et quod non est maior aptitudo unius corporis quam alterius ad resurrectionem secundum quod est ex parte corporum, sed resurrectio erit secundum exigenciam divine iusticie, que vult in resurrectione unicuique reddere pro loco et tempore prout meruit. Cum ergo corpus cum anima meruit gloriam perpetuam vel penam scilicet miseriam per culpam, ut totum quod ex anima et corpore coniungitur, necesse erit secundum ordinem divine iusticie corpus resurgere et anime reuniri, et non potius unius hominis quam alterius. Igitur erit resurrectio generalis omnium de lege generali. Unde beatus Gregorius libro xiiii Moralium volens probare dicit quod resurrectionis fidem ex obediencia non tenent, certe hanc ex racione tenere debuerunt. Et post: Ecce lumen de luce, quod quotidie moriendo oculis subtrahitur, et rursus resurgendo revocatur. Secundum exemplum est de arboribus, que viriditatem suam moriendo amittunt, et rursus post hiemem quasi resurgentes reparantur. Tercium exemplum de seminibus, que in terra putrescendo moriuntur et rursus germinando quodammodo resurgunt. Secundo ad tercium dicendum est quod causa nostre resurrectionis est Christus, qui est deus et homo. Inquantum deus est causa efficiens principalis et etiam exemplaris, sicut rerum omnium. Inquantum autem homo similiter est causa duplex nostre resurrectionis: est enim causa efficiens instrumentalis per imperium vocis, et est causa exemplaris in eo quod per resurrectionem sue resurrectionis, nam eius resurrectioni debemus conformari secundum illud Philippenses iii°: Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Est tamen hic sciendum quod licet efficiencia resurrectionis Christi se extendat ad resurrectionem tam bonorum quam malorum, secundum quod est causa efficiens instrumentalis secundum illud i Cor. xv: Christus resurrexit, et nos resurgemus. Ro. v: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Exemplaritas tamen eius hec se solum extendit ad bonos, qui sunt conformes filiacioni ipsius, ut dicitur Ro. viii°. Hic queritur an vox tube sit causa nostre resurrectionis. Respondetur quod erit causa secundaria et instrumentalis. Hec vox erit secundum quosdam vox domini nunciantis resurrectionem fieri. Unde dabit voci sue vocem (glossa: id est fortitudinem suscitandi corpora). Secundum alios vox tube est Christi indicans eiusdem manifestacionem in mundo ad iudicandum. Unde Crisostomus in omelia: tubam sonare nichil aliud est quam mundo suum iudicium denudare. Secundo queritur an angeli sint ad cooperandum ad resurrectionem

Nota

ad

Rndetur quod sic quo ad collectionem cinerum / dominificatio autem cor-
porum et eorundem cum animabus unio ac glorificatio fiet a
solo deo absque angelico ministerio / Secundo ad tertium scilicet de resurre-
ctionis qualitate / dicendum est / quod ea erunt in resurrectione primum
corporum reformatio et purgatio / alterum iterata cum corporibus co-
nexio / scilicet anime et corporis inseparabilis colligatio / quantum ad pri-
mum et secundum resurrectio est miraculosa / quia primum est contra
naturam cursum / et in eo supra naturam / sed quo ad secundum est resurre-
ctio naturalis / non quidem effective / sed dispositive / actu simpliciter loquendo
resurrectio est dicenda miraculosa / non naturalis / Et est resurrectio in-
dicta ea est subito / et non successive / quia fiet illa sola divina virtute
que non indiget mora in sua actione / sed collectio cinerum que fiet
ministerio angelorum / non fiet subito / et in tempore indivisibili / sed in tempore
proprio perceptibili / Septimo queritur / an resurrectio quando fiet de nocte / an
de die / Rndetur probabiliter quod futura sit in crepusculo matutino seu
diluculo / sole existente in oriente / et luna in occidente / quia in tali dispo-
sitione creata creduntur sol et luna / Et quia in tali diluculo secundum
augustinum christus resurrexit / Queritur octavo / an tempus resurrectionis possit
determinate sciri / Rndetur quod secundum sanctum Thomam super iiii distinctione xliii
iii q. non / non enim potest sciri per motus celi calculationem / neque per
revelationem / et hoc ideo ut omnes sint semper solliciti et parati occurre-
re christo quacumque hora venerit / Et si per revelationem aut naturalem cogni-
tionem posset sciri dies resurrectionis / igitur et iudicii / quia illi imme-
diate post resurrectionem quem et iudicium ut supra dictum est in octavo
articulo / sed de die iudicii nullus scit / Non autem quivis / De die illa et
hora nemo scit / neque angeli celorum etc. / igitur nec homines / quia si homines
per aliquam naturalem investigationem scirent / multo fortius angeli natura-
li cognitione / Et si per revelationem tunc angeli scirent / quia homini reve-
lationes non nisi mediantibus angelis conferuntur sicut dicit Dionysius
capitulo iiii^o celestis ierarchie / Et dicitur actuum i^o apostolis querentibus de hoc / Christus i
dixit / Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater
posuit in potestate sua / Ex quo ut beatus Augustinus li. xviii^o de civitate
dei dicit / omnium de hac re calculantium digitos resolvit et quiescere iu-
bet / quia enim apostolis querentibus dominus noluit indicare / nec aliis reve-
labit / unde omnes qui tempus usque ad finem mundi numerare voluerunt actenus
falsiloqui inventi sunt / Credidit enim ut Augustinus dicit ibidem ab ascensione
domini usque ad ultimum eius adventum quadringentos annos / alii quin-
gentos / alii mille completos quorum falsitas patet / et similiter patebit
eorum qui adhuc computare non cessant / Nec secundum beatum thomam etc.
patet quod nimia presumptio eorum / qui credunt se ex scripturis determina-
tum numerum invenisse / expendendorum usque ad antichristi adventum
cum hoc sancti doctores non reperibile relinquerunt / precise enim cum
anni menses et dies numerati et determinate expressi in scripturis ponan-
tur pro numero annorum mensium et dierum indeterminato ut patet

annorum

in glosis in apocalipsi Johannis. Tercio queritur an resurrectio co-
munis quiter omnium hominum debeat differri usque ad finem mundi aut ali-
quorum hominum preter Christi resurreccionem et matris eius debeat ante finem
mundi fieri ut Enoch et Helie quos Antichristus occidet ut patet apocalipsi xi. Re-
spondetur quod quia resurrectio generalis omnium hominum preter Christum et matris eius dig-
nissime resurreccionem ut aliqui volunt Johannis evangeliste de quo michi
asseritur erit in fine mundi erit a morte communis omnium proveniens secundum i
ad Corinthios xv In adam omnes moriuntur Hebreorum ix statutum est hominibus semel
mori et quiter omnes homines expectabunt quousque resurreccionem secundum
apostolum ad Hebreos Hebreorum xi et glosam ibidem in fine capituli xi Dicit enim
hii omnes testimonio fidei probati non acceperunt promissionem i. ple-
nam corporis et anime beatitudinem deo aliquid nobis melius providente ne
sine nobis consummarentur i. perficerentur glosa ut in gaudio
omnium gaudium maius esset gaudio gaudium singulorum Notandum est
quod secundum scholasticos super iiii° distinccione xlii dicit videtur quod hii qui cum Christo re-
surrexerunt Matthei xxvii cum Christo ascendisse corporaliter sed in 3a parte
summe sue q. liii videtur beatus Augustinus consentire qui in epistola ad Evo-
dium dicit eos iterum dormivisse post resurreccionem Christi testimonium De
Enoch et Helie resurrectione et in celum ascensione diversi docto-
res et expositores super capitulum xi apocalipsis varia dicunt immo contraria
asserunt videtur tamen in meo iudicio meliores sunt cum beato Augustino
Ambrosio sancto Thoma Petro de Tharantasio Bonaventura et ceteris quod
eorum resurrectio corporalis ad vitam immortalem non precedat quam
resurreccionem futuram per notabile tempus quod quia eorum cum multis
aliis est simul Tercia omnes homines qui nondum resurrexerunt simul in
uno tempore valde parvo resurgent ita quod non notabiliter unus aliud
precedat Ideo dicit apostolus i Corinthiorum xv Omnes quidem resurgemus et ibidem
immutabimur omnes ordinatur in momento et in ictu oculi cuius dicti Ri-
chardus super iiii° sententiarum distinccione xliii assignat triplicem racionem Secundum
prima est meritum fidei Nam si videremus homines successive resurgere
dicit Jeronimus experimentum de resurreccione et per consequens fides non haberet
meritum secundum Gregorium in omelia quando humana racio prebet ex-
perimentum Secunda est unitas corporis mistici quia omnes unum corpus
sumus in Christo Ideo congruum est quod omnes simul ad unam gloriam re-
surgamus sed non ad gloriam anime quia hic esset dampnum importa-
bile igitur ad gloriam corporis Tercia est subsidium infirmitatis nostre quia
sancti dum sua desiderant corpora vehemencius eciam desiderant nostram
salutem secundum illud Hebreorum xi Deo pro nobis ad melius providente
ne sine nobis consummarentur et cetera ut supra Ex quo ad quartum principale scilicet
de resurgencium identitate dicendum quod quilibet homo idem in numero resurget
probatur per illud Job xix Rursus circumdabor pelle mea et in carne
mea videbo deum salvatorem meum quem visurus sum ego ipse et
non alius et cetera Et notanter dicit pelle mea ego ipse et non alius ad deno-
tandum identitatem numeralem Non enim si idem homo qui meruit debeat premia-
ri aut iustum est necesse est ut idem corpus et eadem anima in resurreccione re-
rum coniungatur que prius fuerunt simul coniuncta dum viveret ante mortem

Nam si anima aliud alicuius corpus assumeret / non esset resurrectio sed
novi corporis assumptio / Et licet prius corpus in multis electorum fuit
mortale grossum corruptibile defectuosum et obscurum passibile
et grave / erit in resurrectione immortale / subtile incorruptibile / sine
defectu et clarum impassibile / et agile / Et dico notanter aliquorum electorum
/ quia corpora reproborum licet sine defectu non [illegible] resurgant et fiant incorrup-
tibilia / non tamen erunt impassibilia / nec subtilia agilia aut clara / sed
erunt valde passibilia grossa ponderosa et obscura / Quarto ad quartum
principale scilicet resurgentium integritate dicendum est / quod omnes homines tam
boni quam mali / tam senes quam iuvenes resurgent in omni membrorum
integritate / et sic nec defectu / ac deformitate puta sine superfluitate
gibbositate / mutilacione membrorum / transposicione in situ vel ordi-
ne / Hec omnia tollentur in omnibus preter perfectionem et veritatem
nature / Ideo dicit Augustinus in Enchiridion de omnibus mortuis resurgent incor-
rupti .i. in membris integris / 1 Cor. xv / Dices impii resurgent ad
penam / Ideo defectus et deformitates merito debebunt in eis manere
Respondeo quod quia resurgent ad penam eternam / et non temporalem / Ideo defe-
ctus et deformitates non pertinentes ad penam temporalem merito seu de
congruo debebunt ab eis auferri / ut illa volunt / sed Augustinus in Enchiridion
relinquit sub dubio / Primo queritur si ungues et capilli / et quicquid
est de veritate humane nature resurget in homine / Respondeo quod sic / Luce xxi.
Capillus de capite vestro non peribit / ungues autem et capilli resurgent
quia sunt ad corporis decenciam / Et de veritate nature humane / dicitur esse non
totum humidum radicale / neque totum humidum seminale secundum materiam
/ sed totum humidum secundum speciem / quia tota figura debita et situatio mem-
brorum resurget / sed non omnis materia que fuit sub illa figura hominis / quantum ad
situationem membrorum / Illud vero resurget in uno sed quod primo et plus
in ipso ad esse secundum speciem accessit / quia in quo unumquodque habuit esse no-
bilius et plus participavit de humana specie in illo resurget / Si vero
equaliter in diversis fuit in quo prius fuit in illo resurget / Secundo
queritur an costa Ade de qua / Eva fuit formata resurgat in Adam
vel in Eva / Dicitur quod in Eva quia ibi participat nobilius esse / Item quia
in Adam non fuit de veritate nature individui sed speciei / Tercio quaeri-
tur / si unus nutriretur solis carnibus hominis humanis / queritur in
quo ille carnes comeste / et in natura comedentis converse resurgant / Re-
spondetur quod in illo resurget / ad cuius integritatem magis pertinent seu
in illo in quo plus de specie humana participaverunt / aliter non / defe-
ctum vero alterius supplet omnipotens / quia corpora resurgent / non solum
quantum ad esse integrum / sed etiam ad esse decorum / et unumquodque
resurget in suo optimo esse / vicia enim deficient / et non resuscitabuntur
Quarto queritur utrum carnes bovis / aut alterius animalis ab homine
comeste / in ipso resurgant / Respondetur si fuerint in naturam comedentis con-
verse / et ex hoc facte de eius integritate nature / tunc in ipso resur-
gent aliter non / Quinto queritur an totum quod fuit materialiter in
membris resurgat et redeat ad locum suum in quo fuit / Respondetur
in corpore humano consideratur duplex totalitas / prima est secundum

speciem / et in illa est integritas membrorum in forma situ et or-
dine ac numero / et hec resurget tota / Alia est totalitas secundum materiam
scilicet uniuersitas materie / que sub forma membrorum per totum tempus hu-
mane vite fuit / et hec non tota resurget / quia quantitatem naturalem
excederet / multa siquidem materia effluxit et superfluxit / et hec non redibit / nec
resurget / nisi esset aliqua pars que in vno membro superabundasset
adderetur alteri membro / cuius forma erat diminuta / non propter illud
membrum fieret aliud secundum speciem / Et sic non oportet materiam cuiuslibet membri
totam redire ad locum suum / sed solum illam materie partem
que est necessaria ad speciei consistenciam illius membri / in quo fuit
materia perdita / et ad illud redibit / Secundo queritur an humores resur-
gant / Videtur quod humor qui est de integritate nature ille resurget
alius non / Est enim multiplex humor in presenti vita in corpore huma-
no / Nam aliquis est superfluus / quem natura abicit ut sudor et vrina
/ alius autem est superfluus illi in quo est / sed est ad conseruacionem
speciei / ut semen / uel ad conseruacionem indiuidui per actum nutritiue
ut lac / et nullus talis humor resurget etc. Adhuc alius est hu-
mor in homine / qui non est superfluus illi indiuiduo / in quo est
et ille est duplex / Nam aliquis talis humor secundum formam iam de-
terminatam / secundum quam continet membra partes corporis / ut puta san-
guinis / et gluten / et ille resurget / Alius humor indiuiduo in
presenti vita non superfluus / qui est in via transeundi de forma in for-
mam / scilicet de forma humoris in formam membri / et talis humor
etc. non resurget / quia post resurreccionem partes corporis in suis for-
mis stabilientur ut vna in aliam non transeat / et ideo talis humor
qui est in actu transeundi in aliam formam non resurget / ut est
ros et cambium / pro quorum terminorum exposicione est sciendum
/ quod post digestionem in epate celebratam mittitur quidam humor
a virtute digestiua et nutritiua ad membra restauranda / qui quidem in
principio transmutacionis sue post dictam digestionem ut transeat
in aliam formam / fuerit in foraminibus quorundam venarum / sic vo-
catur ros / Postquam autem incipit dealbari dicitur cambium / Postquam
autem fuerit dealbatus et membris incorporatus sic dicitur gluten etc.
Quo ad sextum scilicet de resurgencium etate et quantitate dicendum
est quod omnes in eadem etate erunt qui fuit triginta duorum annorum
et dimidii / et quasi dimidii / et in illa quantitate stature quam ad-
quis habuit / uel habuisset / si ad dictam etatem peruenit / uel peruenisset
sine impedimento sui status et augmenti / secundum illud Apostoli ad Ephe-
sios 4 Donec occurramus omnes in virum perfectum in etate
plenitudinis Christi / Primo queritur an omnes resurgamus in sexu
virili ex quo dicit Donec occurramus omnes in virum perfectum
Videtur quod vterque sexus resurget / sine vlla confusione insignita-
tis / aut aspectus / sicut nulla fuit verecundia in primis parentibus
ante peccatum / Ratio huius est quia distinctio sexuum pertinet ad perfectionem
nature humane tam speciei quam indiuidui / Secundo queritur / an homines in vita
animali resurgant vtentes actu nutriendi et generandi / Videtur quod non etc.

In resurrectione nec nubent neque nubentur. Racio quia resurrectio erit ne-
cessaria ad hoc ut homo consequatur ultimam perfectionem que consistit
in perductione ad ultimum finem, id est summum bonum, ubi erunt sicut angeli dei
et non in vita animali edentes et bibentes ac generantes. Decimus ad
septimum scilicet de resurgencium incorruptibilitate dicendum quod omnes ho-
mines post resurrectionem erunt incorruptibiles perpetui et immortales
tam boni quam mali. I Cor. XV Oportet mortale hoc induere immor-
talitatem. Ex hoc patet quod non comedent neque bibent, quia hoc fieri solet
ad restauracionem deperditi, neque generabunt nec erit necesse quia generacio fit
propter conservacionem speciei que in individuis corruptibilibus non
potest conservari. Circa hunc articulum est sciendum quod omnia in hoc articulo hic
scripta sunt similiter in duabus distinctionibus in quarto libro Sententiarum
distinctione XLIII et XLIIII et per sanctum Thomam posita. Solemus nondum
circa istum articulum quod fides resurrectionis tollit multipliciter erro-
rem habitum a diversis circa resurrectionem. Primus erat Saduceorum
qui simpliciter negabant resurrectionem, Act. XXIII. Sed si non esset mortuo-
rum resurrectio, sic nec esset vita post hanc vitam et sic miserabiliores
essemus qui patimur propter iusticiam. I Cor. XV Si tantum in hac vita in
Christo sperantes sumus miserabiliores sumus omnibus hominibus. Secundus
error est hereticorum dicencium corpora non resurgere, et sunt illi qui
ponunt corporalia a deo non esse creata. Tercius error est dicencium
hominem in alia carne resurrecturum, et animam de corpore in corpus
transire. Huius opinionis erant aliqui philosophi antiqui gentiles ut Ana-
xagoras. Quartus error est dicencium impios non resurgere secundum illud
Ps. I Non resurgent impii in iudicio, quod intelligendum est quod non resurgent
ad suam exaltacionem, sed ad maiorem depressionem, quia tunc cum anima
et corpore deicietur in profundum inferni. Quintus error est Saracenorum
et Iudeorum modernorum aliquorum et aliquorum hereticorum qui dicun-
tur Chiliaste qui dicunt homines in resurrectione esse comesturos et bibi-
turos et carnales delectaciones habituros. Sed hoc non est credendum
quia erunt sicut angeli dei, ut dicitur Mat. XXII. Solum habebunt delecta-
ciones spirituales, non carnis immundicias aut corporis voluptatis.
Albertus autem Magnus de hoc articulo undecimo sic inquit.
Post hunc Iudas Thadeus Iacobi frater duodecimum quem Thade-
um hoc est corculum eo quod custos esset cordis vocabat apostolus suum
solum posuit dicens: Carnis resurrectionem. Qui articulus funda-
tur tamen in operacione filii quam in operacione spiritus sancti. In operacione
quidem filii quia sic dicit Augustinus: Cristi resurrectio causa est nostre resurrectio-
nis. Unde apostolus I Cor. XV Si mortui non resurgent neque Cristus
utique resurrexit. Nunc autem resurrexit Cristus primicie dormiencium. Quoniam
quidem sicut per hominem mors, ita et per hominem resurrectio mortuorum.
Et ideo Apoc. I dicitur primogenitus mortuorum et princeps re-
gum terre. Super opus autem spiritus sancti fundatur quia spiritus glorie et incor-
rupcionis inspirabit corpora resurgencium. Cuius donacio appropriatur spiritui
sancto. Spiritus quidem glorie in sanctis resurgentibus ad gloriam. Spiritus autem

incorruptionis in omnibus / quia omnes mortui tam in comple-
cione quam in compositione membrorum resurgent incorrupti / et nos
immutabimur / De isto spiritu mortuos vivificante dicit Ezech.
xxxvii capitulo A quatuor ventis veni spiritus et insuffla super interfectos et
reviviscant

Duodecimum solum posuit Mathias concludendo simbolum dicens
Et vitam eternam amen / Et hic posuit Daniel capitulo xii Evi-
gilabunt hii in vitam eternam / Alii in obprobrium [illegible] vi-
dat super eum Juda Scarioth qui abiit in locum suum et laqueo se
suspendit [illegible] xxvi° [illegible] et de societate sua et de ministerio
suo deponendus erat / et episcopatum eius acciperet alter / et ideo require
hac die ✗ Dominus Mathias in suo solo hic possit dicere Credo
esse vitam eternam post hanc brevem et miseram vitam in
regno celorum Sapientie v° Justi autem in perpetuum vivent / Job Credo
me possidere vitam eternam post hanc vitam scilicet servando mandata
dei Mathei xix Dixit quidam Magister quid faciendo vitam eternam possi-
debo / Dixit et respondit Si vis ad vitam ingredi serva mandata Ecce
quod credimus quod ad assecucionem vite eterne requiritur impletio legis
divine et mandatorum eius / Ex quo articulo elicitur hec vera ve-
ritas credita de finali glorificatione / quam describit beatus Mathi-
as contra heresim Cerinthianorum qui felicitatem futuram post
resurrectionem ponunt in voluptatibus corporis et non in rebus spi-
ritus Non animadvertentes dictum veritatis Mathei 22 Erratis ne-
scientes scripturas neque virtutem dei / In resurrectione enim neque nu-
bent neque nubentur / sed erunt sicut angeli dei in celo / Ex quo
sequitur ista doctrina / Ex quo vitam futuram esse eternam sempiternam
debemus computare totum spacium presentis vite quam unam brevissimam
horam sic unum momentum ad horam quam plus excedit vita eterna
quam mille milia anni / Unde dicit propheta Mille anni ante oculos tu-
os tamquam dies hesterna que preteriit / Unde sic insanimus iudicare quod
leticia et longitudine unius diei modica vellet amittere magnam
felicitatem / Ita insanissimi sunt qui pro momento vite presentis fe-
licitatem illius scilicet amittere volunt / Unde hac minimitate presentis
vite comparans ad longanimitatem alterius vite Petrus in epistola
3° in dicit quod apud deum unus dies sicut mille anni / alii
apud nos sunt quia dies apud deum in illa eternitate in qua beati
feliciter sunt collocati et persistunt durante faciali visione / Sed
quare Paulus et Barnabas qui nunc apostoli vocantur
non in simbolo apostolorum posuerunt / quia non continentur in nu-
mero illo duodenario apostolorum / sed post missionem duodecim
apostolorum ad predicandum sunt electi / Nondum quinimmo in hoc
articulo multa doctoribus sunt scripta / sed vite eterne gloria
adhuc valde est [illegible] [illegible] quod confessor [illegible] de
simbolo hic modo dicit [illegible] possumus dicere de illa vita
eterna quid ibi non sit / sed quid ibi sit non / quia ibi mors
non est ibi neque luctus / non est ibi lassitudo / non infirmitas / non fames

Conveniens fine cum [illegible] in [illegible] etiam datur finis concludendi simbolum [illegible] [illegible] Mathias vitam eternam amen

nulla sitis / nullus estus / nulla corrupcio / nulla indigencia
/ nulla mesticia / nulla tristicia / nullus dolor / nullus labor / nullus
timor / nulla malicia / nulla miseria / nec ulla temptacio inimici
/ non peccandi pravitas / nec dormiendi facultas / sed ibi erit requies a
laboribus / pax ab hostibus / securitas a mesticiis / sanitas a molestiis ac
pigriciis. Ibi erunt homines sicut angeli dei / ibi fulgebunt iusti sicut
sol in regno dei / ibi erit sine vita sine morte / dies sine nocte /
certe sine forte / iocunditas sine dolore / securitas sine timore / tranquil-
litas sine labore / sciencia sine errore / pax sine fine / fortitudo sine debilitate
/ rectitudo sine perversitate / pulcritudo sine deformitate / sanitas sine
infirmitate / veritas sine fallacia / caritas sine malicia / felicitas
sine miseria / vere divicie sine iniquitate / honor absque indignitate /
fama cum celebritate / amor omnium sine fictione / et absque impuri-
tate / memoria sine obliuione / intellectus sine errore / voluntas sine
animi perturbacione / et absque deordinacione / amicicia cum sinceritate
/ concordia cum et gaudium sine fine / ubi deus deus erit omnia in omni-
bus / ergo de singulis dicere que ibi erunt deficit intellectus / non
solum humanus / sed eciam angelicus / apostolo testante qui ait nec oculus
vidit / nec auris audiuit / nec in cor hominis ascendit que deus absque
preparauit diligentibus te / 1 Cor. 2 in originali habetur ysaie lxiiii. Et ergo
dicit Augustinus in enchiridion Si consideremus que et quanta sunt que scripta
dabuntur in die iudicii / que et quanta sunt que nobis promittuntur in
celis vilescent omnia que habentur in terris / terrena namque substancia
superne felicitati comparata / pondus est non subsidium / temporalis
vita eterne vite comparata / mors est pocius dicenda quam vita / que
lingwa uel quis intellectus capere sufficit / quanta superne civitatis
sunt gaudia / choris interesse angelorum / cum beatissimis spiritibus
glorie conditoris assistere / presentem dei vultum cernere / deum incir-
cumscriptum videre / nullo metu mortis affici / incorrupcionis
munere letari / Hec Augustinus quod gaudia illius vite eterne et gloriam in
libro de mirabilibus scripture inter alia verba sic magnopere extollit / Tan-
ta est inquit iocunditas lucis eterne / sic est incommutabilis veritatis
atque sapiencie / ut eciam si non liceret in ea amplius manere quam unius
diei mora / propter hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni de-
liciis et circumfluencia bonorum temporalium / recte merito contempneren-
tur / Huic concordat Iohannes Crisostomus de reparacione lapsi dicens / Si quo-
tidie oporteret nos tormenta perferre / si ipsam iehennam perpetuo
tempore tollerare pro eo ut christum in gloria possemus videre venientem
et sanctorum eius numero sociari / non esset indignum pati omne quod
triste est modo / ut tanti boni / tante que glorie participes haberemur
Cum vero cum in medio sanctorum rex glorie residet dicere nulla vox suf-
ficit / effugit namque omnem sermonem / atque omnem humane mentis
sensum excedit / decus illud / illa pulcritudo / illa virtus / illa gloria

illa magnificencia / illa maiestas Wat Crysostomus Si ergo o christiane
cupis pervenire ad tam beatam vitam / audi et fac consilium doc-
trinam / quam dat beatus Augustinus super psalmum 118 Beati immaculati
in via sic dicens Si vis esse beatus esto immaculatus / Eterna enim
vita dicitur premium quoniam omnis debetur de quo dicitur ad Romanos 6º
Gracia dei vita eterna Ideo est sciendum quod triplex est premium
scilicet substanciale / aliud essenciale consubstanciale / et accidentale / Premium essen-
ciale consistit in tribus dotibus anime / scilicet in visione / dilectione
et tencione / apprehensione seu fruicione / Premium autem consubstanciale
in quatuor dotibus corporis consistit / videlicet claritatis subtilitatis agi-
litatis et impassibilitatis / premium vero accidentale consistit in
quodam speciali gaudio et decore / substanciali gaudio superaddito / quod
quidem aureola nuncupatur / et secundum doctorum sentenciam debetur triplici
generi operum scilicet martirio predicacioni et continencie virginali / et in omni-
bus iam dictis premiis servabuntur gradus et differencia / secundum ma-
ioritatem et minoritatem preus habite caritatis et secundum exigenciam
meritorum / Quo ad primum scilicet premium substanciale est primo sciendum
quod triplex sit vita scilicet nature gracie et glorie / De vita glorie in qua
homo beatificatur et in premium essenciale et eternum consistit / In
hoc articulo ultimo fit mencio / unde sciendum quod beatitudo est duplex
secundum Petrum de Tharantasio super 4º Sentenciarum distinccione 49 et alibi
secundum sanctum Thomam de quibus qualiter summata sunt que hic sequuntur
Unde beatitudo est increata que beatificat nos effective seu efficit nos
realiter beatos / Alia est beatitudo creata / que est ad intra / et beatificat nos
formaliter et resultat ex coniunctione anime / cum suo principio essendi scilicet
cum deo summo bono / in quo ultima tendencia appetitus creature racio-
nalis finaliter et saciabiliter requiescit / Et hec beatitudo est premium
essenciale anime / Unde Genesis 15 dixit dominus ad Abraham Ego sum merces
tua nimis magna nimis / Et consistit beatitudo in visione
nuda clara et aperta essencie divine / et trium personarum videlicet patris et fi-
lii et spiritus sancti / Nec potest essencia divina clare et nude videri sine visione
personarum in divinis / nec una personarum in divinis clare potest cognosci et
videri sine alia / secundum illud Johannis 14 Philippe qui videt me videt
et patrem meum / Nec potest anima quietari et fruitione in una persona
sine alia / neque in essencia divina potest quietari fruitione anima hominis
nisi etiam fruatur personis divinis / Et una est racio fruibilitatis in
essencia divina / potest quietari fruitione anima hominis / nisi etiam fruatur
personis divinis / Et una est racio fruibilitatis in essencia divina
et in personis divinis / scilicet bonitas perfecta simpliciter / quam appetitus racio-
nalis in omnibus appetit / et in qua ultimo quietatur / et fina-
liter saciatur / Psalmista dicente Saciabor cum apparuerit gloria tua
Hoc in hoc premio essenciali / et visione beatifica quia per ordinem sunt
sunt et fiat Primo enim tres persone in una essencia sub spectantur
distinctive / Uno simplici intuitu et uno visionis actu cognoscantur

Inspexit premium essenciale dotibus consistit

Consubstanciale consistit in quatuor dotibus corporis

et per personas divinas scilicet bonitas

De premio essenciali quia sunt videnda

ita quod realiter anima beata uno mentis affectu cognoscit tres per-
sonas in divinis realiter distinctas in personis / Sicut homo clare videt
homines Petrum, Paulum et Johannem in presencia sua realiter
differentes sub speciebus suis distinguendo cognoscit unum ab alio
personaliter differre / ita et magis clare cognoscit anima beata patrem
in divinis non esse filium / nec spiritum sanctum / nec econverso spiritum
sanctum esse patrem aut filium / Eciam cognoscit patrem et filium et spi-
ritum sanctum esse unam essenciam / esse unam bonitatem / similiter
unam maiestatem et omnipotenciam / Secundo dicta visio beati-
ficata qua deus videtur clare et nude ab anima beata / dicitur visio
facialis in scriptura. Genesis xxxii dicit Jacob: Vidi deum facie ad
faciem et salva facta est anima mea / Et Exodi xxxiii dicit Moy-
ses: Domine ostende mihi faciem tuam / Et dominus inquit: Ostendam tibi
omne bonum / Et i ad Cor. xiii dicitur: Nunc videmus per speculum in
enigmate, tunc autem facie ad faciem / Racio quia summa bonitas ab
anima beata clare, nude et aperte videtur et cognoscitur / ideo perfecte
diligitur et amoris amplexibus ~~cognoscitur~~ apprehenditur / et for-
titer stringitur / et in huius apprehensione suavitatis dei et [illegible]
delicias gustat / et ideo ineffabiliter delectatur / et delectando ma-
xime saciatur / ac sic de summo bono delicatissime perfruitur /
Et ex hoc apparet quod in illa benedicta visione cognicio sit affectio-
nis origo / et affectio sit cognicionis perfectio / sic quod beatitudo
consistit in actu / intellectus originaliter ~~et intellectualiter~~ et melius (alii)
tive / in actu ipso voluntatis complacencie / et sic aliqui dicunt bea-
titudinem / in actu vero in-
tuitivo principaliter consistit in actu voluntatis / Quantum ad predictam beatificam visionem
[illegible] huius principaliter /
anima duplici lumine sustollitur et iuvatur / scilicet lumine glorie creato quo
disponitur ad videndum lumen increatum / iuxta illud Psalmi / In
lumine tuo videbimus lumen / et lumine increato infinito (lumine)
quod deus est qui effective animam elevat supra se / ad videndum
lucem inaccessibilem / sicut scriptum est i ad Thimo. vi° qui lucem
habitat inaccessibilem / Et quia lux illa increata / que videtur ab
anima beata / libere se offert et ostendit / et quia non quelibet eque disposi-
ta est ad videndum illam lucem / igitur non omnes beati eque
clare vident / neque equaliter de summo bono participant / neque
equaliter gaudent / sed unus clarius alio videt / et unus plus
alio gaudet / secundum quod de illo summo bono plus participat et
ipsum clarius videt / unde apostolus inquit: Stella a stella differt
in claritate, i Cor. xv / Sancti in presencia divine essencie visione
anime beate / non possunt proficere incognitorum / Racio huius est / quia si
posset proficere in visione divine essencie / tunc eciam posset proficere
in essenciali beatitudine / concordante caritati / et hoc non potest esse / sed
quod potest proficere incognitorum multitudine / id est quod deus est

multitudine

[illegible]

speculum voluntarium non necessarium / et ideo pt plura in se ostende
posterius / quod sequitur prius / et pt hec uni ostende / quod alteri non ondit
Consequenter est sciendum quod ad vitam eternam seu beatitudinem / que
anime beate ante iudicium finale confertur / quedam dona precipua
ad vitam glorie animam disponentia conferuntur / et illa dotes appel-
lantur. Dicitur autem hic dos quedam anime vel corporis ornatus ad vi-
tam glorie disponens / et in eterna beatitudine iugiter permanens / hec
descriptio dotis / data est ad similitudinem dotis corporalis in matrimo-
nio corporali. Unde sic ibi dos proprie dicitur donum / quod a patre spon-
se aut alio datur sponse pertinens ad eius ornatum quando in domum
sponsi introducitur / hoc ergo datur sponse in specialem / quamvis tra-
datur sponso ad dispensationem seu usum. Traditur autem dos tunc
primo quando sponsa traducitur / quamvis ante traductionem promit-
tatur / Sicut in matrimonio spirituali Christi et ecclesie a tota tri-
nitate que est pater ecclesie / aliqua dona dantur ecclesie in spe-
cialem et sponso ad dispensationem / et hoc tunc fit quando ecclesia in
domum sponsi traducitur / quamvis ante traductionem illud do-
num sit promissum / et ideo merito illa dona dotes appellantur. Unde
dos proprie appellatur / non quodcumque donum sponse in sua tra-
ductione datum / sed donum illud precipuum de quo prius est suffi-
cienter dictum / alia vero dona dicuntur parafernalia vel iuxta dotem.
Ad huius similitudinem non quecumque dona / que anime in sua intro-
ductione in celum seu gloriam dantur dotes appellantur / sed
dona precipua / per que ad actum vite gloriose disponitur. Horum
autem quedam sunt ex parte anime / quibus deo tamquam principio vite
sue coniungitur / quedam sunt ex parte corporis / quibus ipsum corpus
anime tamquam principio vite sue perfecte subicitur / ne per ipsum anima
ab actu glorie retardetur. Ex parte autem anime tria requiruntur
scilicet dei visio que succedit fidei / et perfecta dilectio que succedit
spei / et hec tria dotes a quibusdam appellantur comprehensio / et
a quibusdam dicitur fruitio. Prima dos scilicet dei visio pt appropriari
intellectui / secunda voluntati et tertia memorie. Ex parte vero
corporis ad hoc ut sit perfectum seu perfecte subiectum anime / ne
eam impediat in operibus glorie / quatuor requiruntur / quorum
duo pertinent ad sensum / et alia duo ad motum. Circa ad sensum
duo requiruntur. Primo ut corpus sit facile receptibile passio-
num nobilium et specialiter specierum sensibilium / et ad hoc dispo-
nit claritas. Alterum ut non sit receptibile passionum ignobi-
lium / et ad hoc disponit impassibilitas. Quo ad motum / ubi quod
corpus est instrumentum motus ipsius anime / duo requiruntur. Primum
est ut sua tarditate vel contraria inclinatione non resistat ali-
quo modo suo motori / et ad hoc disponit agilitas. Aliud est ut alia

caritati / et comprehensio
inchoato seu comprehensio
que succedit spei

corpa per que mouentur contingit ei non resistunt / ad hoc disponit
subtilitas. Quia autem quod dona superna sint dotes / per que ad actum
vite gloriose disponitur anima / Nam in matrimonio carnali ultra
dotem dantur aliqua dona a sponso / vel ab amicis / quod datur
a sponso sponse dicitur donacio propter nupcias / et hoc est gaudium
quod anima habet in visione et honore. Dabuntur etiam aliqua munera
ab amicis sponsi et sponse / et hoc est gaudium quod anima habet
de societate superiorum civium / et congratulacione felicitatis eorum
Notandum est quod licet dotes anime sint de premio essenciali / non tamen
sunt ipsa beatitudo / seu vita eterna / Racio huius est quia beatitudo dicitur per-
fecta operacio / qua anima deo perfecte coniungitur / sed dotes anime
dicuntur habitus vel disposiciones / aut alie quecumque qualitates / que
ordinant animam ad huiusmodi operacionem perfectam / et ut sic dotes ma-
gis ordinantur ad beatitudinem quam sint partes beatitudinis / Secundum beati-
tudo non ordinatur ad connexionem Christi et anime / sed est ipsa connexio
anime cum eo per operacionem perfectam qua deus clare videtur /
perfecte diligitur / secure tenetur / et eo delicatissime fruitur. Dotes
autem anime sunt quedam dona ad huiusmodi connexionem Christi et anime
disponencia / igitur non sunt ipsa beatitudo / Et ergo visio si capiatur
pro actu videndi divinam essenciam nude clare et aperte / sic
non est dos / sed ipsa beatitudo / Prout autem visio est dos / sic capitur
pro quadam glorie claritate / qua anima divinitus illustratur ad vi-
dendum deum immediate .i. absque medio distante .i. faciente
distanciam vel mediacionem inter rem visam et videntem / et
sine medio obnubilante / ibi enim tollitur speculum et enigma
per quod nunc deus videtur in presenti vita / et est visio clara om-
nium credibilium nunc credendorum in fide katholica. Racio huius est
quod secundum doctores super illo Ps. / Sicut audivimus sic vidimus in civi-
tate dei nostri etc / Cognicionem enigmaticam quam habemus in via
in hiis que fidei sunt / succedit in patria clara visio et evidens
cognicio / Et hoc patet quia supra dictum est quod anima beata in vita
eterna videat / et cognoscat clare divinam essenciam et termi-
num personarum / et attributorum / secundum proprietates distinctivas earundem
cognoscit etiam clare corpus Christi in sacramento eukaristie contentum
et alia consilia nunc fide credita. Secundum hoc est quod anima
beata licet deum videat sine medio distante et obnubilante / ipsum
tamen non videt sine medio disponente. Hoc est sine lumine glorie ipsam
elevante / ut etiam supra dictum est. De secunda dote que dicitur dileccio
est sciendum / quod dileccio est duplex inter dileccionem viatoris / et nunc
dileccionem dotem / Una est secundum habitum / quia est dileccio prout est

2a dos

Visus est situs anime prout transit de statu gratie in statum
glorie. Dilectio autem prout est dos significat actum in dilectione quod
supra media datur in sponse introductione. Alia est dicta per
obiectum, nam licet universaliter deus sit obiectum, non tamen secundum
quod deus, sed deus inquantum est summa bonitas est obiectum
dilectionis prout est dos est deus inquantum est visibilis mundo
spirituum, quia dilectio prout est dos ponit amantis ad rem ama-
tam colligantiam. Tertia dos est inhesio seu tentio, et ponit
rei sive sperate coniunctionem, et hec dos ab aliis dicitur compre-
hensio ... prout comprehendere idem est quod attingere, et ab aliis di-
cit fruitio, prout fruitio capitur pro perfecta inhesione, quia frui est amore
inherere alicui propter se, et hec inhesio nominatur comprehensio. Hic
primo queritur utrum essentia divina possit videri oculo corporali. Sic-
dicitur quod non, quia non potest videri oculo corporali, sicut visibile per se, sed
bene invisibile per accidens, sicut filius hominis non videtur oculo
corporali per se, sed per accidens, quia non videtur sub illa ratione qua est co-
loratus, et hoc est videri per accidens. Sic deus videbitur in creatu-
ris suis, precipue in corporibus glorificatis, in quibus apparebit effectus
maiestatis, et tanta gloria quod ex hoc apparebit manifeste essentia
divina, et hoc amplius apparebit in glorie magnitudine et ex-
cellentia, quam habet corpus domini nostri Ihesu Christi, et hoc est deum videre
oculo corporali per accidens. Et ita accipitur illud Iob: Quem visu-
rus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt. Ita intelligatur
de oculo corporali. Secundo queritur an anima beata in videndo deum
sentiat delectationem. Respondetur quod sic delectationem spiritualem et non
corporalem. Tertio queritur an omnes beati equaliter deum videant et equa-
liter delectentur in eo et gaudeant. Respondetur quod non, quia non sunt
eque disposita et capacia ad videndum et delectandum, et congaudent
decedunt. Quarto queritur an dotes sint in Christo. Dicitur quod dotes
secundum rationem dotis non sint in Christo, quia sponsus est et non sponsa,
cui ipse solet assignari dos; dotes tamen secundum illud quod dotes sunt
secundum substantiam sunt in Christo, scilicet visio clara, dilectio perfecta, frui-
tio delectabilissima, sunt in eius anima, et in eius corpore claritas,
impassibilitas, agilitas, et subtilitas. Quinto queritur an in
angelis sicut sint dotes. Respondetur quod angeli ipsi non habent dotes sor-
tiendo rationem dotis, quia non sunt eiusdem nature scilicet humane, cum
Christo sponso, habent tamen ea munera que in dotibus conferuntur.
Septimo ad tertium principale, quod est primum constitutale et con-
sistit in gloria corporis, que secunda stola dicitur, qua reassumpta anima
beata perfectius tendit in summum bonum, quia tunc corpus glorificatum
tum sit spiritui conforme et totaliter subiectum, sic erit idonea
um sequi spiritum et locari in regione beatorum, et ut habeat

pfficiat

3a dos

2a filii hominis sed
pro ea ratione qua

ut

4

habeat idoneitatem oportet ipsum habere quadruplicem dotem
scilicet claritatem, agilitatem, impassibilitatem et subtilitatem.
Tertia in productione rerum universi, deus corpus animae alli-
gavit et naturali ac mutuo appetitu corpus et animam invicem
copulavit. In statu quoque meriti deus fecit ut anima guber-
nationi corporis intenderet et saltem corporis operibus mancipata esset,
ideo retributio iusta non patitur quod anima sit plene beata nisi resti-
tuatur ei corpus, ad quod resumendum habet inclinationem naturalem
insertam. Cognovimus quod ordo non sustinet quod restituatur corpus
spiritui beato nisi per omnia illi conforme et subiectum sit. Quantum (?)
per corpus spiritui conformari. Cum ergo spiritus in visione lu-
cis sit clarificatus, ideo in corporis resumptione debet in corpus
claritas lucis per maxima resultare. Et quia spiritus tentione (?) eter-
nitatis factus est, factus est omnino impassibilis, ideo in resump-
tione corporis debet a spiritu in corpus impassibilitas omnimoda
tam ab intus quam ab extra redundare. Et quia spiritus caritatis et ex
dilectione summi spiritus est summe spiritualis effectus, ideo spiritus debet
in corpore redundare subtilitatem et spiritualitatem. Haec tertia (?)
vere ex hiis omnibus spiritus est promptissimus ad tendendum
in deum, ideo in corpore glorioso debet summa agilitas reperiri. Et ex
hiis patet, ut dicit magister Henricus de Gandavo. De qualibet (?) [illegible]
... quod dos corporis glorificati sit quaedam dispositio
corpori infusa ex gloriae animae redundantia, quae tollit dispo-
sitionem defectivam, ut puta obscuritatem, passibilitatem, tar-
ditatem vel grossitiem. Circa primam dotem corporis scilicet clari-
tatem est sciendum quod dupliciter aliquid dicitur esse clarum,
aut quia lucidum, sicut stella dicitur clara. Corpus autem glorificatum
utroque modo est clarum, quia est purum et lucidum. Nam duo
sunt quae maxime causant obscuritatem in corpore, scilicet materiae impuritas
et luminis paucitas. Claritas vero tollet utrumque, et ideo corpus erit
valde clarum. Sed quaeritur an corpus gloriosum possit videri
ab oculo non glorificato. Videtur quod sit, et hoc quando placet animae
corpus glorificatum hominis, et sicut placet, puta sub ipso colore
vel sub suae glorificationis claritate, per se animae licebit ostendere.
De secunda dote scilicet impassibilitate est sciendum quod impassibilitas
sit aliqua dispositio positiva corpori glorificato infusa ex re-
dundantia gloriae animae in corpus, quae tollit dispositionem de-
fectivam scilicet passibilitatem. Et sic impassibilitas corporis glorifica-
ti non resultabit ex natura quintae essentiae, id est corporis caelestis, ut qui-
dam dixerunt, quia nihil de corpore caelesti venit in compositionem
corporum mixtorum, sed impassibilitas resultabit ex virtute animae.

Dotes corporis

aut quia purum et ut sic dicitur esse clarum

2a dos

hec potentior corpus suum continebit ita ut contra modum
quo ab anima continetur et perficitur a nullo exteriore agente va-
leat immutari. Continet autem anima beata corpus sibi coniunctum con-
venienter ne patiatur passionem corruptivam et permittit ipsum
pati passionem salvativam que est receptio convenientis et perfe-
ctiva ipsius corporis sicut sunt receptiones specierum sensibilium.
Corpus enim tunc recipiet species sensibiles more recipiendi. Differentia
est inter impassibilitatem sanctorum et Ade in statu innocencie
et puerorum in limbo sine baptismo decedentium quia impassibi-
litas sanctorum erit non posse pati sed impassibilitas Ade in statu
innocentie fuit posse non pati. Impassibilitas puerorum in limbo
erit nichil pati et hoc erit ex potentia resistendi lesioni exteriori
quam non habuit sed ex ordinatione divine iusticie que non permi-
ttet aliquid eis adhiberi per quod possent ledi. Exemplum pro quo si illi
pueri post resurrectionem ponerentur in ignem lederentur ab eo nisi
preservarentur a iusticia divina. Secus est de corporibus glorificatis
que si etiam ponerentur in inferno non sentirent exterius aliquam
lesionem. Hic queritur utrum impassibilitas sit equalis in omni-
bus sanctis. Dicendum quod impassibilitas potest dupliciter considerari. Uno modo in
se, alio modo secundum suam causam. Si in se consideratur et secundum se non
suscipit magis et minus sed est equalis in omnibus sanctis quia
ut sit solam negationem vel privationem impotentie patiendi
importat. Si autem consideratur secundum suam causam sic erit in
uno maior quam in alio. Nam dominium anime super corpus est causa
impassibilitatis ut dictum est et huiusmodi dominium causatur
ex hoc quod anima fruitur deo immobiliter et ergo in illo qui per-
fectius fruitur deo est maior causa impassibilitatis. De tercia
dote corporis que dicitur subtilitas est dicendum quod causabitur ex do-
minio anime glorificate super ipsum ratione cuius corpus glorio-
sum subtile dicitur quasi spiritui omnino subiectum. Unde subtile dicitur
dici secundum philosophum in libro de generatione et corruptione. Dicitur subtile
a subintrando solum non dividendo partes corporis in quod intrat
sic spiritus subtilitate sua penetrat corpus. Subtilitas corporum
glorificatorum erit spiritualis admodum spiritus quia corpora gloriosa
erunt spiritualia. Ut dicit Gregorius [illegible] super illo apostoli I Cor. xv
Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Attamen corpora
sanctorum non erunt subtilia per rarefactionem sicut dixit qui-
dam episcopus Constantinopolis qui ponebat corpora nostra in
resurrectione futura ventis et aere subtiliora. Huius heresim Gregorius
eum modicum ostendens in hoc non posse stare quod dominus post resur-
rectionem habuit corpus palpabile. Ut ibi Luce ultimo. quod precipue
credendum est esse subtile et si esset non fuisset subtilius aere

3

a subintrando et divi-
dendo partes eius. Sic
corpus subtile pene-
trat corpus grossum.
Alio modo dicitur subtile

non fuisset palpabile / quia aer licet sit tangibilis / tamen non est pal-
pabilis. Dicit ergo Thomas quod corpus gloriosum sit subtile per effe-
ctum spiritualis potentie. Tercio queritur an corpus gloriosum
racione subtilitatis sue possit esse in eodem loco cum alio corpore.
Dicendum secundum sanctum Thomam quod unum corpus gloriosum cum alio
non glorioso vel eciam cum alio glorioso / non potest esse in eodem loco virtu-
te glorificationis sue / sed divina virtute / sicut umbra sancti petri / sa-
nabat infirmos / non quidem ex virtute naturali / sed hoc faciebat virtus
divina ad edificationem fidei / ita faciet virtus divina / ut corpus
gloriosum possit esse simul in eodem loco / cum corpore non glorificato
virtute sue glorificationis / quia Johannes Damascenus dicit quod in ingre-
ssum ianuis clausis ad discipulos attribuit virtuti glorificationis
/ et ita conceditur corpus gloriosum / posse esse simul / cum non
glorioso / sed novo miraculo per dotem subtilitatis / et hoc fieret
non diluendo penitus corporis non gloriosi / sed solum subintran-
do / manente distinctione utrarumque dimensionum. Duo autem
corpora sive gloriosa sive duo non gloriosa / non possunt esse simul
in eodem loco / et se penetrare / sine aliquo miraculo et divina virtute
hoc specialiter operante. Racio quare est / quia dimensiones cor-
porum quorumlibet non valent naturali virtute se penetrare. Cor-
porum glorificatorum est racio specialis / ne possint simul
in eodem loco / quia si sit / tunc in uno eorum esset potencia intran-
di per totum alterius corporis gloriosi / et in illo alio / non esset po-
tencia resistendi / et hoc est inconveniens / quia secundum naturam compe-
tit cuilibet corpori glorioso / ut resistat cuilibet alteri corpori / per
ipsum transire volenti contra quod non possit esse cum eo simul
in eodem loco. Contrarium dicere est hoc divina virtute contingere ad
nutum ipsius / quod sit cum alio corpore in eodem loco / et sic non
resistit transeunti contra corpus gloriosum secundum naturam suam
est palpabile / et hoc patet ex duobus scilicet ex qualitatibus tangi-
bilibus / et ex hoc quod resistit tangenti ne penetratur / qualitates
vero tangibiles sunt caliditas et frigiditas / humiditas et siccitas
que sunt nate immutare sensum tactus. Sed quia corpus glorio-
sum est omnino subiectum spiritui in potestate spiritus / corpus rege-
tis est / ut secundum dictas qualitates immutet tactum vel non
immutet / et sic competit ei ex supernaturali virtute / ut quando non
vult non palpetur a corpore non glorioso / et quando vult palpetur. Et
ideo beatus Gregorius dicit in omelia / quod dominus post resurrectionem pal-
pandam carnem prebuit / quam clausis ianuis introduxit
ut ostenderet post resurrectionem corpus suum esse eiusdem nature
/ et alterius glorie. Quarta dos corporis gloriosi est agilitas

q̃ dos

que causabit ex perfecto dominio scilicet anime super corpus / Vnde
dicit Augustinus quod ubicumque voluerit animus, ibi protinus erit cor-
pus / ergo anima ad omnem differentiam loci seu positionis scilicet sursum
et deorsum, ante et retro / ad dextrum et sinistrum poterit cor-
pus suum movere sine fatigatione / hinc Ysaie xl dicitur Current et non
laborabunt / volabunt et non deficient / In vita autem ista cor-
pora non moventur sine fatigatione / et sunt tarda in motu suo
ex contraria inclinatione nature elementi dominantis in corpore
contra voluntatem / quia non elementa movent ad determinatum
locum / et non subduntur perfecte nostre voluntati / sed in futuro corpora
erunt agilia / ex perfecta subiectione nature sub imperio voluntatis
/ in quo corpus gloriosum virtute glorificationis sue poterit in celum
ascendere / Verisimile est autem quod aliquando movebuntur in celo / pro libitum
sue voluntatis / non ad aliquam indigentiam per motum supplen-
dam / sed ad sue virtutis ostensionem / ut et sensus visus reficia-
tur delectatus pulcritudine creaturarum / in quibus dei sapientia
eminenter relucebit / sensus cum non est nisi presentium, cetera presentia
quamvis magis a longinquo possint sentire corpora gloriosa / ut dicit
sanctus Thomas / Hic queritur / an corpus gloriosum possit moveri
in instanti / Dicitur quod non / sed potest bene moveri in tempore impercep-
tibili / Secundum, sic anima beatior habebit corpus clarius / ita
habebit et agilius / sic tamen quod voluntas sanctorum erit omnino conformata
rationi / Vnde voluntas eorum nunquam appetet quod non decet
/ sed voluntas anime beatioris / volet rationabiliter moveri corpus
suum citius / quam alterius anime minus beate / et anima minus glorie
non volet corpus suum tam cito moveri / sicut alterius magis
beate etc. sic in omnibus verificabitur illud quod dicit Augustinus quod ubi fuerit
spiritus protinus erit et corpus / Tercio ad tercium principale scilicet
quod dicitur premium accidentale / et consistit in triplici aureola / videlicet
martyrum, doctorum et predicatorum / Aureola sic describitur
Aureola est accidentale premium / sed privilegiatum / aurea
superadditum / privilegiate victorie correspondens / et debetur
operibus perfectionis / quibus homo maxime christo conformatur
secundum victoriam perfectam / Pro cuius declaratione est sciendum
quod hic dicitur esse premium essenciale / sine quo homo non esset beatus
ut est clara visio essencie divine / sicut hic dicitur esse de essencia
hominis / sine qua homo non est homo / sic est anima vel corpus /
Sed premium accidentale dicitur / quod essenciali superadditur et sine
quo homo posset esse essencialiter beatus / sic est decor capillorum
quoniam multi sunt qui non habent / Secundo notandum / quod tres sunt pugne
scilicet contra mundum / contra carnem / et contra diabolum
que cuilibet homini imminent / in quibus tres aureole sumuntur

3 principale

Diffinitio aureole

aurcam

Differentia inter aureolam palmam

[illegible]

et debetur hiis qui obtinent in predictis victoriam perfectam.
Unde in pugna contra mundum illa victoria est precipua
qua resistitur in persecucionibus usque ad mortem. Unde pro
Christo sic merentur aureolam martires. Qui vero in perfecte vincit
in pugna contra carnem victoriam illam optinet potissime
qui a delectacionibus veneris que sunt principales in hoc genere omnino
se abstinet. Et ideo virginitati debetur aureola secunda. In pu-
gna vero qua contra diabolum pugnamus illa victoria est
precipua et privilegiata cum aliquis hostem non solum a se sed
etiam a cordibus aliorum removet, quod fit per doctrinam et predicacionem.
Et ideo doctoribus et predicatoribus debetur tercia aureola. Et sic
habemus tres victorias privilegiatas: martirum, virginum et pre-
dicatorum, quibus correspondent tres aureole id est tria accidentalia premia
privilegiata. Tercio notandum quod per aureolam intelligitur premium
essenciale et gaudium eiusdem. Sicut ergo ex gaudio essenciali quod pro-
prie redundat in corpus quedam dos que est gloria corporis, ita
ex gaudio aureole resultat aliquis decor in corpore. Et ut sic au-
reola principaliter est gaudium spirituale in mente respectu operis prece-
denti et privilegiato, sed per quandam redundanciam resulget etiam
in carne. Et sic patet per predicta quid aureola sit premium aureo superadditum.
Quarto nota quod dicit in descripcione aureole et debetur operibus per-
fectionis quibus homo maxime Christo conformatur. Christus enim fuit mar-
tir secundum quod passionem a mundo sustinuit. Fuit ergo virgo secundum purita-
tem in seipso perpetue servavit. Et fuit doctor secundum quod veritatem
quam a patre accepit mundo manifestavit. Qui ergo persecucionem
patitur pro Christo usque ad mortem aut virginalem puritatem eciam cum
retinet puritatem vel per doctrinam non solum a se sed etiam ab
aliis expugnat hostem, ille maxime Christo conformatur secundum vi-
ctoriam perfectam. Quinto nota quod differentia est inter auream aureo-
lam et palmam et fructum. Aurea ut dictum est est premium essen-
ciale quod correspondet radici caritatis et per hoc homo efficitur par-
ticeps bonitatis et per quam regie potestatis cui competit regiam digni-
tatem debetur aurea id est aurea corona. Aureola vero est diminutivum
ab aurea et est idem quod parva corona super auream id est premium acci-
dentale essenciali superadditum et correspondet ut dictum est operi ex-
cellenti et privilegiate victorie scilicet martirio virginitati et predica-
cioni. Palma vero est premium accidentale quod nec radici carita-
tis neque operi aut victorie debetur sed voluntati esse premium
... obtinuit eo quod martirium desideravit licet mar-
tirium non sustinuit sicut dicitur de ipso quod beatissimus amator quia
et si gladius persecutoris non abstulit tamen palmam marti-
rii non amisit. Et palma non debet dici aurea nec aureola

Fructus est quoddam premium quod datur homini eo quod a carnali
vita in spiritualem transit ex semine verbi dei. Et ideo illi virtuti pre-
cipue fructus videtur que hominem precipue a carnis subiectione li-
berat. hoc autem facit continentia qua homo se continet ab actibus
luxurie seu incontinentie quarum delectationes vehementes animam ceteris
precipue subdit adeo ut in actu carnali secundum Ieronimum super
dicitur nec spiritus prophetie corda prophetarum tangat nec in illa delecta-
tione possibile est aliquid intelligere ut dicit Aristoteles in vii ethi-
corum. Et ideo continentie magis videtur illud premium quod est fru-
ctus quam alii virtuti. hic igitur sciendum non esse inconveniens quod eidem
merito secundum diversa que in ipso sunt diversa premia videantur. unde et virgi-
nitati videtur aureola secundum quod integre deum servat in spacio caritatis.
Aureola vero secundum quod est perfectionis opus quoddam opus habens rationem
victorie excellentis. Fructus vero secundum quod per continentiam homo in qua-
dam spiritualitatem transit a carnalitate recedens. Sic continentie
tres sunt gradus secundum Augustinum scilicet continentia coniugalis vidualis
et virginalis. Ergo triplex est fructus scilicet tricesimus sexagesimus et
centesimus ut dicitur in glosa Mt xiii. Unde in ista quedam est spiri-
tualitas necessaria et quedam est superabundans. spiritualitas necessaria
in hoc consistit quod spiritus rectitudo ex carnis delectatione non perver-
tatur et hoc tunc fit quando delectationibus carnis aliquis utitur secundum
rectum ordinem rationis et hec est spiritualitas et continentia coniu-
gatorum cui videtur fructus tricesimus. Spiritualitas vero superabun-
dans est per quam homo ab huiusmodi delectationibus carnis spiritum suf-
focantibus omnino se abstrahit. Et hoc contingit dupliciter scilicet vel respectu
cuiuslibet temporis preteriti presentis et futuri et hec spiritualitas virginum cui videtur fru-
ctus centesimus. vel secundum aliquod tempus scilicet presens et futurum et hec est spiri-
tualitas seu continentia viduarum cui videtur fructus sexagesimus.
Est circa hoc sciendum quod illi qui in matrimonio aut in viduitate con-
tinentes vivunt usque ad finem vite sue et tunc peniteant quod illis non debe-
atur hoc premium quod dicitur fructus. sed premium solummodo essentiale
neque virginibus neque viduis debetur fructus aut aureola que propo-
situm non nubendi in fine vite sue primo habuerunt. Sic etiam et sola
doctrina non datur alicui aureola nisi victoriam finaliter contra
diabolum obtinuerit et doctrinam katholicam non erroneam semina-
verit. Item propter Christum habet sicut doctor ... et martiribus in corpore et gaudium in
mente qui corpus suum pro Christo morti exposuerunt et similiter datur
et virginibus in corpore quod corpus incorruptum servaverunt datur
ergo in corpore vel proximo sed in gaudio de decore qui videtur pri-
vilegiate victorie. Datur aureola non solum gaudium de decore quod est dicta
aureola quod omnes gaudebunt de aureola et de decore non tamen omnes
habebunt aureolam sed solum martires virgines et doctores. hic primo
queritur an ille sit martir qui propter fidem vinculatur incarceratur

27

pro

tu

in aquis mergitur aut alia aliqua patitur / propter que non statim
moritur / sed aliquanto tempore post hoc elapso. Respondetur ut dictum est /
/ quod mors violenter illata et propter Christum suscepta facit martirem
/ sive illa mors cito / vel tarde sequatur dummodo ex illis illatis
et propter Christum susceptis mors proveniat. Et ideo aliqui sunt martires
qui longo carceris squalore / vel nimia esurie / aut frigore sunt
interempti / aut in aquis propter fidem submersi / aut aquis frigore
sive siti [illegible] sunt torti / quod ex his non statim sed postea sunt
mortui / Omnia qualitercumque afflicta afflictio propter Christum illata fuerit
/ si ex his mors sequitur / sic moriens martir efficitur / et aureolam
meretur / Si autem ex illata afflictione / mors non fuerit secuta / aut
usque ad mortem / non fuerit continuata / non propter hoc quis efficitur
martir / ut patet de sancto Silvestro papa / qui aliquas passiones
diu ante mortem sustinuit / et postea in pace quievit / ideo non
martir / sed confessor reputatur. Nota quod multis de causis aliquis
potest fieri martir / pro iustitia ut Abel / pro lege ut Machabei /
pro salute populi ut [illegible] / pro fide ut Stephanus / pro Christo ut inno-
centes / pro libertate ecclesie ut sanctus Thomas Cantuariensis.
quis / pro assertione veritatis / ut Isaias Jeremias etc. / pro castigatione
[illegible] ut Johannes Baptista / Secundo queritur an beata virgo fuerit
martir / et habeat aureolam martirum / Respondetur quod non proprie loquendo quia
non pertulit mortem propter Christum per passiones ab extrinseco illatas
/ et ideo non proprie dicitur martir / sustinuit tamen interiores dolores compassio-
nibus passionibus vehementiores / propter quos dicitur martir secundum
quandam similitudinem / Et hoc modo loquitur beatus Jeronimus in sermone de assumptione vir-
ginis assumptione / sic inquiens Recte dixerim dei genitricem virginem et
martirem fuisse / quamvis in pace vitam finierit / Unde dictum est sibi
Luce ii Tuam ipsius animam pertransibit gladius scilicet in morte filii.
Tercio queritur an Christo aureola debeatur / martirum virginum aut
predicatorum / Respondetur quod non / quia aureola diminutive dicitur / et
ergo illis solis competit per qui habent participationem perfecte victo-
rie secundum imitationem illius / in quo perfecte victorie plena ratio
consistit / Et cum in Christo inveniatur huius victorie principalis et plena
ratio / per cuius victoriam omnes victores constituuntur / ut omnes aureo-
le originantur / secundum illud Apocalypsis iii qui vicerit faciam illum
sedere in throno meo / sic ego vici / et sedeo in throno patris mei
Et secundum illud Johannis xvi Confidite ego vici mundum / Et Apocalypsis v vi-
cit leo de tribu Juda / De quo dicitur non competit ratio aureole / sed aliquid
excellentius / quam aureola / quia aureola ex quo diminutive dicitur
quandam perfectionis participationem ab illo in quo plene dic-

multis de causis martir

Respondetur [illegible] in quarto sententiarum distinctione quadragesima nona est quod aureola potest dupliciter
considerari primo in se / alio modo prout [illegible] quia militi datur a principe. Modo est quod
aureolarum primo considerando tunc aureola triplex Christo perfectissime convenit / quia ipse perfectis-
sime fuit virgo / quamvis enim est omnis [illegible] carnalis concupiscentia [illegible] bellaverit /
quia in Christo radix eius non fuit / nec esse potuit / tum quia perfecte eius causa sue anime abs-
dictus fuit / et pugna ordinatur ad victoriam / victoria ad dominium pacificum et ergo non
debet negari sed concedi quod in Christo est aureola virginitatis [illegible] pugnavit est [illegible]
tum carnalis concupiscentie / non in se existentis / sed in aliis / et illo exercitu victo / carnalem
concupiscentiam vicit / sicut aliquis vincit principem vincendo robur exercitus sui. Preterea fuit etiam
perfectissimus doctor / et perfectissime vicit per suam doctrinam diabolicas fraudulencias / per quas diabolus

inveniri, et sic ad quandam incorporationem pertinet, et ideo ut
sic in Christo inveniri, in quo est omnis perfectionis plenitudo.
Queritur quinto an angelis debeatur aliqua aureola. Respondetur quod
non, quia aureola non debetur actui qui per corpus non geri-
tur, nec debetur pugne, sed victorie de pugna, secundum illud 2 ad
Thim. 2o: Non coronabitur nisi qui legitime certaverit. Angeli
autem nec corpus habent nec pugnam in qua aliquam sentiant
difficultatem, igitur non habent aureolam. De aureola virginitatis
dicit Ysa. lxi°: Tamquam sponsam decoravit me corona. Est sciendum
quod illis solis proprie debetur aureola virginitatis qui vel que habuerunt proposi-
tum virginitatem perpetue servandi, sive huius propositum aliquando fuerit
interruptum, integritate tamen carnis manente, dummodo in fine
hoc propositum inveniatur, quia virginitas mentis reparari potest, non
autem carnis virginitas quo ad hoc, quod corruptus voluptatem ve-
neream fiat non corruptus, non enim potest deus facere ut ea que facta
sunt non sint facta, posset tamen miraculose reparare integritatem
membri, non virginitatis amissionem corrupti. Et quia virginitatis
aureola non correspondet nisi virginitati prout est virtus, et virgini-
tas non est virtus nisi secundum quod propria incorrupcio mentis et
corporis cadat sub electione. Secundum Aug. in libro de nuptiis et concu-
piscentia dicitur: Virginitas est in carne corruptibili incorrupcionis
perpetua meditatio. Cui concordat B. Ambrosius in libro de virgini-
tate: Quid est virginitas nisi expers contagionis integritas? Ex
quibus patet quod virginitas est integritas carnis cum castitate incorrup-
cionem mentis. Non autem hic dicitur integritas carnis incorrup-
cio a voluntate. Nam si gladio vel fuste locus pudoris violetur,
non plus lesa est in illo membro virginitas quam si pes vel ma-
nus ledatur. Dicitur autem incorrupcio mentis hic, quando mens est
libera ab actuali et completa delectatione concupiscentie ex vo-
luntate sponte vel consuetudine vel non dissentiente vel
non ingressa per penitentiam. Nota singula verba iam dicta. Dicit
completa delectatione signans iam delectationem que est coniun-
cta voluptati, quanta est coitus. Et dicit sponte ad differentiam
purgationum etc., sicut enim natura purgat superfluum per alios poros
manifestos et occultos, ita etiam purgat per locum pudoris tam
in viro quam in femina. Unde est sciendum secundum Albertum in libro de
animalibus quod triplex est humor qui fluit de genitalibus, videlicet
semen, urina et humor subtilis, qui est medius inter
urinam et semen, et distillat interdum in viro propter solum
tactum mulieris vel aspectum femine, et ita in muliere propter
aspectum vel tactum viri, et aliquando fluit ille humor propter audi-
tum aliquorum turpium actuum vel verborum, per huius tamen fluxum
solum non violatur virginitas, sed per seminis resolucionem. Quia illa

vincebat bellat(?) quod spiritum et quod suos. Nec dicit ut habetur Jo. xii: Nunc princeps huius mundi eicietur foras.
Fuit etiam perfectissime ... ut habetur Jo. xviii: Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum ut testimo-
nium perhibeam veritati, quod testimonium non tantum verbo sed morte sustinendo perhibuit, et sic vincit tyran-
nitas violens. Nec dicit discipulis suis ut habetur Jo. xvi: Confidite quia ego vici mundum, quia ego excel-
lentissimam victoriam habuit et carnalis concupiscentie vincendo eam non in se, quia in se nulle fuerunt nec
esse potuit, sed in aliis in quibus sunt in alienis ut expositum est, et quod dyabolus fraudulens, et quod
tyrannitas violens: ideo excellentissime sibi debetur triplex aureola, scilicet aureola virginitatis, doctorum, martirii,
accipiendo aureolam sub ratione qua datur militi a principe; sed Christus non habet aureolam, quia Christus princeps militie
est, et omnis summus principatus sibi debetur ratione divine nature.

vel quod est corporis incorrupti(?)

suplet locum coitus / et complet eius delectacionem Dici eciam ex
voluntate / quando quis cogitat de coitu et de membris pudibundis
et de aliis ad concupiscenciam facientibus cum intencione et stu-
dio conatiandi eciam concupiscencie et delectandi in illos Et tunc si talem
cogitacionem sequatur distillacio fedi humoris et perfecta coitus de-
lectacio / tunc corpus corrumpitur / et virginitas violatur Dicit autem
in virginitatis violencie corpus corrumpi / corrupcione vicii non
passionis / et hic fit ex laxacione venarum et pororum per quas
explebitur voluptas carnis seu coitus Dici eciam et voluntate
operante / est autem voluntas operans in hiis / que digito vel manu
et ligno / vel quovis alio adiutorio / quis vel que tangit vel corrum-
pit / nervos interiores in membris genitalibus / quales sua
sensibilitate perfectam coitus delectacionem habeat et experiatur Dici
eciam voluntate consenciente / est autem homo tunc consenciens / quando
non plene dissentit / nec ingenti vi renititur / quando ad delecta-
cionem fedam invitatur / sive per se fiat per se sive per alium / sive ad
solum sexum ut in sodomia / sive ad diversum sexum causa spei
ut in coitu immixtorum / quia in hiis omnibus amittit virginitatem Di-
ci eciam non dissenciente Unde voluntas dicitur tunc dissenciens
quando non declinat / vel quando dissimulat fugere malum indu-
cens seu resolucionem Dici ultimo vel non ingenti vi reni-
tente Dicit autem voluntas non renitente / ingenti vi si non sta-
bili corde / et prout potest totis viribus renititur corpore / nec saltem
pollucionis delectacionem experiatur / ideo omnimodam violen-
ciam passe / nec virtutem virginitatis / nec virginitatem amise-
runt / sed talibus virginibus seu mulieribus divisio corporis est cum
volumine passionis / non reatus indignitatis Unde et beata Lucia
dixit Si me invitam violabis castitas mihi duplicabitur ad coronam
Non quod sic hoc est intelligendum / quod famam pro fide / aut alia
virtute violenciam passa duplicem habeat aureolam / Sed quod duplex
reportabit premium / Unum pro virginitate custodita in tali
oppressione / aliud pro iniuria seu violencia quam est passa
Dices si ex hoc concepit ipsa sicut mater dei esset / quod esset mater
et virgo / ex quo virginitatem non amisit Respondetur quod posset similis
matri domini dei ihesu / quo ad aliquid / sed non in toto / nec eciam con-
quatur sibi quamvis esset mater et virgo / quia tamen in virgine beatissi-
ma permansit cum integritate mentis integritas carnis / nec
ipsa concepit a viro / sed a spiritu sancto Dices adhuc si talis vio-
lenter oppressa secundum condiciones superius expressas permanet virgo
nunc posset velamen sacrum recipere / cuius oppositum dicit leo
papa / corrupte non est per violenciam / sic non audeat sacris
virginibus comparare Respondetur quod posset consecrari si sciret nullo

consensisse et habebit in celo virginitatis aureolam / nec illa corrup-
cio violenta est corrupcio decoris virtutis indicanda / sed decor integer
in ea perseverat / Racio huius est quia decoracio huiusmodi virtutis et decoris
aureole procedit ab interiore / et ideo aureola principaliter est in
mente / et quasi per quandam redundanciam fulget in carne / Et ideo dicit
sanctus ambrosius in libro de virginibus et ponitur in textu sentenciarum libro iiii
dist. xxxiii Non potest ingenium corrumpi corpus / nisi prius mens cor-
rumpatur / Quidam vero prostitui potest adulterari non potest / nec lupa-
naria infamant castitatem / sed castitas mentis eciam loci abolet
infamiam / Dicimus ergo secundo quod ipse est intelligendum / quod periculo-
sum quod forte violenter oppresse in illo actu oppressionis non plene
dissenserunt / nec fortassis totis viribus totaliter restiterunt / et
ideo cautum est quod sic illis non compatiunt / nec ut virgines
consecrentur / quia difficile est in tali actu perseverantem continuum
renti ne voluptas alliciat aliquem consensum / Cum ergo de
pleno dissensu constare non possit / ideo ecclesia statuit ut corru-
pte mulieres a consecratione abstineant humiliter / ut habetur in de-
creto xxvii q. i c. Si quis non
invitatis / De huiusmodi abstinencia a consecratione virginitatis viola-
tione etc. habetur eciam per sanctum thomam super iiii libro sententiarum dist. xxxiii
iii et dist. xlix et in 2a 2e q. 152 / Secundo queritur utrum sola
mente aliqua possit amittere virginitatem / Videtur sic dicitur nam
corpus natum est obedire ymaginacioni sibi in suis delectacio-
nibus applaudenti / ideo magistris mentis / quia redundat in po-
llucionem corporis et hoc duobus modis scilicet uno ex temptacione sola
et tunc existens invitus et impossibile est hanc temptacionem terminari ad
suffocantem delectacionem / quia excellens delectacio non potest esse ubi
mens totaliter renititur / sed si fiat debet oportet quod mens ad eam
aliqualiter voluntarie inclinetur / Alio modo fit temptacio cum proposito et
deliberacione delectandi turpiter / et tunc delectacio non est in corpore
nisi generetur proportione ad cuius impetum tunc commouetur concu-
piscencia et fantasia / et extenduntur spiritus ad membra genitalia / in-
ducitur delectacionis / et incipit homo delectari complete et pollui
ad ymaginacionem sicut ad rem / et tunc dicunt sancti patres / quod ex hu-
iusmodi pollucione corrumpatur virginitas non solum mentis / sed
eciam corporis / Racio huius est / corrupcionis enim virginitatis una et sola
et causa est voluntaria et procurata delectacio corporis completa in
actu pollucionis / Quia corporis divisio non est magis corrupcio in
genitalibus / quam in manibus vel pedibus / nisi paciencie scilicet ingenium
...guorum contactum generat hanc fedam / de qua dictum est delec-
tacionem / Cuius probacio est / quia eorum / quorum una est racio vir-
ginitatis in merito et premio / igitur et corrupcionis / Cum ergo non possit
assignari racio aliter per aliquam corporis divisionem corrumpatur

est una modo corrupcio / scilicet mentis et corporis est una racio virginitatis in merito et premio

masculus, non videtur quod corporis divisio sit substantialiter aut formaliter
corrumpens virginitatem in forma. Et ideo dicit sanctus Thomas quod violatio
signaculi virginalis per accidens se habet ad virginitatem ipsam, aut
propositum voluntatis perpetuo abstinendi a tali delectatione, sed est formale
et completivum in virginitate. Secundo queritur an puelle in annis
puerilibus, si turpia fornicationis opera agerent, ac per hoc virginita-
tem amitterent. Respondetur quod non, quia talis etas non patitur incepta
delectationis sed humoris parvi distillationem, neque genitalia
solent stillare. Tertio queritur an per pollutionem in sompnis virgini-
tas amittatur. Respondetur secundum sanctum Thomam quod non, sed per mulieres
inebriatas, si cognoscantur a viris dormientes, nisi hac inten-
tione mulier vel aut sic ivisset dormitum ut a viris cognosceretur,
aut hac intentione inebriata fuisset ut hoc sibi accideret. Quarto
queritur an mulier que a demone incubo cognoscatur invita amittat
virginitatem. Respondetur quod sicut violenter corrupte non amittunt
virginitatem nec aureolam, ita nec illa que a demone incubo co-
gnoscitur, si tamen mente quicquid potest renitatur. Quinto queritur an virginitas
amissa possit recuperari. Respondetur quod duo sunt in virginitate. Unum
quod est materiale, scilicet carnis corruptio, et hec amissa recuperari
non potest. Aliud est ibi quod est formale, et hoc est mentis integ-
ritas, que consistit in proposito perpetue continendi; hec per solum con-
sensum in actum carnalem perditur, ac per hoc virginitas violatur.
Sed hec per penitentiam recuperari recuperari potest, ut patet in sexto [illegible]
[illegible] ca., qui scilicet sermo communis super Johannem rogatus filius de im-
pris. Et hoc patet quod virgines carne et mente si perdiderint inde
aut aliquando delectationem pollutionis experiri, etiam si non fuerint
experte, nisi egerint de hoc penitentiam, integram habebunt virginitatis
aureolam. Si autem penitentiam egerint, recuperabunt virginitatem preter
et aureolam, licet non in tanta decoris gloria, integra fuisset
si integram mentis integritatem violassent. Tamen queritur aut non que-
cumque voluntarie procurat per quemcumque modum spontanee pollutionem
ille perdit irrecuperabiliter virginitatem, que si semel amissa
non potest esse perpetue incorruptionis meditatio. Unde Amos v dicit:
non adiciet ut resurgat virgo Israel. Ideo cum deus omnia possit,
non potest de corrupta virginem facere. Et hoc ideo est quia non potest fa-
cere non fuisse quod preteriit. Sexto queritur an vir vel mulier
fluxum seminis patiens per hoc amittat virginitatem. Respondetur
quod non, quia talis pollutio accidit ex infirmitate nec sine mentis
consensu. Septimo queritur an in naturaliter frigidis et eunuchis
pro virginitate servata debeatur aureola. Respondetur si voluntatis
fuerunt incorruptionem ad hoc quod servaret perpetue integritatem

Margin: x — Secundum quosdam semen [illegible] virginitas ipsa est

Margin: non perdunt virginitatem [illegible]

carnis et mentis / ceteris si facultas adesset virgines dicende sunt / et
merentur aureolam / quia fiunt de necessitate solutionis / Si autem fuerint vo-
luntatem dicendi coniugium / si fuissent cognoscendi potentiam non meruerunt
aureolam / Octavo queritur / an pueris post baptismum ante annos discretio-
nis decedentibus debeatur aureola / Videtur quod non percipiendo aureolam
sed prout est quoddam premium meritis redditum / Si autem recipiatur large
pro quocumque gaudio / quod in patria habitum super gaudium essentiale / sic
omnibus electis in carne incorruptis aureola debebitur / et si propo-
situm non fuerint perpetue virginitatem conservandi / Sic enim innocentes de
ipso gaudent in patria / quia immunes a peccato sunt / quamvis peccandi oppor-
tunitatem non habuerunt / Sic non est dubium gaudere pueros baptisatos
de corporis incorruptione / sed hec aureole acceptio non est propria / sed
valde communis / Nono queritur an virgini beatissime debeatur virginitatis
aureola / cum nullam cum carne habuerit pugnam propter fomitis ex-
tinctionem / quia perfectam in utero sanctificationem / Videtur quod sic / Nam
licet non sustinuerit a carne pugnam / sustinuit tamen ab hoste impu-
gnationem / qui nec Christum permisit intentatum / sicut patet Mathei iiii°
In singulis tamen tentatione / nullam passa est difficultatem in resistendo
Aliqui dicunt quod virgo beatissima / non habet aureolam si ipsa accipiatur
prout respicit pugnam / sed habet aliquid melius aureola propter perfe-
ctissimam opus et aliud propositum de virginitate servanda / Similiter plus pla-
cet sancto Thome / cum ipsa sit primiceria omnium virginum / Decimo queritur
an aureola martirum / inter aureolas tres prius assignatas sit
potissima / Videtur quod sic / quia pugna martirii est fortior et vehemen-
tius affligit quam pugna virginum vel doctorum / Igitur victoria martirum
est gloriosior et per consequens potior / hoc etiam requirit ecclesia in sanctorum comme-
moratione / que martires doctoribus et virginibus preordinat / Undecimo
queritur / an unus martirum habeat excellentiorem aureolam alio mar-
tire / et ita patet quod de virginibus et doctoribus / Videtur quod sic / quia unus
martirum plura et graviora quam alter sustinet tormenta / igitur maio-
rem habet aureolam quam alter / quia intensiori merito in genere actus marti-
rii correspondet excellentior aureola / Item unius virginis aureola erit
excellentior quam alterius / ut puta illius / que se magis a delectationi-
bus carnis elongavit et que occasiones corruptionis studiosius quam
alia vitavit / Similiter ille doctor sive predicator excellentiorem habebit
aureolam qui predicationi studiosius et diutius institit quam alter / si magis
diligenter hoc fecit / non obstante quod alter habeat aliquando maiorem
caritatem / Nam penes radicem caritatis et eius quantitatem
non attenditur quantitas seu excellentia aureole / Sed potius autem
Est ergo stare aliquem in martirio magis mereri de essentiali premio
qui tamen pro martirio excellentiorem habet aureolam quam unus alius
martir cui est datus qui maiorem impatiendo habet caritatem / ut
tamen qui alio maiorem habet caritatem / ille maius habet premium esse-
ntiale quam alter qui minorem habet caritatem quod premium essentiale

correspondet caritati sicut habitus et eius quantitati. Sic similiter sit varia-
tio premiorum essencialium, et aureolarum in virginibus et predicato-
ribus iuxta differentiam caritatis et operis, cum ex gratia correspondeat aureola
id est premium accidentale. Ubi autem due virgines essent in caritate equa-
les et in custodia virginitatis per omnia eque diligentes, tales haberent
aureas et aureolas equales. Undecimo queritur, an predicator fi-
deliter predicans, qui in nullum committit, et sit a nullo alio a se differentiam
expellit, habeat aureolam predicatorum. Respondetur quod sic, quia aureola non
debetur statui scilicet magistrorum in theologia, aut prelatorum, quibus
ex officio competit predicare et docere, nec debetur habitui sed pugne
actuali. Sit ergo quicumque ex caritate voluntarie et habeat actum pre-
dicationis fideliter exercet, et per arma spiritualia doctrine katholice
nititur dyabolum expellere ab auditorum corde, sive sit magi-
stratus sive prelatus, sive simplex clericus, dummodo sit missus
et licite ac fideliter predicationi insistat, ac recte quo ad se
et quo ad alios vivat, ipse sibi mercedem acquirit, et
aureolam obtinebit. Tertio decimo queritur, an sanctorum beatitudo
fiat maior post iudicium quam ante resumptionem corporis. Respondetur
quod sic, tam intensive quam extensive. Extensive quidem planum est, quia
maiorem erit sicut beatitudinem, quia anima tunc non solum gaude-
bit de bono suo, sed etiam de bono corporis, quod tunc erit glorifica-
tum. Similiter de bono aliorum corporum gaudebit. Intensive vero
etiam erit maior anime beatitudo, quia erit perfectior in sua operatione,
cum erit in suo corpore sibi perfecte subiecto, quod tunc in nullo resistet
sue actioni. Cum ergo beatitudo in operatione consistat perfectior erit
beatitudo anime post resurrectionem quam ante. Sicut nunc anima
separata a corpore corruptibili perfectius potest operari quam ei coniuncta,
ita tunc postquam erit coniuncta corpori glorioso et incorruptibili
perfectior erit eius operatio quam quando erat separata. Tunc autem
imperfectior appetit suam perfectionem adeo anima separata nunc
in celo naturaliter appetit sui corporis coniunctionem, et propter suum
appetitum ex imperfectione procedentem eius operatio quam in deum
fertur est minus intensa. Et hoc est quod Augustinus super Genesim ad litteram
dicit, quod anima ex appetitu corporis retardatur, ne tota intentione
pergat in illud summum bonum. Quarto decimo queritur, an sancti in
merito et premio differentes habeant in celo mansiones in celo dif-
ferentes. Secunda dicitur Johannis xiiii: In domo patris mei mansio-
nes multe sunt. Respondetur quod non, quia omnes sancti angeli et
homines unum habent corporale habitaculum, scilicet celum empireum
in quo nulla est differentia mansionum corporalium. Sed sunt ibi gra-
dus premiorum diversi seu differentes. Sunt in domo dei diverse
mansiones que separantur in vita patris per differentiam meritorum.

migrat

qua

et illi gradus premiorum

Et sp[...]pis mundi in omnibus creaturis est ex caritate / Igitur diversitas in mundo est ex caritatis diversitate / non quidem in substantia sed in quantitate Et sic caritas vite distinguit mansiones patris .i. distinctionem merito- rum correspondet in patria distinctio meritorum premiorum / Nec est putandum quod omnis sanctorum in celo habeat aliquem alium sub pede suo / Licet nunc ci- vitas illa superna sit corporaliter in Apocalypsi descripta in capitulis xxi et xxii per illa tamen corporalia spiritualia sunt intelligenda / et non corporalia, ut ibidem per expositores / Unde ad quatuor orbis mundi partem principalem dici- tur porte tres in civitate illa superna / quia in fide trinitatis recipiuntur ad gloriam eternam celestem / Et murus civitatis dicitur habere fun- damenta xii .i. xii articulos fidei Nam secundum Apostolum fides est speran- darum rerum etc. ad Hebre. xi .i. bonorum celestium que sunt nobis spe- rande / Et in hac diffinitione fidei accipitur substantia pro inchoatione sicut fundamento / eo quod fundamentum est inchoatio domus / Per fidem vero formatam caritate inchoatur beatitudo celestis in nobis Et subditur Apocalypsi xxi Et in ipsis xii nomina apostolorum et agni .i. ipsorum xii articuli / qui sunt fundamenta fidei sunt a xii apostolis conscripti qui nominatim in hoc symbolo sunt expressi / et sunt agni .i. Christi / nam sep- tem articuli sunt de eius divinitate / et septem de humanitate eius, ut supra dictum primo articulo potest apparere / Nomina autem apostolorum dicuntur in ipsis fun- damentis scripta / quia ipsi apostoli primo publicaverunt fidem etc. / in dictis xii articulis contentam predicando / et eam pro fide Christi moriendo / Sed cum venerit quod perfectum est evacuabitur quod ex parte est Ad Cor. i Cor. xiii / cum scilicet fidei succedet visio clara / Igitur secundum Bonaven- turam super iii° sententiarum dist. xxxi habitus fidei tunc simpliciter tollitur per visionem glorie / propter suas imperfectiones / que in gloria excludit co- gnitionis imperfectionem / fides enim est de non visibilibus / Similiter habitus spei evacuatur in patria / et ei succedit novus habitus quo certitudina- liter et iam presentialiter habetur et possidetur / quod expectabatur quia spes est de futuro et non habito / Caritas autem in patria non evacuatur nec tollitur / sed consummatur Unde prima Cor. xiii dicitur Caritas nunquam exci- dit / glosa nec in hoc seculo nec in futuro / Scientia dicitur aliquo modo non manere in patria / et aliquo modo manere dicitur / Nam si consideramus in scientia sub- iectum, usum et modum / Scientia quoad habitum manet et comple- tur / quoad vero ad usum mutatur / sed non tollitur / Sed quantum ad modum simpliciter evacuatur et tollitur / nam eius in patria modus fit in quadam discursu et inquisitione / et quadam sollicitissima ratioci- natione / et ille simpliciter ibi desinit / quia in patria modus cognoscen- di est per simplicem aspectum propter glorie complementum Dicitur etiam supra et civitas in quadro posita est .i. est equilatera / Per hoc intelliguntur quatuor virtutes cardinales / que sunt equales inquantum quis est fortis / tantum est iustus prudens et temperatus / et econverso et ille virtutes manent in patria secundum magistrum iii° lib. sententiarum dist. xxxiii / Sed secundum alios actus est in via Nam iustitia prout est virtus cardinalis / hic est quedam rectitudo ordinans hominem ad alterum

in reddendo ei quod suum est et eius actus potissimus est subvenire
miseris / quia misericordia est pars iustitie / prout est virtus cardinalis / prudentia
est in precavendis insidiis / ordinat enim prospera et adversa ad cautelam futu-
rorum / fortitudo est in perferendis molestiis / unde ille dicitur fortis / qui mo-
lestias recte et perfecte fert / et in eis non succumbit / temperantia est in
coercendis delectationibus pravis / actus autem dictarum virtutum in patria
erunt alii / nam iustitia ibi excludit omnem iniquitatem / prudentia excludit
omnem errorem / fortitudo omnem molestiam / et temperantia omnem libidinem
repugnantiam / vel aliter secundum magistrum Nicolaum de Lira / secundum quem
actus prudentie est ibi nullum bonum deo preponere vel equare / fortitudinis
autem est deo firmissime inherere / temperantia vero est nullo affectu no-
xio delectari / iustitie autem est deo subditum esse / Consequenter est sciendum
quod secundum Ambrosium quem magister allegat in 3° libro sententiarum distinctione 34 septem
omnia dona spiritus sancti etiam manebunt in patria / ibi enim manent omnes
virtutes qui sunt in statu vie / et non habent quid essentiale repugnans
perfectionis glorie / Cum ergo dona spiritus sancti sint huiusmodi / quia omnia
fuerunt in Christo / in quo ~~omnia~~ fuit perfecte plenitudinis beatitudo / hinc est
quod quatuor ab omnibus tenetur / quod dona spiritus sancti in patria non evacuabuntur
sed consummabuntur / Unde donum sapientie etiam ibi / quia licet eius actus sit
circa cognitionem veri precipuus tamen eius actus est circa affectum
boni / quia nominat dei cognitionem experimentalem / adeo eius actus
consistit in cognoscendo divinam suavitatem / inchoatur enim in cogni-
tione / et consummatur in affectione / Ideo sapientia dicitur quasi sapida scientia
/ quia gustus experimentalis boni est valde sapidus et dulcis / Per donum
intellectus in statu vie / deus cognoscitur in creaturis per discursum
In patria vero per simplicem aspectum / quia videtur ibi nude et aperte
et intuitive / In dono consilii duo sunt / Primum est dubia et ambigua
ponderando discutere / Secundum est post discussionem quod convenientius et
dignius est eligere / Primum non est de consilii essentia / sed secundum et
hoc manebit in patria secundum sanctum Thomam / Donum consilii est
in beatis / inquantum in eis continuatur adeo cognitio eorum
que sciunt et illuminantur de hiis que nesciunt circa agenda / Fortitudinis
donum nos dirigit / Primo quo homo inter pericula expedite se habeat / sed
secundo et principaliter / ut homo deo fortiter et inseparabiliter adhereat / et
hoc non solum facit secundum sufficientiam / quia sic est virtus cardina-
lis / sed etiam secundum excellentiam / et secundum hunc actum in patria est et non
superfluit / Donum scientie docet nos / quo debemus conversari in
medio nationis perverse / et hoc pro statu vie / sed in patria eius usus
est ad sciendum et discernendum quo unusquisque debeat se ad alterum
habere / non ad malos / qui erunt extra illam supernam civitatem
/ sed ad bonos / qui in illa superna civitate per omnia concordabunt
Donum pietatis non solum est compati patientibus / quod ibi non
erit / sed habere etiam affectum quendam benignitatis / et dulcedinis
ad omnem hominem in quo conspicit dei ymaginem / et secundum illud
actum manebit in patria / non secundum primum / timoris donum vero

et ibi / quantum ad mali cautelam / sed potius quantum ad summi eius reve-
rentiam / ita quod ab illa summa maiestate faciat resilire in suam
parvitatem / Propter quod sciendum quod timoris domini est tria timere / scilicet penam ut
fugiat offensionem / ut illam caveat maiestatem summam / ut illi
subiaceat exhibendo reverentiam / Et secundum hoc est triplex timor / Primus
est qui principaliter penam aspicit / et ille est servilis / Alius est timor
qui timet quidem [?] secundum ad penam / sed secundum et principaliorem secundum ad offe-
nsam vitandam / et ille dicitur timor initialis / Tercius timor est qui
timet quidem [?] secundum respectu offense vitande / alium vero respectu reverentie
exhibende / et est ille filialis / quia et si primus sit in refugiendo ne
separetur a deo / alter tamen est excellentior et magis perfectus est reve-
rendo deum / et resiliendo a summa maiestate in suam propriam parvi-
tatem / et hic perfectus fuit in christo / et est in sanctis angelis / et est omnibus
beatis / Et quantum ad illum actum timor manebit in patria / non
quo ad alios inferiores [illegible] est addendum quod septem donis spiritus
sancti / correspondent octo beatitudines secundum Augustinum in libro de sermone
domini in monte / Ita quod primo dono scilicet timori correspondet prima beatitu-
do scilicet paupertas spiritus / et secundo dono scilicet pietati correspondet secunda
beatitudo scilicet mititas / et sic de aliis / Sicut ergo dona spiritus sancti
dicuntur dicitur manere in patria secundum aliquos actus / sic et bea-
titudines / Unde paupertas spiritus est ut [?] castum dei timorem
/ nec in se magna querere per superbiam / nec in exterioribus honoribus
vel divitiis querere magnum [illegible] / aut esse per ambitionem vel avarici-
am / sed voluntarie et libenter propter deum talia abiciat reputans
indignum cum illis se occupari / ne a deo elongetur aut separetur
/ Et quo ad hunc ultimum manet [illegible] in patria / Hec beatitudo resi-
liens cum timore / ab illa summa maiestate in suam parvam
parvitatem / Secunda beatitudo est mititas / que animum tranquillat
/ ut deus deus in eo regnet / Tercia est luctus / que deflet sua et
aliena peccata / gemit etiam et plorat / quod sic cum a deo separatum
adhuc manere oportet etc. / In hac beatitudine luctus ponitur pro mer-
ito / sed consequens consolatio pro premio / que consolatio in hac
beatitudine hic inchoatur / et in patria consummatur / Quarta est esu-
rire iusticiam id est nunquam nos iustos satis reputare / et ab operi-
bus iusticie velle cessare / hec secundum maxime est in patria / ubi
non cessant die ac nocte deum laudare / et optat nos opera
iusticie adimplere / Quinta est misericordia / cuius est gaudere alterius defe-
ctus supplere / et hoc plus fit in patria / quam in via / Sexta est cordis
mundicia / qua mens purificatur non solum a peccatorum sordibus
et demonum erroribus / sed etiam a corporeum fantasmatibus
in presenti vita / non autem a speciebus intelligibilibus / hec omnis erit in
patria in qua deus seu divina essentia videbitur nude immediate
clare et aperte / Septima beatitudo dicitur pax / pacifici nunc sunt
qui in se / et aliis pacem faciunt / tranquillitatem eius animi / beati

in se perfecte habent / et apud deum nobis sanctis suis intercessionibus
obtinent et procurant / Sit ergo cum omnis beatitudinis actus sit actus
virtutis perfecte / et consummate hic in via / multo perfectius erit in
patria / Octaua beatitudo dicitur fortitudo in patiendo / que perficit
potenciam et ordinat ad bene patiendum / Sicut enim ad potenciam virtuo-
sam pertinet bene agere / ita et bene pati / In hoc bene se habet non
quantum et humano / quando propter tribulacionem imminentem non recedit
a virtute / licet et tribulacionem sustineat actu / aliqua angustia
et dolore / et hoc fit per fortitudinem que est virtus politica et mora-
lis seu cardinalis / Sed excellencius hoc fit per fortitudinem diuinam
que est donum spiritus sancti / secundum quam homo non solum pacienter / sed eciam
libenter et letanter sustinet aduersa / Sed eciam feruenter desiderat su-
stinere adhuc maiora et acerbiora supplicia / Et ergo dei martires
quanto acerbioribus tormentis cruciabantur / tanto magis in deo
letabantur / et cum quodam impetu desiderii pro christo deo maiora
et plura sustinere optabant / et per hoc se fore instabiliores et
beatiores estimabant / Et quo ad illud vltimum scilicet beatitudinis desiderium
fortissime ferunt / sed in patria in deum ad sibi in omnibus con-
placendum / licet ibi non sit aliquid aduersum pati / Post predicta
est sciendum quod duodecim fructus de quibus dicitur ad Galatas v. eciam ma-
nent in patria / Et in ea dicitur Apocalipsis xxii. Ex vtraque parte fluminis lignum vite
id est afferens fructus xii / hoc tamen erit secundum alios actus viatoris
et alii comprehensoris / Primus fructus est caritas / qui in patria
est in deum prosilium totaliter per amorem transformari / Secundus fru-
ctus est gaudium / et ille est in deo pisa delectari / Tercius est pax
et hic est in deo totaliter quietari / Quartus est paciencia que est
in via in aduersis non frangi / in patria vero vbi nulla est aduer-
sitas / est in deo firmiter stabiliri / Quintus est benignitas id est
bona igneitas / que est in beatis ad amorem proximi inflamacio
quo ad affectum / Nam in eis est vnus ardor cordium / vt dicitur
in illa prosa Superne matris gaudia representat curia etc. Sextus
est bonitas id est diffusio proprii boni ad proximum secundum effectum / Nam
bonum est sui diffusiuum / Bonum autem vnius beati redundat in al-
terum / et vnus gaudet de bono alterius / sicut de suo bono
proprio / Septimus fructus est longanimitas / que est equanimis ex-
pectacio boni futuri / Nunc vero beatorum communiter ex parte vt glori-
ficacionem / Octauus fructus est mansuetudo / que in via est mo-
deratio ire / Sed in patria non habet locum ira quantum ad suum male
quod est accensio sanguinis circa cor / sed quantum ad suum
forte / quod est appetitus vindicte habet locum / Nam beati appetunt vindi-
ctam obstinatorum peccatorum / secundum illud Psalmi Letabitur iustus cum
viderit vindictam / manus suas lauabit in sanguine peccatorum

Bene per fortitudinem fit quod homo non solum pacienter sed libenter et letanter sustinet aduersa / Sed eciam

Duodecim fructus

expectacio

Et quia iste appetitus moderatus est in sanctis secundum gloriam scilicet di-
uine iusticie ideo secundum hoc est ibi mansuetudo. Nonus est fides
que si accipiatur ut est uirtus theologica non est in patria ut pr-
ius est dictum quia fides est de non uisis ibi autem clare uidentur
que hic creduntur quia fidei succedit uisio clara. Si autem accipiatur
fides pro fidelitate sic est in beatis maxime. Decimus fructus
est modestia que est excellenter in patria nam potencie inferiores
anime sunt omnino superioribus subiecte. Undecimus est contine-
ncia. Est autem continens qui concupiscencias patitur sed ab eis non
deducitur contra passiones fortiter se tenens. Huiusmodi concupiscen-
cie non sunt in patria propter quod non est ibi continencia quantum ad concu-
piscencias pati sed est ibi quantum ad non deduci nam beati non possunt
ad aliquod malum flecti. Duodecimus est castitas prout impor-
tat mundiciam hec est in patria nam in eam non intrat aliquid
coinquinatum. Hii fructus permanent in sua suauitate et duracio-
ne cum graciarum actione et laude [illegible] spiritu sancto septem-
digente. Quoniam circa articulum aliqui errores sunt scripti qui per-
iculum fidei katholice sunt exclusi. Et ita hic quique errores
specialiter predicta huius articuli excluduntur. Primus est dicencium quod
nulla uita beata sit post hanc uitam cuius oppositum manifeste dicit ce-
tictus. Secundus est dicencium quod nulla anima ante iudicium uidebit
essenciam diuinam unde aperte et clare aut contra deum cuius patet
falsitas. Nam anime statim post separacionem a corpore ad eternum
premium aut supplicium temporale uel eternum supplicium perducuntur
nec est expectacio usque ad iudicium. Tercius error est dicencium
non esse distinctionem seu variacionem in premiis et gau-
diis beatorum nec in suppliciis dampnatorum cuius oppositum
ostensum est quia variacio et distinccio est et erit tam in premiis
essencialibus quam accidentalibus et cetera secundum quod maiorem uel minorem
caritatem habuerunt et in ea fidelius et studiosius egerunt et ce-
rtius pugnauerunt. Quartus est dicencium nullum hominem uitam eternam
uel aliquam eius aureolam mereri sed omnia de necessitate
euenire. Contra hoc dicit scriptura Reddet unicuique secundum opera sua. Et
Apocalypsis xviii quantum se glorificauit et in deliciis fuit tantum date illi
tormentum et luctum. Et de ve h xviii iuxta mensuram delicti
erit et plagarum modus. Item Joh. xiiii In domo patris mei
mansiones multe sunt. Quintus error est dicencium animam post
separacionem a corpore posse suam voluntatem mutare de bono in
malum aut e conuerso. Huius falsitas patet ex hoc quod quamdiu anima potest
sic de bono in malum aut e conuerso suam voluntatem mutare
tamdiu est in statu pugne et milicie sed post hanc uitam est
anima in termino recipiendi premium uel penam pro eo quod legitime
uel illegitime certauit. Et erit extra statum pugne et mi-
licie ideo bona voluntas in bono est confirmata et mala

glorificauit

est in malo obstinata / a quo malo dominus deus nos dignetur preservare
/ bonam per voluntatem et sibi acceptam nobis conferre / et confirmare
ut illum dominum dignissimum possimus cum omnibus sanctis eternaliter laudare

Amen dictio hebraica est / et signat tamen primo cum accipitur nominaliter
et est nomen indeclinabile / et signat nomen sanctum tuum domine deus quod
est ineffabile et immutabile / ut in apocalipsi in fine hec dicit amen testis
fidelis et verus / qui est principium creature dei / a te ergo domine deo meo
/ qui solus hoc nomine amen designaris sic exposito ex totius cordis
mei affectibus expostulo et requiro / ut pro retributione huius nominis
sancti tui nomen meum in libro vite rescribi facias / cum illis qui fi-
dem tuam katholicam in te numquam mutaverunt / nec aliquo errore
/ vel peccato maculaverunt / aut infecerunt / sed sinceram et illibatam ser-
vaverunt. Da michi domine fidem rectam sine errore / vivam cum meritorio
opere / formatam caritate / firmam que non possit vinci aliqua
adversitate / et bene fundatam humilitate / ut fiat nomen meum inter
filios et filias tuas / tibi notum / nulla umquam oblivione delendum
/ hoc rogito per nomen tuum amen sanctum / Secundo amen accipitur adverbia-
liter pro vere / veraciter fideliter / vel infallibiliter / Sicut in evange-
lio domini ihesu frequenter eo usus dicens amen dico vobis propter maiorem
assertionem veritatis / Hinc ergo qui es vera veritas / et vera caritas
/ que non fallit suppliciter exoro / ut veritas tua semper in corde meo resul-
geat / et omnis iniquitas ac diabolica falsitas destruatur / Tertio autem
accipitur verbaliter et est idem quod fiat / ita accipitur ab orantibus in fine ora-
tionis quando dicitur / amen .i. fiat / sic in proposito domine deus amen testis
fidelis / qui est principium et finis quem tua providentia / et cooperante gratia
articulos fidei per tuos fidelissimos apostolos congregatos in unum sim-
bolum exponendo ad ultimum articulum qui est de gloria beatorum puto
/ quem tuis fidelibus finaliter in fide tua permanentibus indubie es da-
turus / hoc ut fiat opto desideranter dicens amen / Nec solum amen
ad hunc articulum ultimum / sed ad quemlibet aliud refero significando / ut ap-
sit pro credo / sicut in illo extremo articulo / optans et supplicans rogans
ut domine ipse ihesu christe te ducente et me in fide tua conservans obtineam a
te veniam peccatorum meorum partem in resurrectione beatorum / et vi-
tam eternam / quam a longe in hoc mari procelloso tenui fide aspi-
cio et salute ad quam de statu vallis miserie suspiro ut queque labo-
rans ut aliquando ad ipsam de tua misericordia feliciter perveniam / O domine
deus unicum refugium meum / qui me a iuventute mea custodi-
sti / et fidem tuam katholicam docuisti / dirige me ad te / preser-
vans a devio et errore / ne mergam in profundum vel confusionem
/ guberna ergo navem meam dextera tua ne periclitem in fluctibus
huius maris ~~pudibundi~~ furibundi / ut civitatis vitiosis procellis
/ navis et mercibus salvis perveniam ad te portum salutis eterne /
/ qui stas in litore celestis patrie / me expectans per ihesum cri-
stum dominum nostrum salvatorem omnium / qui tecum vivit
et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen

Ex supradictis luculenter patet / quod si respectum habeamus fa-
ctum ad eos qui simbolum ediderunt / tunc articuli fidei sunt xii ad
numerum duodecim apostolorum / Si vero consideremus que realiter
credenda sunt / tunc articuli sunt xiiii / quorum septem spectant ad
divinitatem / septem vero ad humanitatem / prout supra dictum
est de eis / Sed ut nunc summarie et breviter / propter simpliciores fa-
ciliorem memorie commendacionem / et retencionem repetatur / Unde
hec divisio articulorum signata est per septem candelabra / et se-
ptem stellas Apocalipsis i. ubi dicitur / Conversus vidi septem candela-
bra aurea / et in medio septem candelabrorum aureorum similem
filio hominis / Per hec intelliguntur septem ultimi articuli pertinentes
ad humanitatem / unde in medio horum similitudo filii hominis descri-
bitur / Et sequitur quod habebat in dextera sua stellas septem / et per has intel-
ligitur septem primos articulos ad deitatem pertinentes / i. Thi. vi. lu-
cem habitat inaccessibilem, quam nullus vidit hominum / Sunt igitur septem
articuli fidei / qui pertinent ad deitatem / quorum primus indicat esse
unum deum / qui notatur ibi Credo in deum / Secundus est patrem esse
deum ibi patrem omnipotentem / Tercius est filium esse deum ibi Et
in Ihesum Christum filium eius unicum dominum nostrum / Quartus est spiritum
esse deum ibi Credo in spiritum sanctum / Sic patet quod predicti quatuor
articuli sunt de unitate divine essencie / et trinitate personarum / Quintus
est credere remissionem peccatorum / hiis qui sunt in ecclesia ibi / Sanctam
ecclesiam katholicam / sanctorum communionem / remissionem peccatorum
Sextus mortuorum resuscitacio ibi Carnis resurreccionem / Sep-
timus bonorum remuneracio / sub quo comprehenditur et malorum
punicio ibi Vitam eternam / Et isti tres articuli ultimi ad divini-
tatem pertinent / quia virtute divinitatis fit peccatorum remissio / que est
anime iustificacio / et corporum resurreccio / atque corporis simul et anime
glorificacio / Alii septem articuli sunt / qui pertinent ad Christi humani-
tatem / Primus est credere filium dei esse conceptum de spiritu sancto
ibi Qui conceptus est de spiritu sancto / Secundus est filium dei natum
ex maria virgine ibi Natus ex maria virgine / Tercius est filium
dei pro nobis mortuum in cruce ibi Passus sub poncio pylato
crucifixus mortuus et sepultus / Quartus est filium dei de-
scendisse ad inferos secundum animam, ibi Descendit ad inferna / Quintus
est filium dei a mortuis resurrexisse ibi Tercia die resurrexit
a mortuis / Sextus est eundem ascendisse ad patris equalitatem
ibi Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis
Septimus est filium dei credere iudicaturum bonos et malos / ibi
Inde venturus est iudicare vivos et mortuos / Sed et secundum dominum
hugonem Credo xii sunt articuli fidei vi de divinitate et vi de hu-
manitate / Primus articulus de divinitate Credo in deum patrem
omnipotentem creatorem celi et terre / Secundus et in Ihesum Christum
filium eius unicum dominum nostrum / Tercius Credo in spiritum
sanctum / Quartus Sanctam ecclesiam katholicam sanctorum communionem

remissionem peccatorum. Undecimus carnis resurrectionem. Duodecimus
vitam eternam. Alij sex articuli pertinent ad humanitatem Christi. Primus
qui conceptus est de spiritu sancto. natus ex maria virgine. Secundus
passus sub poncio pilato. crucifixus mortuus et sepultus.
Tercius descendit ad inferna. Quartus tercia die resur-
rexit a mortuis. Quintus ascendit ad celos sedet ad dexteram dei
patris omnipotentis. Sextus inde venturus est iudicare vivos et
mortuos. Ista sancta divisio videtur signata fuisse Josue iiii°
ubi dixit dominus pater ad iesum .i. ad filium Elige tibi xii viros
.i. apostolos Luce vi vocavit discipulos suos et elegit xii ex ipsis
quos et apostolos nominavit. Et elige inquit xii viros singulos per sin-
gulas tribus. et precipe eis ut tollant de medio iordanis alveo
.i. de media profunditate scripturarum ubi steterunt pedes sacer-
dotum .i. affectus sanctorum patrum xii durissimos lapides .i.
articulos fidei qui non credentibus durissimi apparent. credentibus
vero durissimi sunt .i. firmissimi quia sunt fidei fundamentum. Et
quos et ponetis in loco castrorum ubi fixeritis hac nocte tento-
ria .i. in ecclesia que est ut castrorum acies ordinata. in qua no-
cte presentis vite per speculum in enigmate figunt fideles tentoria sua
ad litteram Cor. xiii ubi xii lapides posuerunt qui figurabant xii predi-
ctos articulos designant. Ista summa xii articulorum colligitur ex sim-
bolo quod apostoli ediderunt. Et quia tria sunt symbola. Primum est
apostolorum. Secundum niceni concilij. Tercium athanasij alexan-
drini patriarche. Primum factum est ad fidei instructionem. Secundum
ad fidei explanacionem. Tercium ad fidei defensionem. Et quot autem
et qui articuli sunt. Est secundum quosdam sunt xii iuxta numerum xii
apostolorum. quia apostoli per inspiracionem spiritus sancti congregati sim-
bolum unum composuerunt. et singuli singulos articulos apposuerunt.
unde dicitur symbolum quasi singulorum bolus. et inventum est in
scriptis licet non autenticis. quis apostolorum quem articulum
apposuerit. et videtur eis congruere vox prophetarum in lege veteri
in hunc modum. Primum articulum apposuit princeps apostolorum petrus
dicens Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et ter-
re. Jeremias patrem invocabis me dicit dominus. Secundum apposuit an-
dreas dicens Et in ihesum christum filium eius unicum dominum nostrum.
ps. ii David et dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie
genui te. Tercium apposuit iacobus maior dicens Qui con-
ceptus est de spiritu sancto natus ex maria virgine. Ysaie vii° Ecce
virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius Ema-
nuel quod interpretatur nobiscum deus. Quartum apposuit Joha-
nes dicens Passus sub poncio pilato crucifixus mortuus
et sepultus. Daniel ix post ebdomadas lxii occidetur Christus
Et zacharie xii aspicient ad me quem confixerunt. Quintum apposuit
Thomas dicens Descendit ad inferna. Osee xiii O mors ero mors

tua morsus.

Dat credo petrus, et i. ihm andreas sctm
Ami conceptu iacobus, passus mortuus est ioh
Descendit thomas, ascendit iacobus minor
Inde venturus philippus, credo dat bartholomeus
Sctam dat matheus, vnius dat tibi simon
Carnis dat iudas, vit eternam quoque matheus

tua morsus tuus ero inferne. Sextum apposuit matheus dicens Tercia die resurrexit a mortuis. iudic. xvi. Consurgens apprehendit ambas portas fores. Septimum apposuit iacobus minor dicens Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Amos ix. Qui edificauit ascensionem suam in celo. Octauum apposuit philippus dicens Inde venturus est iudicare viuos et mortuos. Johel iii. Congregabo omnes gentes et deducam eas in vallem Josaphat et disceptabo cum eis etc. Consurgant et ascendant gentes in vallem Josaphat quia ibi sedebo ut iudicem omnes gentes. Et Mal. iii. Accedam ad vos in iudicio. Nonum apposuit Bartholomeus dicens Credo in spiritum sanctum. Aggei ii. Spiritus meus erit in medio vestrum. Et Johel ii. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Decimum apposuit Simon dicens Sanctam ecclesiam katholicam sanctorum communionem remissionem peccatorum. Zoph. ii. Hec est ciuitas gloriosa habitans in confidencia. Et Michee vii. Deponet dominus omnes iniquitates nostras. Vndecimum apposuit Judas Thadeus dicens Carnis resurrectionem. Ezech. xxxvii. Educam vos de sepulcris vestris populus meus. Et Zach. ix. Suscitabo filios Syon. Duodecimum apposuit Mathias dicens Vitam eternam. Amen. Abdias in fine Possidebunt ciuitates austri et ascendent in montem Syon. Et Zoph. iii. Reddam populis labium electum ut inuocent omnes nomen domini et seruiant ei. Hec opiniones in diuersis libris communiter inuenitur. Vnde Aug. in li. Sinodi Symbolum fidei et oratio dominica pro tota lege parvulis capitur ad celorum regna sufficiunt. Quia secundum omnis amplitudo scripturarum in oratione dominica et symboli breuitate concluditur. Hoc de patre nato dant et de flamine sacro articulos. Petrus. Bartholomeus Conceptum natum. Jacobus passum. Et Johannes inferna. Thomas. Philippus ponit in altum. Post hec in ecclesia communio sancta Matheus. Culpam dimittit Simon. Post surgere Judas. Judas alpheus reditum. Vitam quoque Mathias.

Albertus vero Magnus de eadem hec ponit nisi articulos. Vltimus posuit Mathias qui erat adiectus ad numerum Apostolorum complens solo suo symbolum et dicens. Et vitam eternam. Et hic articulus fundat superiorum operum opere in gloria vbi pater insinuat posse, filius autem nosse, et spiritus sanctus vitam sapiencie posse et nosse. Eterna enim vita est [struck through] [struck through] que nunquam habet durationis terminum, que est fluens actus fluens dimissus adeo in se ipso et totum quod in ipso est, feliciter irrigat omnibus infirmitatibus. Que sunt mortis preludia fugatis. Cor. xv. Absorpta est mors in victoria. Bibitur autem hec vita in fonte vite deo trinitate. Sicut dicit propheta Domine apud te est fons vite, et in lumine tuo videbimus lumen. Hoc igitur inprecesso expositum est simbolum apostolorum quod fuit primum.

Albertus vero magnus primum articulum Niceni concilii explanat sic dicens. Multiplicatis ut infra

Multiplicatis autem heresibus conuenerunt ccc. xviii. patres in Niceno Synodo et symbolum non aliud ab ipso quod dictum est. Sed eosdem articulos magis ad erroris destructionem explanauerunt. Et primum quidem articulum expresserunt dicentes Credo in vnum deum patrem omnipotentem factorem celi et terre visibilium omnium et inuisibilium. Et ille totus ita est expressus contra errores paganorum et hereticorum qui Manichei a quodam Mane heresiarcha eorum dicuntur. Pagani enim multos deos celestiales, duos terrestres et alios inuicem discordes esse dixerunt. Manes autem docuit duos esse deos et duo principia scilicet deum lucis et deum tenebrarum. Vnum deum bonorum principium et alium malorum principium. Et ideo fuerunt qui creaturas putauerunt malum esse eternum et ideo hec efficientem causam, que cum non possit esse bonus deus dixerunt malum deum esse principium malorum. Contra quod dixerunt patres Credo in vnum deum quia scriptum est dominus deus tuus deus vnus est. Non erunt tibi dii alii preter me. Et Ps. Non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum. Ego enim dominus. Vnum autem dicitur vna deus non quia hic vnitas que in aliquo cadat genere vel specie vnitate secundum numerum

cum unitas eorum multiplicetur in pluribus suis suppositis, in quibus est Petrus et Martinus, nec sit una anima, neque unus homo secundum esse animatum et formale. Hec autem unitas non est in essentia divina, tamen quamquam in suis suppositis sint tres persone non multiplicatur, quia pater et filius et spiritus sanctus non sunt tres dii secundum esse deitatis, sed unus deus. Et sic sunt una substantia et una eternitas et una sapientia, et sic de omnibus aliis que absolute et essentialiter dicuntur de personis. Et si alii sunt dii, non essentialiter sed participative, sicut sancti, vel nuncupative, sicut ydola dii dicuntur. Ergo licet dii plures sint in suppositis, tamen non multiplicatur eorum deitas in ipsis. Et de participative sanctis dicitur: Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes. De aliis autem in psalmo: Omnes dii gentium demonia, dominus autem celos fecit. De omnibus autem simul dicitur i Cor. viii: Scimus quoniam ydolum nihil est in mundo et quod nullus deus nisi unus. Nam et si sunt qui dicantur dii sive in celo sive in terra, nobis tamen unus deus pater ex quo omnia et nos in illo, et unus dominus Ihesus Christus per quem omnia et nos per illum. Tunc autem secta Manichei divisa erat in tres partes, quia aliqua pars dixit duos deos, sicut apparet in epistola fundamenti quam fecit Manicheus, et destruxit Augustinus in libro quem fecit contra epistolam fundamenti. Alia autem secta ex illa divisa dixit unum esse deum, sed duos creatores, qui mundum fabricatum ab uno deo in diversa solverunt, et illi dicebant quod unus factor fecit incorruptibilia, scilicet celum et celestia corpora; alter autem fecit, ut dicebant, corruptibilia, pugnancia et semper destruencia. Alii autem ex Manicheis dixerunt quod unus factor fecit invisibilia, sicut animas et angelos, alius autem visibilia, sicut hec inferiora. Adeo patres utrorumque errorem excludentes dixerunt patrem omnipotentem, factorem celi et terre, et visibilium omnium et invisibilium, fundantes de plano suam [illegible] verbo apostoli Col. i: Quoniam in ipso condita sunt universa in celo et in terra, visibilia et invisibilia. Sic ergo est quod addiderunt explanando articulum primum.

Quantum igitur ad ultimum principale premissum, videlicet de expositione simboli, sciendum quod in missa excepto tempore in sollempnitatibus altissone decantatur, quod ad Marcus Romanus post Silvestrum institutum est. Damasus papa ex decreto ubi synodi apud Constantinopolim celebrato instituit, et vocatur maius simbolum a grecis, quod similiter partitur in xii articulos fidei quemadmodum et apostolorum, scilicet in xii partes. Prima pars est de unitate essentie deitatis et de persona patris. Secunda pars est de persona filii, et incipit ibi: Et in unum dominum Ihesum Christum filium dei unigenitum et ex patre natum ante omnia secula, deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Tercia pars de incarnatione et nativitate, et ibi: Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine et homo factus est. Quarta de passione et sepultura, et ibi: Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus et sepultus est. Quinta de resurrectione, ibi: Et resurrexit tercia die secundum scripturas. Sexta de ascensione in celum, ibi: Et ascendit in celum, sedet ad dexteram patris. Septima de adventu ad iudicium, ibi: Et iterum venturus est iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Octava de persona spiritus sancti, ibi: Et in spiritum sanctum dominum et vivificantem, qui ex patre filioque procedit, qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas. Nona de ecclesia katholica, ibi: Et unam sanctam katholicam et apostolicam ecclesiam. Decima de baptismo, ibi: Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Undecima de resurrectione mortuorum, ibi: Et expecto resurrectionem mortuorum. Duodecima de vita eterna, ibi: Et vitam venturi seculi. Alii autem sic dividunt, quod primo ponit quedam que pertinent ad essentie unitatem, secundo que pertinent ad personarum trinitatem, ibi: Patrem omnipotentem. Quantum ad essentie unitatem dicitur: Credo in unum deum. [illegible] est credere deum, et credere deo, et credere in deum, de qua supra dictum est in simbolo apostolorum in primo articulo, de qua dicta sufficit. In unum autem, quod additum fuit per ecclesiam ad simbolum apostolorum, ad convincendum errorem tritheitarum [illegible] qui sicut tres ad personas, ita et tres asserunt esse deos. Contra quos dicitur Deut. vi: Audi Israel, dominus deus tuus unus est. [illegible] ac divinitatis, contra quod erant [illegible] qui diversitatem in trinitate [illegible] asserunt, contra illud quod dominus dicit: Ego et pater unum sumus.

Circa istam particulam oritur dubitatio, quia dicitur in unum deum: utrum deus sit nominabilis. Et arguitur quod non, quia proprium nomen convenit deo. Sed quantitas, quia dicit Dionysius de divinis nominibus capitulo i quod neque nomen est eius neque opinio. Et Proverbiorum xxx dicitur: Quod nomen eius et quod nomen filii eius, si nosti. Item omne nomen aut dicitur in abstracto aut in concreto. Sed

nomina significancia in concreto non competunt deo, cum sit simplex, neque nomina
significancia in abstracto, quia non significant aliquid perfectum subsistens, ergo videtur quod nullum
nomen potest dici de deo, ergo videtur quod deus non sit nominabilis. Et confirmatur
omne nomen sumitur a forma aliqua, sed ut dicit Augustinus deus omnem formam
subterfugit, et ideo intellectum nostrum [illegible] primus esse non potest, ergo sicut subter-
fugit omnem formam, non potest ei dari nomen a forma, et non est nominabilis.
Item philosophus in libro de causis dicit: Causa prima superior est omni narratione,
non est narrata, [illegible] est eius [illegible], deficiunt enim lingue ad narrationem eius,
ergo deus non est nominabilis. Item nullum est nominabilis per nomina quia illa significant
[illegible] [illegible], et ita quod in deo autem nulla est compositio. Item per
[illegible] quod licet nomina sint [illegible] [illegible] sunt ut demonstrabilia
cum demonstratione vel indicatione, sed nullum horum competit deo quia sine qualitate
est et sine omni accidente, et sine [illegible], et sentiri non potest nec demonstrari potest nec
relative significari, cum illud sine [illegible] [illegible] [illegible]. Item
nec per propria aut principia est nominabilis quia [illegible] [illegible] [illegible]
esse abstractum est a [illegible], ergo videtur non posse designari nomine nec pronomine
vel aut [illegible] ergo nullo potest a nobis nominari. Et Isidorus dicit: Deum neque
dici neque intelligi possibile est. Deus enim omni situ motu situ fantasia
opinione nomine [illegible] et intelligentia superemanat [illegible]. Et ideo dicit
Dionysius omnibus [illegible] incomprehensibilis est, neque sensus eius est
neque fantasia neque opinio neque nomen. Et Augustinus in [illegible] Deo non
nomen [illegible] quia nec invenimus. Deus non est nomen dei, sed indicium
quod sentimus. Et ideo Augustinus [illegible] intelligimus deum quantum possumus
sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine
situ presidentem, sine habitu omnia continentem, sine tempore sempiternum, sine loco
ubique totum, sine sui commutatione mutabilia facientem, nihil patientem. Et
si quis deum ita cogitat, nondum [illegible] possit invenire omnino quid sit. Et
[illegible] quod nullum nomen esse divine essencie et illud solum potest significari
quod potest comprehendi, sed deus non est comprehensibilis et per consequens nec nominabilis.
In oppositum pro veritate [illegible] dicit [illegible] Dominus [illegible]
[illegible]. Et Augustinus in libro soliloquiorum dicit [illegible]
[illegible] est deus, ergo est nominabilis. Et paulo post [illegible] sicut sol [illegible] ad
[illegible] est deus [illegible] spiritualis ad intellectum, sed quia lux [illegible] visibilis
sensum, sic [illegible] intelligibilis. Et Damascenus dicit cognitio [illegible] deum
sit deus [illegible] insita [illegible]. Et de [illegible] deus se nominat [illegible] in [illegible] est dictum
[illegible] est [illegible]. Et [illegible] nomen [illegible] adonay non in-
[illegible] nomen [illegible] est [illegible]. Et [illegible] quod [illegible] est admirabile. Et
dictum [illegible]. Et Judicum [illegible] nomen meum. Et Apocalypsis: Ego sum alpha
et o principium et finis dicit dominus deus. Et ad Philippenses [illegible] enim
non [illegible] super omne nomen [illegible] veritas [illegible] quod deus est intelligibilis
et a nobis nominabilis. Respondendum [illegible] dicit [illegible] ad [illegible] Deus est
ex quo omnia [illegible] non [illegible] omnia [illegible] nec [illegible]
principii [illegible] in quo omnia non [illegible] in loco, sed [illegible] in virtute
[illegible] locus. Et [illegible] dicit ex quo omnia, non de quo omnia
quia non est [illegible] deus, si enim [illegible] a singulis que sunt in celo et in terra et
in aere et in mari et in abysso quid [illegible] aut [illegible] de deo. Unde
[illegible] ipse fecit nos et non ipsi nos. Et [illegible] [illegible]
[illegible] et magnitudine [illegible] et ordine et dispositione sapientie et gubernatione
et conservatione ac largitate bonitatis. Et Augustinus [illegible] quod deus est [illegible]

summum bonum quod est principium omnium fecit de nichilo, quo nihil melius
excogitari potest. Si enim aliqua mens posset cogitare aliquid melius deo
tunc ascenderet creatura super creatorem, quod absurdum est. Propter deum cogitari potest
non esse, qui sic est, ut nec cogitatione queat non esse. Deus est volun-
tas omnipotens, benivolentissima vis, lumen eternum, incommutabilis
ratio, summa beatitudo, creans mentes ad se participandum, vivificans
ad sentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, iustificans
ad promerendum, accendens ad zelum, fecundans ad fructum, dirigens
ad equitatem, formans ad benivolenciam, moderans ad sapientiam, robo-
rans ad virtutem, visitans ad consolacionem, illuminans ad cognicionem,
perpetuans ad immortalitatem, circumdans ad securitatem. Est ingi-
ter illuminator animarum ad se et ad cetera cognoscenda. Nota quod in deo creature co-
gnoscunt. Deus est merces omnium. Deus est vita vivificans, substancia con-
sistentium, principium et causa omnis vite, et summum [illegible] valor ipsius
bonitatem que omnia creata deducat ad esse et continet causando ipsum
esse. Causa est omnium creaturarum, quod quicquid est causa cause est causa
causati. Ipse secundum Augustinum est totus oculus, totus manus est, et manus
est, totus pes est, totus est oculus, quia omnia videt, totus est ma-
nus, quia omnia operatur, totus pes est, quia ubique est. Et Crisostomus super epistolam
ad Hebreos dicit: Sicut de deo multa intelligimus que loqui penitus
non valemus, sic multa loquimur que intelligere non sumus idonei.
Exempli gratia, quod deus est ubique scimus, quomodo autem ubique sit intellectu non
capimus. Hec ille. Et Gregorius dicit: Deus ipse manet intra omnia, ipse
est extra omnia, ipse super omnia, ipse infra omnia. Est enim superior per
potenciam, inferior per sustentacionem, exterior per magnitudinem, interior per
subtilitatem. Secundo principaliter nondum secundum glosam super illud Exo-
di [illegible] dii [illegible]. Deus dicitur [illegible] quadrupliciter: nomen essencialiter et pro-
prie [illegible] soli deo vivo et vero et toti trinitati. Et sic ponitur singula-
riter. Sic ad Ephesios: Unus deus. Aliquando capitur adoptive, et sic con-
venit sanctis angelis et hominibus. Sic [illegible] ego dixi dii estis. Et Johannis x°:
Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est. Quandoque dicitur nuncu-
pative, sed solo nomine, et sic convenit ydolis et ponitur pluraliter. Ut in psalmo:
Omnes dii gencium demonia. Aliquando potestative. Exodi vii°: Constitui
te deum Pharaonis, id est dedi tibi potestatem super Pharaonem. Et Genesis [illegible]
dixit Jacob ad Esau: Vidi faciem tuam quasi faciem dei, id est alicuius pote-
tissimi. Tunc notat dignitatem, ut Exodi xxii°: Diis non detrahes,
id est prelatis tuis. Quandoque notat similitudinem [illegible]. Philippensium iii°: Quo-
rum deus venter est. Et sciendum quod dicitur [illegible] et dicitur
secundum [illegible] [illegible] per deum [illegible] per divinum filius intelligitur [illegible]
[illegible] et deum et divinum affirmat. Deus [illegible] non est [illegible] ad
[illegible]. Deus [illegible] [illegible] ad timorem. Deus [illegible]
[illegible]. Deus dicitur [illegible] deus [illegible] [illegible]
[illegible]. Deus [illegible] deus [illegible] vitam suis. Et Da-
[illegible] dicit [illegible] non deus est non operacio, quia impossibile est a-
liud ab operacione [illegible] et [illegible]. [illegible] operacionem [illegible]
[illegible] cognoscitur sempiterna virtus [illegible] et divinitas. [illegible]
[illegible] secundum [illegible] Thomam in prima parte q. [illegible]

Deus dicitur multipliciter

1o in responsione principali ad questionem quod adducendo primum dicitur voces sunt sig-
na intellectuum et intellectus sunt rerum similitudines et sic patet quod voces
referuntur ad res significandas mediante conceptione intellectus secundum quod quod
aliquid a nobis intellectu cognosci potest sic a nobis potest nominari. Et quia
deus in hac vita non potest a nobis videri per suam essentiam sed cognoscitur
a nobis ex creaturis secundum habitudinem principii et per modum excellentie et
remotionis. Sic ergo potest nominari deus a nobis ex creaturis non tamen ita
quod nomen significans ipsum exprimat divinam essentiam secundum quod est sicut hoc nomen
homo exprimit sua significatione essentiam hominis secundum quod est. Significat enim
eius diffinitionem declarantem essentiam eius. Ratio enim quam significat nomen
est diffinitio ut dicitur 4o methaphysice. Ex quo sequitur quod deus est nominabilis
a nobis sed in se et ex se est innominabilis. Unde relatione nobis
est nominabilis in se nobis inexpressibilis. Deus enim in se [illegible]
vidit virgini gloriose. Sed ideo fit quia intellectus noster imbecillis est ad
videndum solem in rota et parvus ad comprehendendum dei infinitatem
et infinitatem eius magnitudinis. Ergo non est omnino simile de sole ma-
teriali qui illuminat oculum ad videndum se. Sed sol spiritualis non illuminat
intellectum ad videndum se in se sed in creaturis. Posuit enim deus
tenebras in latibulum suum. Sed dicendum est quod licet deus in crea-
turis nominatur et intelligitur. Dionysius dicit quod deus cum non sit nomina-
bilis in se quia cum sit causa omnium et super omnia continet ea immobili-
ter et est omnia in omnibus ut dicitur in libro de causis. Nam omnia creat tempore
et conservat convenit ei omnium nomina creaturarum. Et cum sint omnia
segregata ab ipso inquantum ipse est causa principium et finis omnium et
in se rerum infinitarum continens potestatem cum est [illegible] immo-
mutabilis et separatus a creaturis. Hiis premissis pono hanc conclusionem
videlicet quod deus in se et communiter ex se non est nominabilis in nobis
tamen ex parte creaturarum est a nobis cognoscibilis et nominabilis. Hec
conclusio prima parte ex prima parte premisse notabilis et secunda ex secundo
patet. Et secundum hoc procedit prout est questio adducta. Secundo in
primo deus est nominabilis et cognoscibilis a nobis cognitione imperfecta.
Secundum deus cognitione a posteriori non est a nobis cognoscibilis nec
nominabilis. Ideo quia non habemus eius [illegible] sicut. Conclusio 2a in questione
autem est distinguenda quia simpliciter concedenda. Sed ad primum rationem
autem cum dicitur quod deus non dicitur. Hec non valet esse sine rationem
nominationum quia essentia eius est supra id quod de deo intelligimus
et voce significamus. Quod 2 dicitur quod quia ex creaturis in dei cognitionem
venimus et ex ipsis eum nominamus. Nomina que deo attribuimus sic
significant sicut quod competit creaturis materialibus quarum cognitio est nobis
connaturalis ut supradictum est. Et quia in huiusmodi creaturis ea que sunt perfecta
et subsistentia sunt composita forma autem in eis non est aliquid comple-
tum subsistens sed magis quo aliquid est. Unde est quod omnia nomina
a nobis imposita ad significandum aliquid completum subsistens significant
in concretione prout competit compositis. Que autem imponuntur ad significandum
formas simplices significant aliquid non ut subsistens sed ut quo ad
aliquid est. Sicut albedo significat ut quo aliquid est album. Tercia ergo et

Aliqui heretici credunt quod non possit imponi deo sicut patri / et quod deus [illegible] ... ab aqua [illegible] ... Constat autem quod deus [illegible] ... et quod illud [illegible] vocatur deus / [illegible] ab eo [illegible]

et deus simplex est et subsistens est / attribuimus ei et nomina abstracta ad significandum simplicitatem eius / et nomina concreta ad significandum subsistentiam / et perfectionem ipsius / quamvis utraque nomina deficiant a modo ipsius / sicut et intellectus noster / non cognoscit eum / ut est secundum se in vita. Ad tertium dicendum / quod significare substantiam cum qualitate est significare suppositum cum natura / vel forma determinata in qua consistit. Unde sicut de deo aliqua dicuntur in concretione ad significandum subsistentiam et perfectionem ipsius / sicut iam dictum est / ita dicuntur de eo nomina significantia substantiam cum qualitate. Verba vero et participia significantia tempus dicuntur de ipso / ex eo quod eternitas includit omne tempus / Sicut enim simplicia subsistentia non possumus apprehendere et significare nisi per modum compositorum / ita simplicem eternitatem non possumus intelligere / vel voce exprimere / nisi per modum temporalium / et hoc propter connaturalitatem intellectus nostri ad res compositas et temporales / pronomina autem demonstrativa ~~dicuntur de deo~~ dicuntur de deo / secundum quod faciunt demonstrationem / ad id quod intelligitur / non ad illud quod sentitur / Secundum enim quod a nobis intelligitur / sic hoc sub demonstratione cadit / et sic secundum illum modum quo nomina et participia et pronomina demonstrativa de deo dicuntur / sed hic pro nominibus vel nominibus [illegible] significando potest. Sequitur patrem omnipotentem. Hic ponitur ea que pertinent ad personalem trinitatem / Et dividitur in tres partes / quia primo ponit illa que pertinent ad personam patris / Secundo que pertinent ad personam filii ibi: Et in unum dominum nostrum Ihesum Christum filium dei unigenitum etc. Tertio que pertinent ad spiritum sanctum ibi: Et in spiritum sanctum dominum et vivificantem. Prima in duas / quia primo ponit quod pertinet ad patrem in se / secundo ponit illud quod ad ipsum pertinet per respectum ad creaturas ibi: factorem celi et terre. Ex illis igitur particulis colligitur quod tres sint persone in divinis / contra quod errant Sabelliani qui unam personam patris et filii et spiritus sancti asserunt / Hanc distinctionem personarum innuit psalmista cum dicit: Benedicat nos deus deus noster / et benedicat nos deus / primo dicit benedicat nos deus / id est pater / et subiungit deus noster / id est deus filius qui singulariter dicitur noster / quia assumpsit humanitatem / quia caro et frater noster est Genesis 37. Et addit benedicat nos deus / id est spiritus sanctus. Et dicitur eternaliter omnipotentem / quia omnia que vult potest eo quod non est impossibile apud deum omne verbum Luce primo. Contra hoc errant philosophi gentiles ut Aristoteles et sui sequaces negantes deum esse infiniti vigoris / et quod possit aliquid producere ex nihilo. Secundo dicitur factorem celi et terre / per hoc confutantur heretici qui alium celi alium terre asserunt creatorem / quorum unum corporalium / alium spiritualium. Contra quos Moyses dicit Genesis primo: In principio deus creavit celum et terram. Et Johannis primo: omnia per ipsum facta sunt / Et secundum Menandrum qui universitatem visibilium opera angelorum esse defendit. Contra quos dicit in psalmo: Opera manuum tuarum sunt celi / et opera [illegible] Contra primo / Et sequitur visibilium omnium et invisibilium / Unde Albertus magnus hoc pertractans dicit visibilium omnium et invisibilium / et ille totalis ita est expressus contra errorem paganorum et hereticorum qui manichei et quedam insane heresis [illegible] / pagani enim multos deos [illegible] dualitatem. De quo errore sufficienter dictum est in symbolo apostolorum in primo articulo. Confunditur etiam in hoc errore Avicenne [illegible] qui voluit quod prima intelligentia creavit secundam et secunda tertiam / et cetera de meritis

Hugo de sancto victore: [illegible] ad aliud faciendum / [illegible] affirmatur [illegible] ad faciendum [illegible] inferre / [illegible] aliquid faciendum impe[illegible] inferre

Contra errorem manicheorum [illegible] spiritualia esse [illegible] a bono principio / corporalia vero seu temporalia a malo

heretici et ab inimicis dyabolis esse dixerunt. Et Manes docuit duos
esse deos / et duo principia scilicet deum lucis / et deum tenebrarum / unum
deum bonorum principium / et alium principium malorum / Et ideo fuerunt
errantes putaverunt malum esse eternum / et ideo here esse ... coeternum
sibi / que cum non possit esse bonus deus dixerunt malum deum
esse principium malorum / contra quos dixerunt patres / Credo in unum
deum / Ego et dicit dominus deus tuus deus unus est / Non erunt
tibi dii alii preter me / psalmus Non erit in te deus recens / neque adorabis
deum alienum / ego enim deus tuus / Cum autem dicit unus deus non est hic
unitas que in aliquo cadat genere vel specie unitatis equate / Communis
enim unitas nostra multiplicatur in pluribus suis suppositis in quibus
est / petrus enim et martinus nec sunt unum animal / neque unus homo
secundum esse actuale / vel hominis / hec autem unitas vel essencie divine trinitas
est que in suis suppositis que sunt tres persone non multiplicatur / quia
pater et filius et spiritus sanctus / non sunt tres dii secundum esse deitatis sed
unus deus / Et sic sunt una substantia / et una essencia / et una sapiencia / et sic
de omnibus aliis que absolute et essentialiter dicuntur de personis / Et si alii
sunt dii non essencialiter sed participatione sicut sancti / vel nuncupatione sicut ydola
dii dicuntur / Et quia plures dii plures sunt in suppositis tunc multiplicatur eorum
deitas in ipsis / Et de participatione huiusmodi dicitur in psalmo Ego dixi
dii estis et filii excelsi omnes / De aliis autem in psalmo omnes dii gencium de-
monia / deus autem celos fecit / De omnibus autem simul dicit apostolus primo
Corinthiis quia ydolum nichil est in mundo / et quod nullus deus nisi unus / Nam
et si sunt qui dicantur dii sive in celo / sive in terra / nobis tamen unus deus
pater ex quo omnia et nos in illo / et unus dominus ihesus christus per quem omnia
et nos per ipsum / Haec autem secta manichei divisa est in tres partes / Ex
quibus una pars dicit duos deos / sicut apparet in epistola fundamenti quam
fecit manes / et destruxit augustinus in libro quem fecit contra epistolam funda-
menti / Alia autem secta ex illa derivata dixit unum quidem esse deum / Sed duos
factores qui mundum factum ab uno deo in diversa formaverunt / Et isti di-
xerunt quod primus factor fecit incorruptibilia sicut celum et celestia corpora
Alter autem fecit ut dicunt corruptibilia pugnancia et se invicem destruen-
cia / Alii autem ex manicheis dixerunt quod primus factor fecit invisibilia
sicut animas et angelos / alius autem visibilia sicut hic inferiora / Ideo patres
ut utrumque horum errorum excluderent / dixerunt patrem omnipotentem
factorem celi et terre et visibilium omnium et invisibilium fundantes
explanacionem suam contra eorum errorem in epistola ad colossenses / Quia in ipso condita
sunt universa in celo et in terra visibilia et invisibilia / hoc ergo est quod
addiderunt explanando articulum primum / Capitulum Et in unum dominum
nostrum ihesum christum / Hic ponuntur ea que pertinent ad personam filii / Et dividitur
in duas partes / Primo namque ponuntur illa que pertinent ad filii divinitatem
Secundo ea que ad filii humanitatem ibi / Qui propter nos homines / Quantum ad divi-
nitatem dicit / Et in unum dominum / Hic exprimitur secundus articulus fidei qui est
de media persona in trinitate / qui est ihesus / qui interpretatur salvator
mundi / Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum / Et est christus
qui interpretatur unctus / ipse enim unctus est oleo leticie pre conso-
rtibus suis psalmo xliiii / Et est filius dei patris contra illud psalmi secundi
filius meus es tu / ego hodie genui te / Et est deus verus / quia nos creavit

et sanguine suo nos lavit. Apostolus primo ad quem dum deus pater
sic loquitur dicit dominus domino meo sede a dextris meis. Symbolum Athanasii vero
hic est filius unigenitus quia in divinitate non sunt plures filii secundum quia
communiter. Et dicitur in unum quia dicitur quod Christus erat duplex persona, cum in natura
nascitur dicitur. Sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita deus
et homo unus est Christus. Et dicitur dominum contra illos qui dixerunt esse pu-
rum hominem et donatio ad divinitatem per... Tertio contra
iudeos negantes eum esse salvatorem filium dei, contra illos qui dixerunt
eum non emanasse per modum originis a patre. Et addit unigenitum
contra fotinum qui dicit Christum non esse filium dei, aliter quam alii boni
viri qui sunt filii dei per adoptionem, et contra manicheos qui posuerunt
plures filios in divinis. Sequitur et ex patre natum ante omnia secula.
Christus enim filius dei ex patre est genitus, et sic est filius secundum naturam
communem et participationem essentie, contra quod credidit bonosiaci,
qui Christum filium dei adoptivum et non proprium asserunt. Et est genitus
filius dei a patre ante omnia secula, quod dicitur propter Arrianos, qui
dicunt filium dei non esse coeternum patri, sic arguentes: si genitus
est a patre, ergo posterior patre. Contra quos ait beatus Augustinus in de
trinitate: Statim cum ignis est nascitur splendor eius et tamen splen-
dor ignis non est posterior igne. Et dato impossibili quod ignis fuisset
ab eterno, etiam splendor fuisset ab eterno. Et si pes ab eterno steti-
sset in pulvere, tunc etiam vestigium pedis fuisset ab eterno, et tamen tunc
vestigium haberet esse a pede. Sic et in divinis quamvis filius sit genitus
a patre, tamen coeternus est patri. Deum de deo dicitur contra
cerinthianos qui Christum tantum hominem asserebant, Carpocratianum et contra alios
qui arguebant si genitus est creatura est et non deus. Et addit
lumen de lumine ad ostendendum filium esse genitum a patre sine
substantie paterne diminutione. Pater enim generando filium totam substantiam
sibi dedit sine diminutione, et tamen tota sibi remansit sine diminu-
tione, sicut lumen a luce accenditur absque aliqua lucis defectione.
Et subiungit deum verum de deo vero, quia sine alteratione et
sine transmutatione ac sine fictione verus deus de vero deo nascitur,
et contra Arrianum dicit ipsum esse factum sicut alie creature. Contra
hoc addit genitum non factum. Item ipse dicit quod non sit una na-
tura cum patre, ideo addit consubstantialem patri id est unius substantie seu essentie
cum patre. Et subiungit per quem omnia facta sunt, iuxta illud
Johannis primo omnia per ipsum facta sunt, contra illos qui non posuerunt
eum esse creatorem. Sic ergo propter quod credere debemus quod Christus est uni-
genitus et verus dei filius, et quod fuit cum patre eternaliter et
unius nature et substantie cum patre, alia tamen persona a patre. Unde
Albertus magnus hec secundum tractatus articulum sic inquit: Et
in unum dominum Ihesum Christum filium dei unigenitum et ex patre natum
ante omnia secula, deum de deo, lumen de luce, deum verum
de deo vero genitum non factum, consubstantialem patri, per quem
omnia facta sunt. Et hoc totum sic explanatur: est contra
eunomii errorem, est enim contra Arrius dicit primo esse deum in deo
et Christum non esse deum omnibus suppositum, sed potius esse suppositum

et depressum / sicut caritatem que non est preposita omnibus / ideo dixerunt
Et in unum dominum ihesum christum qui in eodem dominio et suppositione
est cum deo patre / attendentes quod dicit apostolus 1 cor. viii° unus est nobis
deus unus quem / per quem omnia et nos in illo / Et ita dicit arrius quod et
si dicatur filius christus filius / tamen non est solus filius quia est ipse adopti-
vus filius sicut multi sunt / et hic contra predicta dicit Sabellius et ideo ulte-
rius adiecerunt predicti doctores filium dei unigenitum / Et quod dicit arri-
us filium dei esse factum ante hec temporalia secula / sed non ante omnia
secula / quia seculum primum est spacium primum significans duracionis quo durat
creatura prima / et dicit quod filius non est factus ante seculum sue duracionis
ideo ad excludendum hoc dixerunt / ex patre natum ante omnia secula
Dicit enim arrius / quod cum deus vellet creare mundum ante mundum crea-
vit virtutem quandam et sapienciam / quod verbum vocatur et filius / per quem
mundum istum sensibilem creavit / Deceptus autem fuit arrius / et puta-
bat quod penitus esset sicut de deo faciente mundum / et de artifice faciente
artificiatum / artifex enim primo format in corde suo racionem et sapien-
ciam / que est racio artificiati et virtutem / per quam illa racio procedat
in artificiatum / et hec sapiencia et virtus sunt diverse essencie ab ipsa
substancia artificis / et aliquis formatur in artifice / cum antea non esset forte
et ita in deo putabat fieri / ut dicit augustinus carnalibus cogitacionibus
plenus in deo putabat fieri quod vidit in homine fieri / et ideo addiderunt
predicti Deum de deo / et non virtutem vel racionem creatam / lumen de
lumine / Et si ita formaretur lumen quo pater fecit mundum in deo / sicut
in artifice / tunc sic ante informacionem luminis quod est racio artificiati
non est lumen in artifice / sed cor eius est tenebrosum / et lumen habet
a sapiencia que est artificiati racio / Sicut omnis homo illuminatur a sciencia sua / ita
sequeretur / quod pater lumen haberet a filio / sicut facto et formato / quod
impie et plenum est / Et pater nichil habet a filio / sed omnia filius habet
a patre / Et ideo dixerunt lumen de lumine / Tercia vero arrius dicit sic
formatam sapienciam a deo / et virtutem non esse verum deum / sed adoptive
deum dictum / ideo addiderunt Deum verum de deo vero / verum deum vo-
cantes qui essencialem habet deitatem / Arrius autem iste in hoc suo errore
iudaizabat / sicut hebion hereticus / qui ante eum fuit / Et iudei sic sapien-
ciam que est racio creacionis mundi / sic ante mundum factam esse dicebant
/ et quod deus nisi istam prius fecisset sapienciam / mundum creare nescivisset
/ quia non haberet ad quod inspiceret in creando / Sicut artifex qui nescit
sine operis racionem / Tercia autem arrius dicit istam veritatem et sa-
pienciam factam et formatam / et non de substancia genitam / eo quod factum
est opus voluntatis / et generacio est opus nature infusione substancie
a generante in eum qui nascitur / ideo dixerunt genitum non factum
consubstancialem patri / Ex quo per generacionem naturam et substanciam accepit
/ Et quod autem iterum dicit arrius quod christus hic mundus sensibilis per verbum sive sa- sive
pienciam factus est / sed non omnia / et quod ipsum verbum quod factum est
/ non est factum per seipsum / ideo addiderunt / per quem omnia facta sunt
/ totum earum contra condempnates Johannis primo omnia per
ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil / quod factum est
in ipso vita erat etc. Nam sequitur / Tercia quod est hoc

qua scilicet persona a patre. Qui propter nos homines etc. Ista est secunda pars in qua ponuntur pertinencia ad humanitatem, ubi quinque declarantur. Primo incarnacionis misterium cum dicit propter nos. Secundo passio ibi crucifixus. Tercio resurrectio ibi Resurrexit. Quarto ascensio ibi Et ascendit. Quinto adventus ad iudicium ibi Et iterum venturus est. Primo igitur agit de incarnacione, ubi quatuor tanguntur convenientia ad incarnacionem. Primo causam finalem, et hanc duplicem scilicet nos et nostram salutem. Secundo ponit modum cum dicit descendit de celis. Tercio ponit causam efficientem ibi Et incarnatus est de spiritu sancto. Quarto ponit causam materialem ibi Ex maria virgine. Sequitur Et homo factus est, scilicet non confusione substancie aut permutacione sed humanitate assumendo ad unitatem persone. Et ideo credere debemus non solum Christum dei filium, immo eius incarnacionem. Johannis i, qui cum dixisset de verbo dei multa subtilia et ardua, quomodo insinuat nobis eius incarnacionem dicens Et verbum caro factum est et habitabit in nobis. Dicit ergo quod ipse filius dei unigenitus propter nostram salutem descendit de celis. Unde Johannis iii° dicitur Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret. Et Augustinus dicit Si deus peccatores non dilexisset de celis ad liberandum eos non descendisset. De ista descensione dicitur in psalmo Inclinavit celos et descendit. Istum descensum suspirando petivit Ysaias lxiiii° dicens Utinam disrumperes celos et descenderes. Et incarnatus est de spiritu sancto iuxta illud Luce primo Spiritus sanctus superveniet in te. Et licet tota trinitas fuerit incarnacionem operata, tamen attribuitur spiritui sancto, quia incarnacio est opus caritatis et donum benignitatis. Et quia spiritus sanctus est donum et amor et nexus patris et filii, ideo sibi attribuitur. Et nota quod de quandoque sonat causam materialem ut hic Christus natus est de virgine; quandoque circumstanciam cause efficientis ut hic incarnatus est de spiritu sancto; quandoque identitatem speciei cum dicit deum de deo; quandoque transsubstanciacionem cum dicit corpus Christi fit de pane. Ex maria virgine. Hoc dicit contra Valentinianos qui dicunt Christum nichil corporis ex maria suscepisse sed tamquam per fistulam transisse. Et contra illos qui dixerunt quod beata virgo post ea plures genuit filios. Et ideo spiritus sancti informacione devoto [illegible] ex maria virgine, ubi nos dicimus ex maria virgine et implicite intelligitur virginitatis perpetuitatem. Et hoc predixit Ysaias dicens Ecce virgo concipiet et pariet filium, Ysaie vii. Erubescat igitur iudeus infelix qui dicit Christum ex Joseph semine esse natum. Et ex Arrius et Appolinaris dixerunt quod licet Christus fuit verbum dei et virginis filius, non tamen habuit veram animam sed loco anime divinitas ibi fuit, quod est contra Christum qui dixit Tristis est anima mea usque ad mortem. Et ad destruendum hoc addit Et homo factus est. Homo enim ex corpore et anima racionali constituitur. Ideo dicit contra Manicheos qui dicebant Christum non sumpsisse veram carnem sed fantasticam. Sed hoc est contra illud quod non decet doctorem veritatis aliquam habere simulacionem. Propter hoc dixit discipulis Luce xxiiii° Palpate et videte quia ego ipse sum etc. Et quando hoc cantatur tunc genua flectuntur ab illo obedienciam domine incarnacionis. Hunc autem articulum tercium pertractat Albertus magnus sic inquiens: Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine et homo factus est. Et ista tota expressio articuli incarnacionis [illegible] facta est

Alberti lectura

contra Manicheum qui dicit quod non propter homines nec propter hominum salu-
tem descendit / sed potius descendit ab inferis expulsus / et quod lucifer adiu-
rante resurrecturus sit ad sedem in celum. Unde in ascensione christi expul-
sus est / fingit enim quod prelium magnum factum est in celo / sicut dicitur Apoca-
lipsis xii et quod in primo prelio expulsus sit christus / et in secundo expulsus sit
lucifer / et hoc plurimi dicit fuisse inter duos deos / deum scilicet lucis / et deum
tenebrarum / sive deum bonum et malum / hec ergo excludentes patres
dixerunt / quod nulla necessitate et nulla violencia detrusus / sed caritate ho-
minum et amore salutis eorum descendit de celis / non celos relinquen-
do secundum deitatem / sed in natura quam assumpsit visibilis in hoc mundo apparen-
do Ephesios iiii° Et qui descendit ipse est qui ascendit super omnes celos ut ad-
impleret omnia. Johannis iii° Nemo ascendit in celum / nisi qui descendit de
celo filius hominis qui est in celo. Johannis iii° Sic deus dilexit mun-
dum ut filium suum unigenitum daret / et quia idem Manes dixit non esse
veram carnem christi sed fantasma fuisse / eo quod sicut asserit / malus deus
istam carnem viciosam fecit et hanc carnem non posse esse de bono
deo / ideo addiderunt Et incarnatus est de spiritu sancto / qui non nisi bonus
deus esse potest / Et ideo cum dicitur de spiritu sancto notat potentiam et operacio-
nem et non notat materiam / quod si de materia esset spiritus sancti factus esset christus / tunc
sequeretur quod spiritus sanctus esset pater filii secundum humanam generacionem / quod
est impium / quia christus non habet patrem nisi secundum eternam generacionem / sic-
ut Augustinus quod in terris est sine patre / et in celis est sine matre / Ex maria
virgine ideo addit ut vera caro eius ex matre esse credatur / et non fanta-
stica sicut dicit Manicheus / virginem autem addit propter Helvidianos / qui
mariam virginem in partu non esse dixerunt et post partum / quod dice-
bant quod tamen christum [illegible] et maternis visceribus protulit / et non deum / et quod
homo purus de utero virginali non exiit / nisi apertis claustris pudoris / ideo
dixerunt mariam in partu christi esse de virginitate [illegible] / hii ergo dixerunt quod ma-
ria esset christotocos / hoc est christi hominis mater / et non esset theotocos / hoc
est verbi dei mater / et ideo eadem synodus statuit quod beata virgo theotocos et
non christotocos deinceps diceretur / Et quia Manes dicit / quod christus esset huma-
natus sicut habitu aliquis dicitur tunicatus vel cappatus vel palliatus et
non esset homo verus / eo quod non sibi naturam et essentiam univisset homi-
num / sed extrinsecus tantum / et in extrinsecis habitualiter assumpsisset homi-
nem / ideo ad excludendum hunc errorem addidit sancta synodus / Et homo
factus est / factum enim est autem Johannis i° Verbum caro factum est et
habitabit in nobis / Et Galatas iiii° Misit deus filium suum natum ex muliere
factum sub lege / ut eos qui sub lege erant redimeret / ut adopcionem filio-
rum reciperemus / Circa predictum articulum de incarnacione verbi ex ma-
ria virgine nati pro clariori intellectu ipsius moveo istam questionem / Utrum
decuit pro salute generis humani dei filium de virgine maria incarnari / Et
arguitur quod non sic / [illegible] quia filius dei non potuit incarnari / sed presupposito quod
sic / [illegible] omne impossibile est indecens et incongruum deo / sed [illegible] quia sed filius
dei potuit incarnari / maior patet [illegible] nec humane cum divina
[illegible] quia iste nec non sunt [illegible] amplius quia [illegible] sunt
[illegible] ad invicem proporcionabilia / sed divina natura et humana non sunt
ad invicem proporcionabilia / ergo [illegible] / maior in [illegible] / et [illegible] quod
[illegible] proporcionem [illegible] / sed [illegible] quia divina natura est infinita / na-
tura humana est finita / sed finiti ad infinitum nulla est proporcio [illegible]

et per quem hoc fiat. In oppositum per veritatem huius quod est primus articulus iterum qui sim-
pliciter dicitur. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine. Et Iohannis i. verbum
caro factum est. Et arguitur pro prima parte naturam possibilitatem. Plus potest
deus facere quam homo cogitare ut dicit glosa super illud luce i. Non erit impossibile
apud deum omne verbum. Sed homo potest cogitare et dicere deum humanam naturam
assumere ut implicat contradictionem nec aliquem defectum in deo ponit
hic dictum. Ergo deus multo fortius potest hoc facere. Sed pro quesito est illud
i Thi. i. Christus iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Unde dicit glosa
nulla alia causa fuit veniendi christo domino nisi peccatores salvos facere. Ergo hoc verum.
Nondum de eo et certum aliquid dicatur tum ex consideratione mediorum
tum etiam ex consideratione finis. Nam finis insertus non attingitur sine
debitis et requisitis mediis. Premittitur quod media debita ad finem con-
sequendum scilicet ad salutem generis humani. Et ex quo primus parens invidia
diaboli ad prevaricationem divini precepti cecidit a statu perfecto et magis radi-
calis malicie in totum genus diffudit. Et quod genus simul lege qua
spirituale reparare vel curare potuit nisi conditor nature et ideo media debi-
ta requisita ad finem scilicet ad reparationem generis humani ordinat deus pater
mediatorem filium suum ut in assumpta natura exigente divina iusticia pro
homine peccato penam condignam et satisfactionem ageret qua peracta conse-
quitur finis intentus scilicet liberatio hominis et salus et redemptio generis
humani et apertio ianue paradisi. Et hoc nulla pura creatura potuit satisfacere
quod patet sic tamen secundum gravitatem culpe et sic quantitatem quamdam culpa vel
qua tota natura corrupta fuerat infinita erat triplici. Primo ex parte eius
cui facta est iniuria quia deo quando enim maior est in quem peccatum tanto
culpa est gravior. Secundo ex parte boni quod per peccatum ablatum erat scilicet vita
eterna que est infinita. Tercio ex parte nature que per peccatum corrupta est que
infinitatem quamdam scilicet ingratitudinem est multiplicabilis per infinita supposita.
Cum ergo iniuria fuerit infinita nec pura creatura possit in quemdam in
finitam non potuit pro toto genere humano satisfacere pura creata. Debuit
ergo satisfactor esse homo qui debuit et deus qui solus potuit. Et hoc
fuit verbum incarnatum per quod salvatum est genus humanum. Salus vero
generis humani consistit in triplici esse perfecto scilicet nature gracie et glorie.
Et quia humana natura per prevaricationem quasi spoliata
destituta gratuitis spoliata et in naturalibus vulnerata est. Et hoc est quia per
peccatum perdidit esse perfectum nature gratie et glorie. Et ideo congruebat
ut deceret filium dei de virgine maria incarnari ut homo per eum redu-
ceretur ad esse perfectum scilicet nature gratie et glorie. Et ex quo verbum dei
est incarnatum natura humana que infima est inter naturas intellectuales
coniungitur cum suo principio unione inseparabili qua subdito nulla maior
esse potest et sic natura esse humane magnam perfectionem adepta est per verbi dei
incarnationem. Et ideo quoad esse perfectum gratie hominis filius dei in incar-
natione filius dei assumpsit humanam naturam ratione cuius plene caput
constitutus est a deo deo patre. Et ideo ratione caritatis ecclesie cuius corporis membra sunt
meritum hominis dependet. Et hoc facit ad perfectionem meriti quia omnia
meliorat et gratificat merito. Et ideo quo ad esse perfectum glorie. Ex quo filius dei incarnatus est homo
in deo suo invenit pascua vite tam quo ad potentiam corporalem et

cet spiritualem / quod non esset / si filius dei non esset incarnatus. Et
ideo ex incarnatione est complementum / complexio totius nature humane appe-
titus / dum propter incarnacionis / nobilissima idoneitas que est
in natura humana / secundum quod unibilis est divine / ad actum perfectum reducitur
Et in hoc consistit salus generis humani. Et ideo racione istius multiplici-
cis perfectionis / que consurgit ex opere incarnacionis / congruum et
decens fuit filium dei incarnari. Tercio videndum est quod per filium dei
verbum imaginem et splendorem etc. de aliis consimilibus in sacra
pagina secunda persona in divinis intelligitur / que est eiusdem nature cum patre / et
non filius per adopcionem / secundum quod dicitur in psalmo Ego dixi dii estis et
filii excelsi omnes. Quarto notandum racione dicitur ex maria virgine
Sicut enim ipsa maria abundant diversis piscibus / Sic virgo maria
abundat virtutibus. Et sicut in mare intrat omnia flumina Eccl. 1 / sic
in fide ad beatam Mariam venit omnis ritus legis quod iudei et gen-
tes. Ysaie 60 ipse Ecce venient ad te qui detrahebant tibi et David [illegible]
Et inimici eius terram lingent. Ro. 11 Cum plenitudo gencium
introierit tunc omnis Israel salvus fiat. Maria enim interpretatur stella
maris / mare amarum / illuminata / seu illuminatrix / vel illumina. Ex maria
ex cuius corpore et sumpsit carnem / et non de celo secundum quod aliqui / sicut
infideles heretici Marcion Eutiques eorumque sectatores affirmabant
Unde fides dicit sic quicunque / secundum divinitatem una est patris et filii natura / ita
secundum humanitatem una eadem est matris et filii natura. Et utrasque autem
substantiam et divinitatis et humanitatis unus atque idem est dei filius et homo
Christus est / ut deus verus / ita et homo verus. Sicut quod deo placuit coniungere
sibi humanam naturam / ut ex duabus substantiis fieret una persona / et per hoc
sanum est deo anima et caro / Credit enim hec fides katholica incarnacionem
dei non in patre / nec in spiritu sancto factum / sed in filio tantum / ut qui erat
in divinitate dei patris filius deus verus ex patre / ipse fieret in humanitate
hominis matris filius / homo verus ex matre / carnem ex matris visce-
ribus habens et animam racionalem sibi in carnem. Per hanc scilicet naturam posita
est diabolus in capcionem ruinam / et per divinitatem vicit diabolum de celo
detrudendo eum ad baratrum. Ysaie 14 Quomodo cecidisti lucifer qui
mane oriebaris etc. Per carnem vicit eum de mundo Johannes 14 Venit enim
princeps mundi huius et in me non habet etc. Per passionem et animam de inferno
ad infernum descendendo / per resurrectionem et sanctorum patrum libera-
tionem de qua superius sufficienter dictum est circa simbolum apostolorum
ibi descendit ad inferna. Ultimo notandum de incarnacione Christi quod fuit
in veteri lege prefigurata Jone 1o et 3o Rex Ninive descendit de solio rega-
li et indutus est sacco et conspersus cinere etc. Rex Ninive i. Christus descen-
dit per incarnacionem de solio suo celesti et indutus est sacco humane na-
ture et in cinere i. in terra combusta peccato Ade / sic impetravit veniam
apud deum patrem. De hac incarnacione dicitur in psalmo Homo natus
est in ea. In qua scilicet incarnacione mercator ditissimus associavit
se paupertati humane que summam amiserat capitalem scilicet naturalia et gra-
tuita in paradiso / et mala nostra et debita et obligaciones nostras super
se assumpsit in incarnacione et nativitate quam debita pro nobis solvit in

[margin, left:] media

[margin, right:] Ista autem [illegible] capitulum / Filio per Johannis 1 In principio erat verbum [illegible] est. Dicitur quod filius dei [illegible] sic mater generat ex matre nascitur [illegible] sic persona filii ad quem [illegible] non ut a patre nascitur [illegible] est [illegible] in [illegible] filius [illegible] Johannem [illegible] non [illegible] hominis est [illegible] a nobis procedit et [illegible] a patre procedit [illegible] comparacione procedit a nobis [illegible] ideo [illegible] et genitus et filius

passione et in cruce et sua bona nobis communicat in resurrectione et
ascensione. In incarnacione factus est pons attingens a rippa di-
vinitatis usque ad rippam humanitatis / attingens a forte usque ad fine
fortiter / que nimis fortis non possemus nos portare / attingens a forte usque ad suavi-
ter dulcem. Sic In incarnacione ascendunt nos debere i. portare gra-
tia[m] racione nostra ponendo se in vinculis carnis pro nobis / sicut fecit
Beniamin Gen. xlii. In incarnacione posita est nostra redempcio
sicut in sacco Beniamin Gen. xlii. In incarnacione celebrate sunt nupcie
summi regis cum ancilla paupercula humana natura. Ps. Et ipse tamquam spon-
sus procedens de thalamo suo. In incarnacione posita est in medio redemcio
ut in Ihesu sa[lvatore] sunt armario vel signalis et firmamento quo redemptio
fiunt quo redempcio cum angelis in sacco Beniamin Gen. xxiiii.
In incarnacione missum est a summo rege diu desideratum angelum
ad liberandum genus humanum periculosissime a diabolo obsessum in
civitate huius mundi / unde dicitur qui dormit circa eam. Eze. ad liberandum nos
qui in loco peccati diu a diabolo conculcato non possumus resurgere. Valde
clamabat Iob xiiii. Christi manum tuam porriges dexteram
(Quia) in incarnacione accepit deus per genus humanum suum capitale
suis sui. Quod Can. i. Osculetur me osculo
oris sui quod ponens super dextram dicit Ps. osculum signifi-
cat misterium incarnacionis filii dei. Et iuxta glosam ordinariam
osculum iungit duo divisa corpora / ita divinitas humanitati iuncta est / et
in incarnacione filii dei sponse ponitur divise divinitatis scilicet et humanitatis.
inseparabili coniunctione vincit / que unio seu ingeniendo secundum do-
ctores dicitur et carnis assumptio / seu coniunctio humane nature in verbo dei
in unitatem suppositi sive in persona filii dei. Talis autem connexio non
importat aliquam confusionem / compositionem / vel mixtionem / sed
quandam associacionem. Unde dicit beatus Augustinus non confusis naturis / vel mix-
tis / sed quadam societate unitis. De qua unione dicit beatus Ambrosius ad
Gentiles libro iiii° / quod inter opera divina / misterium incarnacionis magis
excedit / inter cetera mirabilius cogitacione et divinitus factum / quod
vere dei filius homo fieret. Et magister in 3° dicit / quod talis unio
inexplicabilis est a deo / sicut ait Johannes baptista in verbo scriptura-
rum / se non esse dignum fatetur / solvere corrigiam calciamenti eius
glosa i. modum unionis nature humane cum divina / Nam sic calciamento
calceat pedem et caligam / ita caro velat divinitatem et animam. Et
sicut pes iungitur calciamento / caliga mediante / sic divinitas co-
iungitur carni anima mediante. De hoc calciamento dicit Ps. in ydu-
meam extendam calciamentum meum / [illegible] extendam
incarnacione nota. In hoc calciamento sunt divise corrigie / quia in Christo sunt
divise uniones. scilicet unio divinitatis ad animam / unio divinitatis ad cor-
pus / unio carnis ad animam mediante cum anima corpus iungitur divini-
tati. Tante subtilitatis est divina natura ut corpori de limo terre formato non
coniungeretur umquam / nisi racionali spiritu mediante. Que unio divine na-
ture humana nature incarnacio vocatur. In qua natura divina non est vilificata

Sed per ipsam natura humana est nimis exaltata / quia sicut dicit Bernardus / Tu es ve-
nit medicus ad egrotos / redemptor ad venditos / via ad errantes / vita
ad mortuos / venit qui purgat omnes iniquitates nostras in [illegible] malis
venit qui [illegible] humores ad principium nostre originis nos reducit / et hec
totum factum est per istam benedictam filii incarnationem. Et quia licet
non possit sufficienter ab aliquo explicari / possunt tamen adduci alique similitudines / que
tamen non sunt sufficientes ad exprimendum sufficienter predictum modum unionis
divine nature cum humana / quia sicut dicit Hilarius / comparatio terrenorum ad
deum nulla est / nec exemplum sufficiens in rebus divinis ratio humana
preparabit / pro aliquali tamen intellectu huius benedicte unionis notandum quod tribus
in scripto tertii / quod unum aliquid coniungitur et. Quedam enim uniuntur per con-
venientiam in aliquo uno / ita quod illud unum quod est unum numero / ut duo
rami in uno trunco / vel unum specie sicut Sortes et Plato in homine / vel unum
genere ut homo et asinus in animali. Vel unum analogia / ut sunt substantia
et accidens in ente. Quedam sic uniuntur / quod ex eis resultat tertium / sicut
ex materia et forma fit compositum. Quedam sic quod non resultat tertium / sicut
ex natura et supposito in Sorte non resultat tertium. Secundus modus divinis
non competit / quia cum sit unius per se ut partis respectu tertii. Ratio
autem partis sicut et ratio imperfecti divinis non competit. Sed primus et
tertius modus aliquo modo possunt divinis convenire. Si enim consideremus per-
sonam assumentem / sic tertio modo persona divina nature humane unitur
/ ita quod ex eis non resultat tertium / sicut nec ex natura et supposito
Sortis / quia natura humana in persona divina subsistit. Ideo quod natura humana in
Christo non habet propriam subsistentiam / nisi in supposito divino. Si vero consideremus
naturam assumptam / sic natura divina unitur nature humane primo modo / [illegible]
[illegible] convenientiam in una persona / que tamen in multis proprietatibus in-
[illegible] distincte sunt / et ideo incarnatio insertioni comparatur / Sicut
enim in insertione in eodem trunco in quo erat ramus unius nature / fit
alius ramus per insertionem / Ita in eadem persona in qua erat natura di-
vina natura per unionem est natura humana. In uno autem genere vel specie deum et
creaturam convenire est impossibile / sed per analogiam est possibile. Ergo
patet quod incarnatio insertioni comparatur / licet non sit sufficiens similitudo
pro quo incarnatio supposito lapsu humane nature / congruentiam incarna-
Beatus Thomas [illegible] Primo ex plenitudine divine nature / quam nullo
tionis declarat ex [illegible] qui salutem est capax eius. Unde humana natura lapsa est
volt denegare / qui salutem est capax eius. Unde humana natura lapsa est
et inchoamus reparabilis fuit / decuit ut eam repararet / propter eius im-
mensam caritatem / qua dilexit nos / misit deus filium suum in simili-
tudinem carnis / et servum redemit / et sanaret egrotum / ut ovem per-
ditam i. humanum genus reduceret ad ovile i. ad societatem angelorum
illuc ergo / ut pateret inter deum et hominem reformatio / quod factum est in
eius nativitate illuc ij Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus
bone voluntatis. Tertio ex decenti ordine sapientie eius / et quia summe sapiens
est / convenientissimum modum reparationis debuit invenire / modus autem
convenientissimus est ut integre natura humana repararetur / ut scilicet
homo ad illud quod amiserat posset pervenire. Si enim hominem per angelum re-
pararet non integre homo fuisset reparatus / quia semper homo salutis sue debitor
angelo esset / et ita in beatitudine ei equalis non posset / quod tamen fuisset [illegible]

si non peccasset, sicut et nunc consecrat homines per gratiam reparationis
ut sint sicut angeli in celo, ait Augustinus. Ratio ipsa decuit ut non
angelus, sed deus hominem repararet. Similiter ut facilior esset modus ho
ascendendi in deum, decuit ut ex hiis que sibi cognita sunt, tam
secundum intellectum quam secundum affectum in deum assurgeret. Et quia homini se-
cundum statum presentis vite est naturale ut a visibilibus capiat cogni-
cionem et certa efficiatur, ideo deus per incarnacionem congruentissime
visibilis factus est humanam naturam assumendo, ut ex visibilibus invi-
sibilium amorem rapiamur, prout dicit Gregorius in prefacione de na-
tivitate domini. Ex premissis clarum est quod per incarnacionem filii dei facta est sa-
lus et reparacio generis humani, non sic quin deus posset aliter repa-
rare genus humanum, sed quia nullus ordo ita congruus, ita convenien-
cior est quam iste reparacioni reparabili et reparatori. Decebat enim ut
sicut omnia creaverat per verbum increatum, sic omnia repararet per
verbum incarnatum; et sicut omnia fecit potenter, sapienter, be- sapienter
nivolenter, sic repararet quod ostenderet potenciam suam, sapienciam
et benivolenciam. Quid autem potencius est quam coniungere extrema summe
distancia in una persona? Quid sapiencius est quam quod ad perfectionem totius
universi fieret coniunctio primi et ultimi, scilicet dei, qui est omnium principium, et
humane nature, que est ultima omnium creaturarum et
infima intelligencium vel intelligibilium? Quid benignius est quam quod dominus pro salute servi
formam acciperet servi? Hic ergo modus convenientissimus fuit
deo reparatori ad commendandum dei potenciam, sapienciam et benivo-
lenciam. Rursum quia homo cadens in culpam recessit a principio
potentissimo, sapientissimo et benivolentissimo, et ideo corruerat
in infirmitatem, ignoranciam et malignitatem, ac per hoc effectus est car-
nalis, animalis et sensibilis, et ideo ineptus ad virtutem imi-
tandam, ad lucem cognoscendam, ad bonitatem diligendam. Ad hoc
igitur quod homo repararetur, congruentissimum fuit ut ei condescenderet primum
principium, reddendo illi se noscibile, amabile et imitabile. Et quia
homo carnalis et animalis et sensibilis non noverat nec amabat nec
sequebatur nisi sibi similia, ideo ad eripiendum hominem de hoc
statu verbum caro factum est, ut ab homine qui caro erat cogno-
sci posset et amari ac imitari, ut cognoscens, amans et imitans
salvaretur a morbo peccati ac sanaretur. Et quia homo perfecte reparari
non potuit nisi recuperaret mentis innocenciam, dei amiciciam
et suam excellenciam, qua soli deo subderetur, et hanc non poterat
recuperare nisi per deum in forma servi; excellenciam recuperare
non poterat nisi reparator esset deus, quia si esset mera creatura, homo
esset subiectus pure creature, et sic non recuperaret pristinum statum hono-
ris. Amiciciam autem dei recuperare non poterat nisi per me-
diatorem qui esset utrique parti conformis et utriusque amicus;
et ideo debuit esse filius hominis per humanitatem, et ita deus et homo.
Innocenciam autem recuperare non poterat nisi dimissa culpa, quam

non debebat divina iusticia dimittere / nisi per satisfactionem condignam
Sed quia satisfacere non poterat / nisi deus pro toto genere humano / nec
debebat debebat / nisi homo qui peccaverat / ideo congruentissimum
fuit reparare genus humanum per deum hominem natum de virgine maria
Et sicut genus humanum in esse exivit per verbum increatum
et in culpam cecidit / deserendo verbum inspiratum / sic a culpa re-
surgeret per verbum incarnatum / Cui magis convenit incarnari quam
alii persone / quia enim parentes in filium peccaverunt specialiter per
inspirationem presumendo similitudinem dei Gen. iii° / Filius autem est dei
patris sapientia i Cor. i / Et imago et similitudo patris Hebr. i / Sapientie vii°
et ii Cor. iiii° / Et ideo filio cui specialiter fuit iniuria facta con-
veniebat arbitrari culpe vindicta vel indulgentia / quam alii
persone / Et ideo specialiter filius debuit incarnari / Item
homo per peccatum lapsus deformatus fuit quia vulneratus in naturalibus et spoliatus
gratuitis / Sed cum ad patrem referatur materia / ad filium forma / ad spi-
ritum sanctum convenit ut cum Decens fuit incarnari personam ad quam
forma refertur quam aliam ad hominem reformandum / Item quia dei filius me-
diator est inter deum et hominem ad reducendum hominem ad divinam cognitionem
non ad divinam conformitatem ad divinam filiationem / nullum autem magis
decet esse medium quam personam que producit et producitur / que est secunda in trini-
tate persona / nullum magis decet reducere ad divinam cognitionem quam filium
quo se pater declarat / Sed est visibile carnem sic verbum vocis / nullum quam magis
decet reducere ad conformitatem patris / quam eum qui est imago patris / nul-
lum quam decet magis reducere ad filiationem adoptivam quam filium naturalem
nullum quam decet magis fieri filium hominis quam filium dei / et propter hoc magis ei
convenit incarnari / Item incarnatus solus filius hominem assumpsit
ut deus qui in sapientia sua mundum fecerat secundum quod David dicit Omnia in
sapientia fecisti / In eadem sapientia et que in celis et que in terris sunt restau-
raret / Ideo autem filius missus est non pater / quia congruentius mitti
debuit qui est ab alio quam qui a nullo / filius autem a patre / pater vero a
nullo / Sicut enim pater genuit / filius genitus est / ita congrue pater
misit filius missus est / Ideo autem pater non missus / ne si mitteretur
ab alio putaretur / Missus est primo filius / quia a patre solo Deinde spi-
ritus sanctus qui est a patre et filio / Et filius solus in carnem missus est
non spiritus sanctus sicut nec pater / Quod ideo factum est / ut qui erat in di-
vinitate dei filius / hominis filius fieret in humanitate / Non ergo pater nec
spiritus sanctus carnem induit / ne alius in divinitate esset filius / et alius
in humanitate / et ne idem esset pater et filius / et ne nomen filii ad al-
terum transiret / qui non esset nativitate filius / et ita essent duo filii
in trinitate / unde non trinitas sed quaternitas videretur / Dei autem filius
factus est homo hominis filius / filius autem in utraque nativitate filii no-
men nascendo haberet / et esset verus deus et verus homo / unde filius
Item ut ostenderet deus pater nichil esse quod non esset paratus nobis
dare / ex quo unigenitum dedit Ysa. ix / Dedit enim deus gratis homi-
ni quo homo ex debito redderet ipsi deo creatori / Item ut diceret superfluens

recompensacio fiet deo non solum equalis priori sed eciam maior in
infinitum / et ideo est vnigenitus dei filius incarnatus / Ho primo
Item filius dei factus est homo ut homo fieret filius dei / Quod misit deus fi-
lium suum ut adopcionem filiorum reciperemus ad Galatas iiii / Item pro-
ximam caritatem qua dilexit nos / misit deus filium suum in similitudinem
carnis / ut seruum redimeret et sanaret egrotum / Item ut ouem perditam
i. humanum genus reduceret ad ouile i. ad societatem ciuium supernorum
Luce xv / Item ut pacem inter deum et hominem reformaret / quod factum est in
eius natiuitate / sicut patet testimonio angeli Luce ii et Johannis xiiii pacem meam
do vobis / pacem meam relinquo vobis / non sicut mundus dat etc. / Item ut
potestas dyaboli qua sibi hominem subiugauerat fraudulenter per hominem expelleret
Johannis xii Nunc princeps mundi huius eicietur foras ad Hebreos 2 ut per mortem
destrueret eum qui habebat mortis imperium i. dyabolum / Et nota
quod Christus missus est predicare Luce iiii / Item in corpore et anima sanare
Matthei xv Item redimere et mundare ... 2 Item exemplum dare Johannis
xiii Item curare et resuscitare Johannis iiii / Item iudicare et ... Item
dampnare et glorificare ibidem / Circa quod aduertendum quod filius dei no-
luit immediate post lapsum primorum parentum incarnari propter di-
uersas causas / prima quod homo per superbiam peccauerat / vnde oportebat
quod per humilitatem repararetur ad quam exigebatur / ut defectum suum
cognosceret in virtute et in cognicione / Defectus autem cognicionis inno-
tuit homini tempore legis nature / quando tempore multi lumine nature racionis non
obstante in pessimos errores ydolatrie prolapsi sunt / et in re-
prehendissima opera / defectus autem virtutis innotuit homini tempore le-
gis scripte / quod tunc per legem erudiuit / non tamen peccata vincere po-
tuit / et ideo opportunum quod post ista tempora gracie ... / ut
vt in deo solo spes salutis haberetur / Secunda causa / quod nature ordo est
ut ab imperfectis ad perfectum veniatur / perfectissimum autem in operibus dei
est incarnacio / per quam creatura deo iungitur in vnitate persone / ut
non in principio humani generis / sed postmodum versus finem seculorum
compleretur / ut sic prius esset quod animale est / deinde quod spirituale / prima
ad Cor. xv Et hanc racionem Augustinus assignat in libro lxxxiii questionum dicens Sicut
absurdus est qui iuuenilem tantum etatem vellet esse in homine
euacuaret cum pulchritudines / que ceteris etatibus suas vices atque
ordines gerunt / Sic est absurdus est qui ab vniuerso genere humano
vnam etatem desiderat / Nam et ipsum tamquam vnus homo suas eta-
tes agit / nec opportuit diuinitus venire magistrum cuius imitacione in
mores optimos formaretur / nisi tempore iuuentutis / Et apostolus ad Galatas
iiii dicit homines sub lege esse sub pedagogo paruulos custodit donec
veniret qui per prophetas promissus erat / Tercia racio quod distancia a
principio facit debilitatem in effectu / vnde et propter longe distare
a principio / aliquae res peccatum esse retinent non plus ut maneant
semper eedem secundum naturam / Vnde si igitur maximum remedium incarnacionis
fuisset in principio seculorum fuisset processisse tempore / effectus eius in
hominibus longius fuisset Segnescere caritate / Et ideo in principio hu-
mani generis indita est hominis mentibus lex nature / per quam homines
deo subiecti essent / postmodum non inualescente consuetudine peccatorum

Lex naturalis adeo obtenebrata est in pluribus / ut iam non videretur
ad regimen humani generis sufficere / et ideo fuit additum aliud reme-
dium scilicet vetus lex / et ea que pertinent ad ipsam / qua etiam processu
temporis in cordibus hominum debilitata / oportuit aliud perfectius reme-
dium per incarnationem apponi usque ad tempus illud / quo ...
caritatis refrigesceret / et tunc succederet secundum adventum visio fidei / et
status glorie / statum primum etatis. Quo dicit Dionisius in v c. celestis
ierarchie / sicut se habet ierarchia legis ad nostram ierarchiam / ita se habet nostra
ad celestem / Hec sanctus Thomas. Quod Bonaventura in scripto tercii dicit / Tercia decen-
tie tempus elegit / fuit propter petitum principium / In hoc enim manifestatur
dei perfectionis severitas / quia tantos clamores et luctus hominum / tanto
tempore sustinuit / antequam vellet descendere / et ipse adam cum sua poste-
ritate expectavit in inferno limbo exulans a paradiso / Quia hic itaque
exulatus ad patrie redditum non est admissus / nisi temporis plenitudine
adveniente quod tempus 3 m. s. Tho. et Bonam venturam vocatur pleni-
tudo temporis / propter legis et figurarum impletionem / quia in Christi adventu
ille figure que carnis in veteri testamento impletae sunt in veritate / Matthei v
Non veni solvere legem sed adimplere / et etiam quod ante promiserat per
prophetas de filio suo / hoc implevit / et quod ab eterno preordinavit / hoc
tempore plenitudinis exhibuit. Tercio propter perfectionem temporis incarnationis
est tempus sexte etatis / in qua quidem est plenitudo et perfectio /
ut sicut mundus die sexta est consummatus / sic in sexta die homo re-
paratur / Ita quod prima etas est ab adam usque ad noe / secunda a noe usque
ad abraham / tercia ab abraham usque ad moysen / quarta a moyse
usque ad david / quinta a david usque ad christum / sexta usque ad finem
mundi / De causa autem propria et principali incarnationis filii dei / sunt
due opiniones doctorum sollempnes / prima sancti Thome et Thome
de argentina qui dicunt / quod propria causa propter quam facta est incar-
natio / fuit redemptio generis humani / Secunda Alexandri de alia parte / et
alii dicunt quod dignificatio et exaltatio humane nature / et totius hominis bea-
tificatio. Hugo in libro de anima et spiritu dicit propterea deus factus est homo
ut totum hominem in se beatificaret / ut sive homo ingrederetur intus per intel-
lectum / sive egrederetur extra per sensum in creatore suo pascua inve-
niret / pascua intus in cognitione divinitatis / pascua foris in carne
salvatoris / Ex quo enim decus hominis in duplici sua ... corporali
et spirituali / secundum quas ... indidit sibi naturales vel corporalem / et
intellectualem visionem / Unde si a proprio divino peccando non declina-
sset / statim utramque visionem in beata vita ad quam optinendam creatus
fuerat debuit firmari / propter quod tempore utriusque incarnatus fuisset / ut in
illa beata vita visio hominis corporalis terminaretur in obiecto beatifico huma-
nitatis christi / et in ipso satiaretur et reficeretur / visio vero intellectualis termina-
retur ad obiectum ipsius divinitatis / et eius cognitione reficeretur / Et hec
ratio est congruentie solum non necessitatis / posset enim deus de absoluta po-
tentia sua in solo divinitatis obiecto beatifico utramque visionem termina-
re et reficere / sicud sue omnipotentie placeret / Hec autem ratio remanet
et circumscripto lapsu nature humane / Notat in Bonaventura in scripto tercii

pro concordia istarum opinionum / quia de incarnacione contingit loqui
dupliciter / Est enim incarnacio carnis assumpcio / De carne autem assumpta est
loqui dupliciter / aut quantum ad effectum passibilitatis et mortalitatis
/ et sic dicitur quod incarnacionis racio precipua est redempcio generis humani
/ nisi enim homo peccasset / et hiis redemptore eguisset / carnem
mortalem non assumpsisset / aut loquimur de incarnacione quantum
ad substanciam simpliciter / secundum quod incarnacio dicit assumpcionem nature humane / Sic
racio precipua non est humani generis redempcio / quia creditur si homo non pecca-
sset / tamen incarnatus fuisset / Sed huius racio est perfectio intrinseca sur-
gens de dignitate illius operis / quia incarnacio enim facit ad hominis perfecti-
onem / et per parvis ad totius universi complecionem / quia hoc quod complet
et complecionem dat humano generi / racionem id quod respicit naturam / et secundum
id respicit gloriam / sicut hec diffuse declarat bonaventura in scripto super
3 / distinctione 1 / in revisione principali ad questionem / Et multis interpositis sub-
dit / Quis autem horum modorum verior sit / novit ille / qui pro nobis
incarnatus est / id incarnari dignatus est / Quis autem horum alteri
preponendus sit difficile est videre / Eo quod uterque modus katholicus
est / et a viris katholicis sustinetur / Prior tamen modus excitat
animam ad devocionem secundum diversas consideraciones / Secundus tamen mo-
dus magis videtur consonare iudicio racionis / quam in parte mi-
chi scrupulosius tamen iudicio aliorum / Primus autem ut apparet plus
consonat pietati fidei / hec bonaventura / Ex premissis notabilibus
post hec fit ista questio / filium dei posse incarnari / non potest sufficienter et di-
recte humana racione ostendi / hanc questionem in summa ponit thomas de argentina circa
principium tercii / et est de intencione bonaventure in scripto super 3° ubi dicit
quod ad ea que sunt fidei / racio demonstrativa haberi non potest / cum fides de non
apparentibus esse dicatur / secundum apostolum ad hebreos / et precipue in illis
que ex mera voluntate dei proveniunt / cuiusmodi est incarnacio / Et pro veri-
tate istius questionis thomas de argentina arguit sic / illud quod est super omnem racionem huma-
nam / non potest sufficienter ostendi humana racione / sed modus dicte unionis est
super omnem racionem humanam / igitur etc. / Antecedens non est de se / probatur per multa dicta
sanctorum doctorum / Ait enim Ambrosius de filii dei incarnacione contra
arrianos sic / michi est impossibile generacionis eius scire secretum / mens de-
ficit / vox silet / non mea tantum / sed et angelorum / supra potestates / supra che-
rubin / et seraphin / et supra omnem sensum est / Et addit Ambrosius ergo
retrahe quo tuo manum non impone / scrutari non licet superna mi-
steria / licet scire quod natus sit / sed non licet scire quomodo natus sit / Inefa-
bilis ergo ista generacio / humanum sensum et mentis intelligenciam excedit /
non capit humane intelligencie racio / Sed preterea / fidelis professio / ne-
mirum / quod ille qui testimonio salvatoris post lucerna ardens et
lucens / et non solum propheta / sed plus quam propheta / dicit se non esse di-
gnum solvere corrigiam calciamenti eius / id est secundum glosam modum
unionis extreme divine nature cum humana in una persona / Conclusio / primum
filium dei non posse incarnari non potest demonstrative ostendi / Patet quia
nichil potest demonstrative ostendi / nisi verum / Eo quod demonstracio facit scire

ut patet primo po(st) / sed non sequitur nisi verum / ut patet ibidem / sed
filium dei non posse incarnari non ~~pt demonstrative ondi~~ / est verum
Secundum conclusio in / filij dei incarnacio / non est mere naturalis operacio
patet quia si sic que sufficienter posset rone humana et naturali / et consequenter sicut ex causis
mere naturalibus / quod est contra quod dictum est 2m / Tertium conclusio / filij dei incarnacio
est mirabilissima operacio dei / patet per beatum Thomam contra gentiles suo iiij° / ubi
tractat de filij dei incarnacione / ubi dicit / quod inter divina opera maxime
racionem excedit / et subdit nichil enim mirabilius cogitari potest divini-
tus factum quam verus dei filius fieret homo verus / Quarta conclusio
Una persona divina potuit incarnari sine alia / ista patet ex fide katho-
lica / que publice confitetur filium dei esse incarnatum / et non aliam
in divinis / sed fides non ponit aliquid impossibile / [illegible] possunt
adduci plures auctoritates sanctorum / quas causa brevitatis pretermitto / Sed contra
ne arguitur sic / per eadem conclusione / incarnacio in suis intellectu impor-
tat missionem / ut dicit magister in libro / sed una persona potest et potuit
mitti sine alia / igitur eciam una persona potest esse et potuit incarnari sine
alia etc. / Respondetur sicut distinctis secundum quod distincta sunt non repugnat quia
ad potest uniri primum / sed non unibus alterum / sed persone divine sunt distincte
ab personalibus / cum igitur natura humana uniatur filio in persona / non
mirum / non oportet quod uniatur alii persone / Contra conclusio primum / non sequitur / tota tri-
nitas est operata incarnacionem / et tota trinitas assumpsit humanitatem / patet quia
ab quidem est concessum apud omnes Christi fideles / et secundum patet per beatum Augustinum
qui dicit / quod opera trinitatis ad extra sunt indivisa / In operibus enim ad extra
tota trinitas concurrit / quia autem solus est filius / unum ut videtur hec tamen
tota trinitas non est facta in natura divina absolute / sed in persona
ex quo assumens humanitatis / eadem sit essencia trium personarum / non tamen oportet quod sit
Contra in secundum / conclusio / quia eadem sit essencia trium personarum / non tamen oportet quod sit
filius unio earum / patet / quia ans concedit fides katholica / sed ergo negat
/ eo quod persona filij unita est nature humane / alie vero persone non / Contra
Contra in tercium conclusionum una persona ~~filij unita est nature humane~~ non
ad alia unione adoptionis / nichil tamen prohibet unione
potest uniri sine alia unione adoptionis / nichil tamen prohibet unione
personalitatis / prima patet / quia unio que fit per graciam adopcio-
nis / est unio per effectum divinum / in quo tota trinitas se concurrit / ergo
talis operacio est quibus trium personis / 2a patet patet ex conclusione / Tercia conclusio
assumit potest de potencia absoluta / quelibet divina persona potuit incar-
nari / magis tamen congruebat filio dei / prima patet ex conclusione / patet / quia filius
potuit incarnari / ergo quelibet alia persona divina potuit incarnari / quia
ex que eque distant / eque possibilis est eorum coniunctio / Sed natura humana
equaliter distat a [illegible] personis / ergo a tribus distat in infinitum / igitur si filius
potuit incarnari / igitur quelibet alia persona / Et confirmatur omne illud quod
non implicat contradictionem et quod non vergit in defectum potencie
dei / hoc est possibile apud deum / Sed patrem incarnari non implicat con-
tradictionem / nec vergit in defectum eius potencie / ergo hoc est possibile / Sic
potest consequenter argui de spiritu sancto / maior patet / quia illud quod contradictionem implicat
in se esse non potest / et sic defectus in divinam personam cadere non potest / Secundum
quia eadem est possibilitas et dignitas patris et filij / sed assumere carnem
fuit possibile filio / et fuit dignitas in filio / et in patre et in spiritu sancto
/ et ergo patet prima eius pars / Sed quo ad secundam eius partem / patet quod

incarnacio magis congruebat filio dei / Nam congruitas incarnacio-
nis pt attendi / aut quo ad ipsam psone incarnate / aut quo ad effecta
/ primo modo magis convenit filio / qr filius ipse est imago / viri / et
filius / homo vero tria p peccatum perdidit · s · conformitatem sapie / filiationem
/ et filius / ut hec repararet / tercium quartum ad effecta / filio enim appropriatur sapia
Sicut patri potencia / In ope aut creacionis / relucet ipse potencia / p p̄m
facta est / sapia / et ideo filium ad hoc opus magis congruum fuit incar-
nari / Contra primam / Tercium pater potuit incarnari / non tamen potuit
est ab alio / et incarnacio eius non dici missio / sicud filii incarna-
cio / Secundum contra / Tercium patrem pt ut potuit incarnari / eius tamen incar-
nacio non dz / nec defuit expectati / prima pt contra in pz ut fuit / secunda vero
iniquitate vna tamen / et ideo inter plus promisso acrescit de incarnacione om-
nium personarum / de incarnacione vnius tamen / et io expectacione huiusmodi incar-
nacionem esset superfluum et frustra / Tercium contra incarnacio nec congrue-
bat patri / nec spiritu sancto / prima pz propter inmascibilitatis generationem / non enim de-
cet ut qui in deitate est pater / in humanitate sit filius / sic enim filius dei
patris esset nepos hominis / si ipsa virgo mater esset dei patris / Secundum pz scilicet de spiritu
sancto / ne nomen filii in plures psonas transferatur / sic enim essent duo filii in
trinitate / sed vergeret in confusionem psonarum / Tercium contra in tercium incar-
nacio sit totius trinitatis causaliter et effective / et tamen solius filii terminative
/ prima pt pz / qr tota trinitas effecit incarnacionem / vnde secundum Damascenum
In incarnacione relucet diuina bonitas / inquantum sui plasmatis salutem non
despexit / potencia / inquantum maxime distancia coniunxit / Sapia vero inquantum modum
congruentem / quod impossibile videbatur invenit / Secunda pt pz / qr solus filius
est incarnatus / et sic incarnacio fuit eciam in solo filio / et pz exemplo
de tribus puellis / que induunt tunicam medie puelle / omnes enim iste puelle operantur
istam vestitionem / sed illa media sola est vestita / Secundum / Tercium quarta questio
et vtilis / Scauit pro salute generis humani filium dei de virgine incarnari / pz
p illud ewangelium / et primi / et epistola venit in hunc mundum peccatores saluos facere / Vbi dicit
glosa / Augustinus / Nulla causa fuit veniendi Christo domino / nisi peccatores saluos facere
Quod pz p illud ewangelium Mathei xviii^o Venit filius hominis querere et saluum facere quod
perierat / Sed exponens / Augustinus de verbis apostoli dicit / Si homo non peccasset filius hominis
non venisset / Et licet ibi de aduentu in carnem aduertit / et ratione sit / Scauit deo
ac benignitate releuare / Et qr ac releuari non potuit / nisi ad statum pristinum
reparari / nisi p filii dei incarnacionem / ergo ergo / et cum prima pte
finita potuit satisfacere / qr pro infinito peccato / quod fuit primi hominis / infinita potencia
/ Tercium contra In primo non fuisset homo reparatus / si non fuisset filius dei incar-
natus / Secundum / non obstante malicia hominis / decuit deum filium virginis
/ Tercium propter peccatum et miseriam hominis / filius dei factus est hominibus similis

pz ex glo/ Et specialiter per sanctum Gregorium/ qui dicit/ o felix culpa/ que talem
ac tantum habere meruit redemptorem/ Et cantat ecclesia/ o culpa nimium beata que
redempta est nostra/ [illegible] divina sapientia/ ex malis potest elicere bona/ pz
quod ex peccato hominis hoc elicere potuit optimum/ ut filius dei incarnaretur/ quod
si peccatum non fuisset/ Contra istam [illegible] conclusio posita est pro/ pz
ex dictis/ Ad rationes dicendum quod similitudo [illegible] inter deum et creaturam non
est secundum sui naturam quam ab ipsis procedat/ Sed est secundum similitudinem inquantum
unum in aliud ordinatur/ et est ordinale/ Contra probationes autem si filium
dei incarnari non posset sufficienter humana ratione probari/ maxime quod excedit
facultatem nature humane/ Sed hoc non/ quia incarnatio non excedit
facultatem nature humane/ quia non decebat eam soli deo facere/ ex ipsa
[illegible] est ratione/ quod acto [illegible]/ Ratio ex hoc quod solum illa opera sunt soli
dei que facultatem humanam excedunt/ et tamen solum talia huma-
na ratione non probat/ [illegible] sic/ quod esse in unitate persone cum deo
est homini nature/ ergo incarnatio non excedit nature facultatem/ Ratio ex ter-
minis/ et tamen quod esse in unitate persone cum deo est nature homini ergo
/ quod est nature homini/ Ratio ab inferiori ad superius/ et tamen/ quod quamcito
est homo tam cito est unitus deo in persona/ et non potuit esse/ quin
fuisset unitus deo/ nec ~~potuit virgo~~ potuit virgo non esse unitus
deo in persona/ ergo est est sibi nature/ Ratio/ quia hoc est aliud nature quod inest
sibi a principio sui esse/ et nunquam potest ab eo separari ipso vivente/ Ad ar-
gumentum videtur/ non sufficit hoc adesse aliquid nature/ Sed cum hoc
requiritur quod hoc quod sic homini inest/ sit ex principiis nature/ Sicut in celo
posito quod aliquis esset cecus a nativitate/ illa cecitas isto modo
inest isti homini/ quia quamcito est/ cecus est/ et sic est cecus/ et nunquam
vivens non erit cecus [illegible]/ et tamen cecitas non est naturalis/ quia non
inest ex principiis nature/ Sed ex aliquo defectu incidente/ vel ex aliqua
occulta causa que latet nam/ prout hoc dicitur de illo ceco nato/ Sic
ego firmiter teneo/ quod virgo gloriosa non sit concepta in peccato originali
/ et quod sit consecuta gratiam confirmationis/ Tunc sanctitas inest gloriose
virgini/ sic quod quamcito est/ sancta est/ et sic sancta est/ et non potest esse non
sancta/ et tamen sanctitas illa/ non fuit nature/ sed omnino gratiosa/ Eodem mo-
do posset argui contra in celo existentibus nec esse naturam/ quod est contra
illud apostoli/ quod oculus non vidit/ nec auris audivit etc/ Nam quamcito aliquis
in celo est/ beatus est/ et non potest beatus non esse/ Sic ergo esse in uni-
tate persone inest [illegible]/ non tamen naturaliter/ sed divinitus et miraculose/ Unde
Ber. allegando id apostoli/ Qui predestinatus est a filius ex se-
mine David secundum carnem/ dicit/ Longa est et fortis cathena ad stri-
gendum se unicendum humanitatem divinitati predestinatio dei/ ex
[illegible] divinitate potentioris/ ubi innuit [illegible] quod divina virtus humanita-
tem [illegible] unimit/ et tam fortis fuit illa unio/ quod morte incidente non
potuit impediri/ Ita quod beatus Johannes dicit se indignum cor-
rigiam calciamentorum eius solvere/ de qua dictum est in festo Innocen-
tibus/ Unde ex illa unio inter corporis humanum et anime/ quod fieret

Item corp. 4

de quo dicit Johannes [illegible]

Et idem dicit quod quamvis tenet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

diuina ista / sed compactiue nature / In resurrectione fortior erit / quia indi-
ssolubilior est illa / quia in infusione anime / illa enim solubilis est
quia erat fuit enim compacta nature / Contra istam solutionem arguitur / gratia
unionis illi homini est naturalis / et non est naturalis esse ei secundum diuini-
tatem / quod est ei naturalis secundum humanitatem / et non est aliud nisi quod
inest sibi ex principiis nature / quod sit naturalis [illegible] / quia si non / tunc ex prin-
cipiis diuini esset filius adoptiuus dei / et non naturalis [illegible] est [illegible]
/ sed quod est naturalis ei secundum diuinitatem / quia si sic tunc [illegible] conueniret uno
omnibus equaliter / quia illud quod inest nature / omnibus que est eadem
[illegible] vide b. Thomam in 3a parte summe sue quod gratia unionis est naturalis ero
secundum utramque naturam / et secundum naturam diuinam / et secundum naturam humanam
/ secundum naturam diuinam causaliter / non formaliter / unde tota trinitas operata
est illam unionem / prout patet ex superdictis notabilibus / Et cum arguitur quod
inest nature que est omnibus eius equaliter / dicendum est quod que inest alicui
sibi ex principiis naturalibus ut arguit argumentum / sed quia inest sibi ab
ipsa natiuitate / quod cum nos [illegible] dicimus naturaliter filii ire / sicut culpa ori-
ginalis contrahitur in conceptione efficimur filii [illegible] / ita illa naturalis
est christo / quia uirtus diuina fecit quod ab initio conceptionis ille homo fuit
unitus diuino / naturalis ergo gratia dicitur / non quia a natura / sed quia per modum
nature / sicut per modum nature / quia sic naturales [illegible] insunt subiecto inse-
parabiliter / ita illa gratia inest christo / Et naturale dicitur illud quod est con-
tinuatum a principio sue conditionis / quemadmodum [illegible] anime di-
cuntur naturales / quia indite sunt sibi a sua creatione / sic et hec gratia
dicitur christo naturalis / quia sibi innata est a principio sue generationis
Unde gratia unionis dicitur homini christo naturalis / quia ordinabatur ad
unionem in persona dei secundum quam ille homo dicitur naturalis filius dei / Secundo
gratia habitualis dicitur dupliciter naturalis / primo quo ad modum naturalium [illegible]
sicut [illegible] substantiam suam inseparabiliter concomitantur / Secundo quia exaltata
natura [illegible] causabatur / quia ex diuina non ex christiana / et sic utraque
gratia scilicet christo fuit naturalis / Nota naturam humanam in christo [illegible]
[illegible] ad eam / primo quia aduenit persone [illegible] completum / sic [illegible]
et [illegible] / Secundo quia in se est [illegible] / et aduenit alteri sicut uestis corpori
Tercio quia mutatur ex unione [illegible] et non mutat ipsum / Contra solutionem
arguitur sic / christus repletus est gratia corporaliter / et hoc non ex alio nisi quia
inest sibi ex principiis nature corpulente / quodlibet enim corporale oritur ex
principiis nature ut notum est / Sed assumptum est apostoli qui dicit in eo ipso
habitat plenitudo diuinitatis corporaliter / ad Colossenses 2o / Unde glosa dicit
super eodem uerbo quia tropus est in illo sermone / Dicit enim sic / translato uerbo
usus est [illegible] completorum umbrarum et legalium figurarum dicitur cor-
poraliter id est completiue / quia in ipso implentur quodammodo omnia / ita quod
uult [illegible] quod data est sibi gratia abundans ut ipse esset
impletio / et quod corpus umbrarum / quia ipse est ueritas omnium sacramentorum
iuxta illud gratia et ueritas per christum facta est / Vel aut istam

auctoritatem

auctoritatem exponit Allexander in septo tercii dicens in ipso habitat pleni-
tudo divinitatis corporalis .i. secundum modum triplicis dimensionis qua corpus
determinatur / Est enim in rebus tribus modis / est enim per observanciam / et con-
tinenciam in omnibus creaturis / in sanctis est per graciam et caritatem
tem / sed in christo est per unionem / Primus modus comparatur longitudini / quia longitudo
secundum illum attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia sua-
viter / sapiencie viii^o / Secundus modus comparatur latitudini / quia caritas
spiritualis latitudo iuxta illud latum mandatum tuum nimis / Tercius
modus qui est unionis comparatur profundo / quia intimus est et de hiis
ad quodlibet ut possit comprehendere cum omnibus sanctis que sit longitudo illius
inhabitacionis / qua deus inhabitat illud corpus / que sit latitudo / qua inhi-
tat illius animam / et profundum quo est ad unitatem scilicet qui tamen in unitate
univit sibi animam cum corpore in unitate persone / Et dicitur tercia sublimi-
tas / scilicet quidem ex hoc humana natura habet exaltacionem / quia ex quo ipsi triplici modo
divinitas habitat in christo / ideo dicitur repletus divinitate corporaliter Con-
sequenter queritur que dicitur quod una persona divina potuit incarnari substancialiter / Con-
sequenter persona in divinitate potuit incarnari / ergo racione eciam / quia sic tunc illa / aut
fuisset mutata in corpus / aut fuisset facta ipsius in corpore / utrumque est
impossibile / et non videtur quod aliquo alio modo fieri / hoc est contra hereticorum quod mo-
nent beatus Thomas ... gen. libro ... ubi dicitur quod deus non dicitur sic incarnatus
quod fuisset factus forma corporis / non enim unitur deus homini ut forma
nec / nec fuit tamen unio ut est homine ad aliqua exteriora que se ad deum
habent ... sicut dominus ... et de aliis / sed sic quod deus in natura humana
... per incarnacionem facta potest subsistere / sic quod corpus illud per se sit corpus
verbi dei / similiter et anima / et quod verbum dei vere sit homo Contra solucionem / esse / sic
quod racione ... repugnat simplicitati / ergo nullo modo sic potuit fieri / alter
duo quid / et ita aliud et aliud Responsio secundum altissiodorensem / quod hec propositio filius
dei est deus et homo / est duplex / pro eo quod subiectum supponit pro supposito / et est sensus
tunc potest quod filius dei est duorum suppositorum / vel personarum / quod est hereticum
/ aut est sensus supposito pro natura vera est / ergo tamen valebit / quod filius dei est
deum est quid ... / quod ... / si quis accipit quid improbatur pro
quid ne / scilicet ... / sed non posset ulterius inferri / ergo ibi est aliud et aliud
/ quod hoc iam ad suppositum refertur Contra solucionem / esse hominem in christo esse
quid personale / et sic esse hominem in sorte est quid personale / ergo in christo est
/ quia alias illa unio auferret illi homini excellenciam dignitatis que sequitur
/ contra et ... / sic est personalitas / cum tamen facta sit ad hunc modum excellenciam
... / Et confirmatur humanitas est personalis / quia est racionalis natura
individua substancia / quod sit racionalis notum est / quod sit individua patet / quia separa-
distinguitur a qualibet alia potencia substancia / et secundum collectionem suarum pro-
prietatum que numquam reperitur in alio / ergo est individua / patet a diffinicione
ad diffinitum Responsio quod non admittitur humanitatem et animam personalitatem
preter illam que est filii in divinitate / quia si illa personalitas esset increata / se-
quantitas personarum / si creata sequitur in christo duo supposita / quorum
utrumque est error / non ergo quod esse hominem in christo est personale /

sicut in Sorte. Unio autem illam personalitatem nec corrupit nec abstulit
quia numquam eam illa humanitas prius habuit. Sed bene admisit eam [illegible] immo
ad maius illi homini est cumulum dignitatis additum. Quia multo nobi-
lius est illi humanitati esse in una persona cum [illegible] dei quam si propriam
personam habuisset. Et notat autem quod ad esse personam tria requiruntur. Primo
est singularitas, sic quod sua essencia distat a quolibet alio. Secundum est incommunica-
bilitas, sic quod non sit alicuius pars, partes enim quamvis in toto [illegible] ta-
men compositi. Tercium est dignitas, que in hoc consistit quod non uniatur forti
nobiliori. Et ab hoc ultimo accipit racio persone quod non convenit huma-
nitati Christi, quia illa unita est forti nobiliori. Non ergo convenit quod indivi-
dua substantia i. incommunicabilis prout ~~incommunicata~~ incommunicabile oppo-
nitur unibilitati, et sic debet in diffinicione persone capi. Contra solutionem hec
quod humanitas unita est divinitati non impedit eius personalitatem. Racio
quia est sibi unita accidentaliter, quia cum Sortes unitur domui vel si induit indu-
mentum non minus Sortes est persona. Sed quod accidentaliter uniatur humanitas
Christi patet quia non potest ad essenciam scilicet naturam Christi filii dei. Quia unio nec est facta in
essencia nec in natura, ergo habet se accidentaliter ad illam. [illegible] quia quicquid non est
de essencia rei hoc habet se accidentaliter ad illam. Et confirmat quia dicit Damas-
cenus: humanitas est divinitatis instrumentum. Modo certum est quod instrumentum
habet se accidentaliter ad principale. Dicit beatus Thomas in tercia parte sue summe ponit erro-
rem Nestorii qui posuit quattuor modos habendi se Christi humanitatem ad divinita-
tem accidentaliter; posuit enim aliam esse personam filii et aliam hominis, quia
dicebat Christi unitatem primo secundum inhabitationem, ut scilicet verbum dei habitaret in
homine ut in templo. Secundo secundum unitatem affectus, inquantum voluntas illius
hominis esset conformis semper voluntati dei. Tercio secundum operationem sic
quod homo ille esset dei instrumentum. Quarto secundum dignitatem honoris, sic
quod omnis honor qui exhibetur verbo exhibetur illi homini propter coniunctionem
ad filium dei. Quinto secundum equivocationem nominum, prout illum
hominem dicimus esse deum. Modo manifestum est quod omnes isti modi unio-
nem accidentalem important. Et multos alios errores ibi describit. Sed
hic dicit catholica sentencia quod unio dei et hominis non est facta secundum
essenciam neque secundum naturam prout arguebatur, nec accidentaliter secundum accidens,
sed modo medio, scilicet secundum substantiam sive ypostasim, sic quod ex natura divina et natura
humana resultat una persona. Sicut ergo quamvis illa natura non potest ad
essenciam, ergo est accidentaliter, non valet argumentum, nisi tunc addetur nec etiam potest ad sub-
sistenciam. Et ergo dicitur accidentalis [illegible] substantiam pro [illegible]. Dicit beatus
Thomas: substancia non sumitur ibi pro essencia et natura sed pro subsistencia, sic
quod quicquid non potest nec ad naturam nec ad personam, accidentaliter se habet ad illud. Nec
valet argumentum de instrumento, quia aliud instrumentum est assumptum in unitatem
suppositi, sicut corpus est anime instrumentum et tamen cum anima constituit
unum suppositum. Contra generalem [illegible] que dicit: Sequitur pro salute generis
humani filium dei de virgine incarnari. [illegible] quod esset verum maxime quod
per eum esset facta salus generis humani. [illegible] hic ad creationem omnium non
requirebatur incarnacio, quia solo verbo omnia creata sunt iuxta illud: Dixit
[illegible] et facta sunt ita. Ergo [illegible] ad creatorem seu restauratorem non erat

Nota

opus divinum incarnationis / quia omnis virtutis est recreare sicut creare / et sic
g(ratia) / dicendo vero recreare accedit aliqua virtus ex terminis virginis ad illud / si
accedit tunc virtus non esset deus perfectus / si non accedit aliquid / ergo opus
actu creacionis et recreacionis / rationem istius dat Anselmus / quia actus creationis
est solum per rationem potencie / que cum sit infinita est causa sui operis / nec re-
quirit aliquam exigitur medium in creando / immo repugnat suimet po-
tencie / quod oportet habere media / quia si exigeret creatum medium / iam non
esset tota causa sue operacionis / hinc est quod deus in creacione rerum non
est operatus per creaturam aliquam / sed recreacio non solum est per rationem
potencie / sed eciam fit per rationem iusticie / in recreatione enim agitur de remis-
sione peccati / ad quam de iustitia sequitur satisfactio / et quia hanc non po-
terat facere homo / quia tante ydoneitatis non erat ut patet ex positis / et deus
non tenebatur illam satisfactionem / ergo debuit esse deus et homo
/ ut dicit Anshelmus Deus qui posset / homo qui teneretur et sic ad [illegible] vel
accedit aliqua virtus ex incarnacione / vel non / dicitur quod non fecit se
deus hominem ad hoc ut magis posset / sed ad hoc ut commodo suo redimeret
/ potuit enim aliter redemisse / ut Augustinus dicit / sed non erat modus convenien-
cior nostre miserie sanande sicut iste Con(tra) solutionem natura humana a condicione
sue creacionis non est lapsa in aliquo / et dato quod esset lapsa nullo tamen
indigebat ad reparacionem suam / ergo non debuit sic fieri redemptio / quia deus
et natura nostra facit sicut erat / modo ante post prima parte / quia non incidit in ali-
quid quod ex creacione non habuisset / ante peccatum / quia non in mortem / illam
enim habuit a condicione / ex quo fuit compositus ex contrariis / non in do-
lores et penas / quia ex quo a natura fuit sensibilis / naturale erat sibi sentire
dolores et penalitates / quia dicit Augustinus dolor est sensus divisionis in pa-
ciente non in essencias et amaritudines / quia Augustinus dicit de peccato Ade peccatur
nolens suas delicias contristari / sciuit ergo uxorem suam antequam pecca-
sset esse contristabilem / immo videtur quod presens status qui est paciens pu-
gne et rebellionis et temptacionis sit nobilior quam ille status innocencie
nam virtus in infirmitate perficitur / 2 Cor 12 / status enim paciendi dignus
ad bonitatem quare illud Ieronimi Multiplicate sunt infirmitates eorum postea
acceleraverunt / status pugne meretur coronam / status rebellionis au-
get meritum / et status rebellionis est summe preservativus ut 2 Cor
12 dicit Apostolus ne me magnitudo revelationum extollat etc. et sic si est
aliqua pena / dicit Gregorius illa appetit [illegible] / Visio de lapsu licet infide-
les non sciant / apud fideles non dubitatur / cum dicat veritas Math
18 venit filius hominis querere et salvum facere quod perierat / notandum
Hugo de sancto victore in libro suorum sacramentorum dicit / tres status humane
nature sunt / scilicet nature condite / secunde nature lapse / tercio nature reparate / Primo
statu homo habuit posse peccare et posse non peccare / hec enim erat prima
libertas arbitrii / habuit posse pati et mori / et posse non pati et non
mori / et hec erat prima immortalitas corporis / ita quod tunc homo habuit
possibilitatem ad peccandum patiendum et moriendum / sed non potuit a illa
[illegible] cum adiutorio creatoris si persistisset / sed quia non obedivit la-
psus est ab illo statu in quo iam habuit illud posse / scilicet ante dictum non
posse non peccare / non posse non pati / non posse non mori
[illegible] quod accessit sibi ad illud posse necessitas seu inevitabilitas [illegible]

Margin notes:

ex nobilibus supplere et

cap

[illegible] temptacionis

2us status

sed cum addito [illegible] non posse non peccare / non posse non pati / non posse non mori

cum sit non adiacentibus / quia potest peccare / et non potest non peccare / potest pati et necesse
est eum pati / sic et mori / Sicut enim homo qui vincit / et non videtur mor-
tem / videturus tamen erit non ad statum eternum / in quo debebat constituendus
fuisse / sic quod primus status esset perfectus / et hunc ablatus potest ad
statum boni [?] / in hunc habuit homo posse non peccare / non pati / non
mori ut prius / sed auferetur sibi possibilitas ad istorum oppositorum / scilicet ad
peccandum paciendum / et moriendum / et necessitas / quam necessitatem tribuerat / Sed
tamen ibi necessitas ad non peccandum / ad non paciendum / ad non moriendum
/ sic quod homo in primo constitutus habuit posse non peccare / et tamen habuit non
posse peccare / sic de pati sic de mori / Ecce hiis patet a quibus homo cadit
/ et in quibus lapsus est / et ad quod erat constituendus / Huius tamen homo in primo
statu posse ad omnia / ad scienciam pervenire autem primo actu / tamen quam non de-
fecit per negligenciam a suo studio nunquam ad scienciam devenisset / sic erat
habuit posse ad sustinenciam dolorum et penarum / tamen ut Hugo dicit quia
tunc racione humane erat coniuncta divina providencia / racio vigilabat contra

Com

omnem negligenciam / divina providencia contra omnem violenciam / sic quod
homo potuisset evitare omnem dolorem / Ex isto apparet quod omnis penalitas
est pati [?] et illa quam eciam suscepimus voluntarie faciendo de necessitate
virtutem pena peccati est / et si non actualis tamen originalis / Dicit Allexander
in scripto beati statim ipse patitur in pene martirium / deinde sicut / quod si non
precessisset peccatum / scilicet non ordinaretur ad bonum neque per sustinenciam / et cum
dicitur status qui modo est / est nobilior simpliciter loquendo negandum est / simpliciter
enim loquendo melior est status non paciendi quam paciendi / sed lapse nature
melior est status paciendi / sicut vinum loquendo simpliciter melius est
aqua / tamen aqua est melior / sic eciam in statu nature lapse status pa-
ciendi et non paciendi sed secundum ut concedencia et concessa / Illi enim qui pro-
nus ad impacienciam est melior status non paciendi / sed ei qui est pro-
nus ad castitatem [?] melior est ad meritum status paciendi / Sic eciam sta-
tus iniuriarum bonus est quibusdam et non omnibus / quod alios retra-
hit in [?] a contemplacione quam eis nimis impedit / Sed de statu
temptacionis secus est / quod tercio erat in primo statu ad coronam si
in ea homo perstitisset / sic et nunc / sed tunc pugna sola erat temptacio ex-
terior / nunc vero est et interior / et nunc periculosior / Et cum dicitur crucifixus
eciam pro nobis cum pollice crux formatur / et osculatur altare ob reveren-
ciam dominice passionis / Et in hoc articulo de passione quatuor tanguntur
/ Ex parte passionis / primo tangit passionis actum / cum dicit Crucifixus id est
cruci affixus / hoc dicit contra Basilianos / qui Christum passum abnegant
/ et contra Manicheos / qui sic dicunt Christum habuisse corpus fantasticum
/ ita passionem verum non fuisse / Contra quos dicitur in psalmo Foderunt ma-
nus meas / et pedes meos ps. xxi. Et Ysaias Languores nostros ipse tulit
Ysa. liii / Secundo tangit passionis effectum sive illos pro quibus est passus
cum dicit eciam pro nobis / Unde ad Philippenses ii° dicit Christus semel mortuus
est pro peccatis nostris / Et Ysa. liii° Ipse vulneratus est propter iniquitates no-
stras / Tercio describit tempus passionis / cum dicit Sub Poncio Pilato / Crucifixus

cum esset tempore pilati presidis qui dicebatur poncius a ponto insula in
qua exulavit Tradito ponit signum temporis passus et sepultus est
passus addit contra hereticos qui dicebant christum non vere doluisse
nec vere passus fuisset nisi apparenter contra quod ipsa veritas ait
Tristis est anima mea usque ad mortem Math xxvi° Immo oravit ad
patrem Pater si vis transfer calicem a me et factus est sudor eius
sicut gutte sanguinis decurrentis in terram Luce xxii° Et dicit se-
pultus est in quo sepulcro fuit corpus anima sua separata a corpore que
ad inferos descendit sed divinitas erat iuncta ad utrumque quia quod semel dei filius
assumpsit nunquam dimisit Ergo oportet nos credere non solum filii incar-
nacionem sed et passionem quia secundum Gregorium nichil a nobis nasci
profuit nisi redimi profuisset Et in hoc simbolo a sanctis patribus di-
missa est hec clausula mortuus quia nunquam fuit heresis contra sic de
sepultura est dicit ysaias contra oppositum gentes deprecabuntur et sepulcrum eius
erit gloriosum Per hoc quod dicit ipsum gentes deprecabuntur tangit eius divinitas
quia solus deus est adorandus Per hoc quod dicit et erit sepulcrum eius glo-
riosum tangit eius humanitas Et in hebreo dicit Et erit requies eius
gloria quia tunc facta est requies corporis eius gloriosa in sepulcro et re-
quies anime eius gloriosa in inferno et requies utriusque scilicet corporis et anime
in eternum est in celo Requies corporis eius facta est gloriosa in sepul-
cro quia corpus eius in sepulcro non est corruptum iuxta illud psalmi
Quoniam non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum
videre corrupcionem hoc David non potuit de seipso dicere quia ipse vidit
corrupcionem Item facta est requies anime eius gloriosa in inferno
quia solus fuit inter mortuos liber Unde in persona Christi dicitur Vita mea in
inferno appropinquabit estimatus sum cum descendentibus in lacum
factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber Descen-
dit enim sicut homo in infernum sed solus inter mortuos fuit li-
ber, quia mors illum tenere non potuit Requies anime et cor-
poris simul iam est in regno celorum Adeo ex quo per sepulturam
intelligitur corpus esse et quod anima descendit in infernum corpus eius
in sepulcro Ideirco articulus de descensu ad inferos sub isto compre-
hendit Unde Albertus magnus hunc pertractans articulum sic
inquit Deinde similiter quartum articulum dixerunt Crucifixus
est pro nobis sub poncio pilato passus et sepultus est Et hinc
non addiderunt ad explanacionem et expressionem nisi quod dicunt
crucifixus etiam pro nobis quod etiam propter manicheos est additum
qui dixerunt non pro nobis crucifixum esse sed totum fantastice
fuisse actum Quod dicit de eius passione additum etiam est propter sabel-
lianos hereticos qui dixerunt nos in nullo indigere Christo quia etiam nos
filii dei esse possumus si volumus eo quod dixerunt Christum sanctum
et purum hominem fuisse Et ideo synodus posuit pro nobis ut scia-
mus nos nichil posse nisi Christi sanguine Unde Johannes Ego pro
eis sanctifico meipsum hoc est in sanctum sacrificium me offero cum quo redimi

xvii

ar^t. 6 de resurrectione

christum resurrexisse

christus

non potuimus / et quo fuit modus redemptionis per mortem christi summa
sapientia ordinavit et elegit / alia hic dicta in simbolo apostolorum sunt
dicta. Sextus articulus de resurrectione / ubi duo fiunt / primo ponitur
resurrectionis actus / secundo resurrectionis tempus / ibi tercia die / et ergo
dicit et resurrexit ipse scilicet christus / unde de se dicit in psalmo / Ego dormivi
et soporatus sum / et exurrexi / et pater ad filium dicit in psalmo / Exurge
gloria mea / exurge psalterium et cithara / filius videt exurgam
diluculo / Et nota licet multos inveniamus sic Lazarum / filium vidue
et filiam archisinagogi / tamen resurrectio christi ab istis differt / primo ratione
virtuositatis / quia propria virtute resurrexit Joh. x. potestatem habeo ponendi
animam meam / et iterum sumendi eam / alii autem surrexerunt virtute christi vel ad
preces eius / secundo ratione vite et immortalitatis / quia alii surrexerunt
ad vitam mortalem / christus autem ad immortalem / ad Ro. vi^o christus
resurgens ex mortuis iam non moritur / Tercio ratione causalitatis / quia resurrectio
sua est causa nostre resurrectionis / prima ad Cor. xv. / et qui resurgere fecit
et nos resurgere faciet / Quarto ratione [illegible] et perpetuitatis / quia resur-
rectio non differtur usque in finem / ipse autem tercia die resurrexit /
Unde Albertus Magnus tractans hunc articulum sic inquit / Post
hunc sumpserunt predictum articulum / et illum huius verbis declaraverunt
dicentes / et resurrexit tercia die secundum scripturas / et de descensu eius ad
inferos dimiserunt / quia contra illud error nullus fuit / sed erat conten-
cio de resurrectione / quibusdam dicentibus / quod non tercia die christus resurre-
xit / quia non tribus diebus in sepulchro iacuit / parasceue enim in vespere
noctis sepultus non iacuit nisi per sabbatum / et ante lucem dominice
diei resurrexit / et ideo ut hanc determinaret contentionem / dixerunt
quod surrexit tercia die / secundum scripturas / hoc est sic illos tres dies scriptura
docet computare / hic enim ut docet Augustinus per sinodochen partem com-
putat pro toto / ita quod pars parasceues qua sepultus est et mortuus
cum precedenti parte diei / et tota precedente nocte computetur pro una
die naturali / et nox que est inter parasceuen et sabbatum / cum ipso sabbato
pro una die computetur / et vespera sabbati cum nocte sequenti pro una die
dominica computetur / quia sic vespera precedens cum die sequenti ad unam
diem pertinebat / Gen. i. factum est vespere et mane dies unus / Quare
autem artificialibus noctibus duabus / et una die artificiali christus in se-
pulchro iacuit / hanc causam assignat Augustinus quia in christo in quo non sunt
tenebre / dies clara suam claram mortem significavit / quod in nobis
autem qui tenebrosi sumus / due mortes peccati et pene significantur
per duas noctes / quas christus sua lucida morte ad lucem glorie deducit
Ps. nox illuminatio mea in deliciis meis / Michee vii^o cum sedero in
tenebris dominus lux mea est / Augustinus enim dicit hoc esse signum penitentibus
qui a duplici nocte scilicet mortem querant liberari / signum non dabitur
generationi nostre nisi signum Jone prophete / sicut fuit Jonas in ventre
ceti tribus diebus et tribus noctibus / ita erit filius hominis
in corde terre tribus diebus et tribus noctibus / Deinde dicit
et ascendit in celum / iste est articulus septimus de ascensione christi in celum

Ubi ondit[ur] sermo actus virtuosus / quia ascendit in celum sua virtute ita / nemo enim ascendit in celum sua virtute propria nisi filius hominis / qui descendit de celo Johannis iii° / Et actus i / et videntibus illis elevatus est in celum / Ergo ondit[ur] situs gloriosus / cum dicit / Sedet ad dexteram patris / quod non est intelligendum quod pater habeat manum dexteram vel sinistram / quia hec est heresis antropomorfitarum / sed hic per dexteram intelligitur equalitas / sicut dictum est circa expositionem [illegible] articuli in symbolo apostolorum / Nam sicut sinistra in sacra pagina accipitur pro adversis malis / ita dextera pro bonis et prosperis ut sit sensus / Sedet ad dexteram patris / id est in eadem prosperitate qua ipse pater / Contra hunc articulum erravit Celestinus / qui negat Christum secundum carnem sedere ad dexteram patris / sed dicit quod carnem induit et in sole posuit / ad quod male inducit dictum psalmi / In sole posuit tabernaculum suum / Contra quod dicitur Marci ultimo / Dominus quidem Jesus postquam locutus est eis assumptus est in celum et sedet ad dexteram patris / Actuum vii° / Video celos apertos et filium hominis sedentem a dextris virtutis dei / et venientem in nubibus celi / Ebionitis autem magnus de hoc sic inquit / Deinde sumpserat secundum sic dicitur / sic Apostolus dicebat et ascendit in celum sedet ad dexteram patris / et hic cavillas non habebat ne [illegible] explanationem / et proptera [illegible] contra hunc articulum nullam audiebant / Circa predicta autem occurrunt nonnulla dubia / Et primo quare Christus statim post suam resurrectionem non ascendit in celum / Secundo ubi mansit xl diebus ante suam ascensionem / Tertio quare xl diebus stetit et non amplius nec minus / Quarto quare de monte oliveti ascendit / Quinto coram quibus ascendit / Sexto quare ascendit et non nobiscum mansit / Septimo quod commodum aut quis fructus nobis est ex hoc / Octavo quomodo [illegible] / Ad primum est videndum quod Christus postquam resurrexit non statim ascendit / Primo ut per multa argumenta se gloriosum resurrexisse probaret / et ut discipulos suos consolaretur / qui per eius mortem turbati fuerant mansione [illegible] / Unde difficile erat credere resurrectionem / Et quo [illegible] antequam [illegible] resurrexerit gloriosus / quia mortalia peccata [illegible] [illegible] potuerunt subito / et quia Christus videbatur ligari linteaminibus corpus eius et claudi in sepulchro / ideo si statim post resurrectionem ascendisset in celum / discipuli credidissent Judeos furatos fuisse corpus eius / ne ab hostibus colleretur / Sic enim Judei crediderunt discipulos ipsum furatos fuisse / ne per eos ab eis collectus / Matthei xxvii° / Jube ergo custodiri sepulcrum ne forte veniant discipuli eius et furentur eum / et sic tota fides periisset / Ergo quod necessarium fuit Christum suam resurrectionem gloriosam per multa argumenta probare / ne posteri de ea dubitarent / Unde dicit Leo papa / Dubitatum est ab illis ne a nobis dubitaremus / Comprobatum est illis multis argumentis / ut nos firmiter teneremus / Secundo ut matrem de tristicia mortis sue consolaretur / et in discipulis vera fide et amorem generaret / que omnia iam perdiderant / Luce ultimo / Nos sperabamus quia ipse esset redempturus Israel / quasi diceret / sed amplius non speramus / Et tunc apparuit illis secundum intellectum Scripturarum / quia sic oportuit Christum pati / et ita intrare in gloriam suam / Luce ultimo / Tertio ut sicut verus amicus / quia recordatus fuit amicorum tempore exaltationis et prosperitatis sue / Multi enim amicorum prioribus succedentibus prosperitatis obliviscuntur / ut pincerna pharaonis Joseph / Genesis xl / Sed non sic Christus / Psalmus / Adhereat lingua mea faucibus meis / si non meminero tui / Ad secundum

dicendum quod cum resurgerent ex mortuis sanctorum dixit omnes animas ab
origine mundi que erant in limbo sanctorum patrum / ita quod ille locus omnino
vacuus remansit / et sciat cum eis in hoc mundo / sed ubi steterit in tota scri-
ptura non invenitur / nec aliquis sanctorum qui omnia facta et secreta
de hoc aliquid insinuat / nec Augustinus nec aliquis doctor de hoc aliquid
determinat / et valde contraria ...ter studium / primo ad ostendendum quod
anima et corpus gloriosum non determinantur ad aliquem locum / nec a loco
aliquid accipiunt / sed sunt preter super omnia loca et locata / et quibus volunt
ostendunt se / et quibus nolunt non ostendunt se / et similiter quando volunt ostendunt
se / secundum glosam ut non / vij et apparens apostolus / non ostendebat corpus suum
gloriosum / quia oculi mortales non possent illud ferre videre / ut dicit Augustinus
/ Unde corpus gloriosum et anima existens in igne nichil patitur ab igne
quod autem anima patiatur ab igne inferni / hoc non est nisi inquantum ille ignis
est instrumentum divine iusticie / sicut primus ubaldus suspendit comitem
ut minister regis / Secundo ad ostendendum quod beatitudo non consistit in
aliquo loco / sed solum in visione dei / unde beata anima existens in inferno et
ubicumque semper est in gloria eterna / Luce xxiij hodie mecum eris in paradiso / et tamen
illo die anima illius latronis ivit ad infernum etc. / Unde doctores di-
cunt / quod angeli qui nobiscum morantur semper sunt in gloria dei / Mt xviij / An-
geli eorum semper vident faciem patris mei / qui in celis est / et sicut sol lucens
in mundo omnes tenebras fugat / et omne aliud lumen obfuscat / sic deus
existens in anima glorificata in qua cognitione consistit gaudium glorie omnem penam
a corpore excludit et redundancia anime in corpus / et omnem aliam dele-
ctacionem respuere facit / Augustinus Constituto spiritu despicit omnes ... / et quod
celum empireum dicatur locus beatorum hoc non est de esse glorie / sed de bene
esse / et quia in eo deus ostendit gloriam / Tercio ad ostendendum quod nullus lo-
cus / nec aliqua res de istis inferioribus est condigna anime et corpori glorifi-
cato immo ipsa excedit omnia inferiora / hic cadit exemplum de sarracenis / qui va-
dunt ~~mecham~~ ad videndum ossa / ~~machometi~~ / et cum fecerunt sibi oculos / qui
vident ossa eius / dicentes / quod indignum est quod ille oculus aliquid aliud vi-
deat / Unde de quodam legitur / quod videns beatam virginem sibi apparentem eruit
sibi oculum quo eam vidit / et dicebat quod libenter erueret sibi aliud si
eam non videret tantam delectacionem sensit / Quarto ad ostendendum quod ipse
erit verus deus qui est ubique / et non magis in uno loco quam in alio etc.

Ad tercium dubium dicendum / quod hoc fecit propter quatuor / primo ad ostendendum quod
postquam homo resurgerit a morte peccati que vocatur resurrectio prima iuxta
illud Apocalipsis xx / Beatus qui habet partem in resurrectione prima / quod fit per veram
contricionem / et confessionem / non statim ascendit in celum / nisi per xl
dies .i. per plenam satisfactionem et completam penitentiam / que per quadra-
genarium numerum designatur / satisfactio enim est per censuram penitencie / hoc figuratum
fuit in Elia qui postquam dormivit sub iunipero / ambulavit xl diebus
~~Apostolus~~ / Secundo ad ostendendum quod consolaciones quas deus dat servis
suis comparant ad tribulaciones / quas permittit eis evenire sicut annus
ad diem / et dies ad horam / unde in vita ista / quia xl diebus apparuit xl horis
in desolacione in morte et / tanto enim iacuit mortuus voluit eos xl die-
bus consolari sua presencia et locutione etc. / Centuplum accipietis / Tercio
ad ostendendum quod sicut deus xl diebus pluit aquam tribulacionis et vindicte

27

Fast xxij

113°

in diluvio / quod totum mundum submersit / Itaque Christus e contrario pluit xl diebus
aquas gratiarum et inde omnibus pollentibus tempore / et in tanta copia
quod tunc effudit aquas / Johannis 3° / Non dat deus spiritum ad mensuram
Ps. Misericordia domini plena est terra / Et sunt post iste gratie / que redundaverunt
usque ad nos / et ad omnes ~~[illegible]~~ postea redundabunt / quia
omnes gratias quas fecit apostolis / qui tunc aderant / in eis fecit nobis / Johannis
xvii / Non rogo pro eis tantum sed pro hiis qui credituri sunt per verbum eorum
Et ibidem c. 1° / De plenitudine eius nos omnes accepimus / Nos enim su-
mus filii apostolorum / patres filiis thezaurizant / ut dicitur 2 Cor. xii
Quinto ad ostendendum quod in operibus resurrectio(nis) [illegible] mortem et corporalem
et spiritualem / et ideo triduum sepulture sufficit ad probandum mortem / et
quadragenarium ad probandum resurrectionem / Ad vitam enim multa requiruntur
ad mortem autem unum sufficit / Taliter ad vitam spiritualem multa valde requiruntur
scilicet omnes virtutes / septem dona spiritus sancti / sacramenta ecclesie / Ad mortem
autem solum unum sufficit / Jacobi 2° / Si quis totam legem observaverit
offenderit autem in uno / factus est omnium reus / Ad quartum videlicet quare
de monte oliveti ascendit qui distat a Jerusalem per mille passus / Circa quod notandum
quod Christus ascensurus in celum / hoc fecit ad instructionem [illegible] come-
dit / ascensurus est civitatem / ascendit montem / et benedixit discipulis / Hec
[illegible] ascensuri celum in monte debent facere / Primo quod corpus
[illegible] sanctum [illegible] ut in vero [illegible] sumitur ho(stia) et
crescere et manducare / Qui enim autem indigne manducat et bibit / iudicium sibi man-
ducat et bibit / 1 Cor. xi° / Iste notus viaticum appellatur / quia nos ducit
ad vitam eternam / Hoc figuratum fuit in Elia qui debebat ire ad mon-
tem dei Oreb / cui angelus dei attulit subcinericium panem / qui
corpus Christi designat / Historia habetur in Reg. 19 / In cuius virtute Elias
ambulavit usque ad montem dei Oreb / Secundo debent exire civitatem id est mun-
dana et carnalia funditus deserere / et desiderium eorum totaliter ab eis
avellere / et solum spiritualibus insistere / Genesis xii / Egredere de terra tua et
de cognatione tua / et de domo patris tui / Et Hugo de prato adducit quendam
exemplum de quodam milite / qui ita amare flevit in morte / quia tot bona
relinquebat / quia postea apparuit dicens se fore dampnatum / Tertio debent
ascendere montem fide et spe per contemplationem / quia debent credere et spe-
rare illam vitam eternam / De qua dicitur Job 8 / Filii sanctorum sumus et illam
eternam vitam expectamus / Quarto debent visus celum oculos mentis eorum dirige-
re sicut ad locum eorum eternum / sicut fecit beatus Martinus / qui prope mortem
dicit / Sinite me celum videre / ut spiritus dirigatur ad dominum / Et beatus Gregorius
ante obitum septem dies septem psalmos penitentiales scriptos fecit in parie-
tem ante oculos figi / et mandat ut nullus ingrederetur ad eum / ut totus esset
ad celestia intentus / Quinto debent omnibus benedicere id est omnibus offensis
parcere / et bonam voluntatem ad ipsos habere / sicut Christus fecit illud / Ergo dominus
pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt / et beatus Stephanus / Alii enim dicunt domine
tu suscipe spiritum meum / et ne statuas illis hoc peccatum / Sed dicit quare magis
de monte oliveti ascendit in celum quam de alio monte / Ad hoc dicitur quod hoc fecit
propter significationem / Mons enim oliveti duo significat sine quibus homo non potest celum ascendere
et retinere que est celum ascendit / Igitur mons significat altitudinem fidei / Secundo mons
oliveti significat opera misericordie / que oleum designat / Sine istis nullus potest celum ascendere

requirunt ad

Nota quare Christus ascendit de monte / et fecit quod [illegible] fidelis volens post primum ascendere debet ipse facere

duobus

q[uia] sine fide impossibile est placere deo / ad hebre xi° Et q[uar]to p[ro]p[ter] h[omi]n[um] intro-
ductionem ipsi nunc conspiciet / Quarto in generali iudicio solum de operibus mi[sericordi]e
fiet disceptacio / et pro operibus alii salvabuntur / et alii dampnabuntur / Thimothei iiii
pietas ad omnia utilis est / Quinto p[ro]p[ter] aliorum exclusionem quia virgines fatue
sunt a regno celorum exclusae / ut patet mat. xxv. Quod autem dicit / quod ascendit
presentibus eis discipulis et aliis hominibus / et specialiter virgine maria / et aliis mulieri-
bus que fuerant cum eo secute a galilea / et verisimile est quod non solum iam
dicti fuerint presentes in monte oliveti / sed et multi alii qui discipuli occulti
propter metum iudeorum / ut Nicodemus Gamaliel Joseph ab arimathia
/ et consimiles venerunt in processione cum apostolis aut alio modo ad montem oli-
veti / ut viderent christum dominum suum corporaliter ascendentem in celum. Dicit
enim magister scolastice historie / quod facto prandio in die ascensionis congregavit
se ... in monte syon cum discipulis / et exierunt cum processione in mon-
tem oliveti. Quod sextum dicendum quod ascendit cum omnibus animabus sanctorum
patrum quas eduxit de limbo / ad ephe iiii ascendens in altum capti-
vam duxit captivitatem / et omnes qui sunt mortui in purgatorio a resurre-
ctione christi usque ad ascensionem eius et sunt in magna liberatione et iubilatione
/ Et hoc voluit psalmista cum dixit ascendit deus in iubilatione / et apostolus captivam
duxit captivitatem id est illos qui fuerant captivi in limbo inferni. Quod septimo
dicendum quod ascendit potenter / patenter / gaudenter / et elevatis manibus bene-
dixit suos / ut muniret eos contra inimicos / et nubes suscepit eum
ab oculis eorum / Ascendit potenter scilicet virtute propria id est merito sue actionis / ad
philippenses ii° humiliavit semetipsum / et sequitur propter quod et deus exaltavit illum et
dedit illi nomen quod est super omne nomen etc. Et ysaias lxiii Iste formosus in stola sua
gradiens in multitudine virtutis sue. Ex quo elicio quod et nos demum ascendemus
in celum merito operum nostrorum gratia dei informatorum / sed aliqui volunt
ascendere solum in virtute aliorum qui in vita sunt nil boni operantes / sed
in morte solum disponunt elemosinas dandas pro pauperibus / et rogant
recommendari orationibus et missis / sed forte de talibus verificatur illud
mat. xxv Ne forte non sufficiat nobis et vobis sed ite potius etc. Unde dicitur in
quodam proverbio Tarde saturatur qui alienis ~~pabulis~~ per manibus
pabulatur. Sed aliqui nituntur cum lucifero ascendere qui deiectus est
ysaie xiiii et apoc° eodem capitulo. Ascendit ~~patenter~~ cum magna victo-
ria / nempe ipse vicit mundum / religavit dyabolum / spoliavit infer-
num / cruciavit peccatum / despexit mortem / contempsit honores / di-
spersit divicias / suffocavit delicias / reparavit naturam / reddidit vitam
/ calcavit mare / ascendit pacem / aperuit celum / et reparavit paradi-
sum / et breviter omnia fecit. Dicit apocalypsis v vicit leo de tribu iuda
/ et cetera deprompsit / reddit cum victoria capta ducens spolia / tuba iu-
bilante etc. Et nos demum vincere dyabolum carnem / et mundum si vo-
lumus ad eo celum ascendere apoc ii vincenti dabo edere de ligno
vite / ii thi ii° Nemo coronabitur nisi qui legitime certaverit. Sed proch
dolor omnia nos vincunt / et divicie / et delicie / et honores / et vita
/ et mors / et dyabolus / et peccatum / immo una levis temptacio ... exem-
plum Constantinus. Unde patet si temporibus dominari et nobis ipsis do-
minari non possumus / certum est quod celum non possumus ascendere
nec paradisum optinere / regnum celorum vim patitur / et violenti

ii thi 4

luce 15

manum illud capitulo xi Ascendit patenter quod dicitur act. i videntibus
illis elevatus est. Ascendit cum magno triumpho et gaudio. Unde
ad primum preallegatum. Ascendit deus in iubilacione. Nec ipse solus
gaudebat, sed et ipsi omnes qui sunt patres sancti et angeli et omnes
anime que ab eo de limbo liberate fuerunt. Secundo patris preparatio patre
charissimi secundo ... sancti iohannis baptiste ut dictum est in secundo
dubio. Sed dices quare voluit tanto iubilo et honore in sua gloria
ascensione ostendi. Ad hoc videtur ut suos milites animaret ad fortiter
dimicandum contra hostes et ad vincendum eos. Sciendo honorabiles esse
dedo ... luce xxii Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo
hester vi Sic honorabitur quemcumque voluerit rex honorare. Sicut legitur in
historiis romanorum quod quando redibat cum plena victoria romanorum imperator
et senatores exibant ei obviam et ponebant eum in curru aureo et faciebant
hac ei ... triumphalem ... victorie datorem ut alii ad victoriam ani-
marentur. Ita pro suo merito deus pater fecit quod cum ei omnes angeli
obviarent et posuit eum in nube candida tanquam in curru aureo
et cum magno triumpho deduxit ad celum et ad suam dexteram col-
locavit. Propter hoc ut nos ad victoriam animaret. Ad octavum scilicet

8

quare non mansit nobiscum. Dicendum propter duas causas. Primo ut
homines ulterius spiritualiter ... et non carnaliter quia vita spiritualis inci-
piebat. act. i Vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos
dies. Sed si ipse hic remansisset nobiscum carnaliter ipsum diligeremus
sicut et apostoli eum in presentia diligebant. Propter quod dicit apostolis iohannis
xvi Expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero paraclitus non veniet
ad vos. idest si presentiam corporalem ab oculis vestris non subtraxero
ad noticiam dei vos per invisibilem spiritum sanctum non perducam. Ut dicit
Gregorius. Quod est necessarium ad salutem. ii Cor. v Et si novimus christum
secundum carnem, sed nunc iam non novimus. Secundo ut magis homines
affirmarentur in fide propter maiorem cognitionem quam spiritus sanctus
attulit et per quam perfectius ... Certior enim est cognitio intellectus quam
spiritus sanctus attulit quam sensus quam christus in presentia dabat. Et ideo omnes
homines ... fidem habuerunt de trinitate et unitate dei et de humanitate
et de divinitate christi et de omnibus de quibus est fides. Quia usque ad illud tempus
non crederent nisi aliquem maiorem dei ut ... Et quia fides facit nos
operari bona. Iuxta illud psalmi Credidi propter quod locutus sum. Ideo ne-
cessarium fuit christum abire ut opera maiora faceremus. Iohannis xiiii qui credit
in me opera que ego facio et ipse faciet maiora horum. Tertio ut sublevaremur
levaremur in spe et tota mentis intentione tenderemus in celum ubi
ex quo ... caro nostra qui est totum bonum nostrum et in quo totum
desiderium nostrum ... debet ad celum ivit. Et denuo ... ad viden-
dum eum et denuo firmiter sperare quod mittet pro nobis. Johannis xiiii Et
si abiero et preparavero vobis locum iterum veniam et assumam vos ad
meipsum ut ubi ego sum et vos sitis. Nono ut naturam humanam per peccatum
depressam super omnes exaltaret. Ipse exaltatus super celos deus. Ideo hanc exalta-
tionem cognovit angelus quia a beato iohanne recusavit adorari quoniam
tamen ab hominibus sustinebat ut in multis locis veteris testamenti. Apoc.
Ego cecidi ... sum ut adorarem ante pedes angeli qui michi hec ostendebat et dixit

in vide ne feceris / conservus tuus sum ego et frater tuus / hanc dignitatem
non cognoscit peccator / qui pro uno denario submittit se dyabolo / sed esau
pro uno ferculo vendidit honorem primogeniture iacob / ut dicitur hebre. xij
et Gen. 27 / Quinto ut in curia celi ubi / omnia facta nostra examinantur
et iudicantur advocatum habeamus / valde enim possumus esse securi quod nulla
iniusticia fiet nobis / immo omne gaudium cum tantum advocatum ibi habeamus sic
pium iustum et sanctum unde prima Joh. 2 advocatum habemus apud patrem
Ihesum christum nostrum. Bernardus. Securum habes accessum o homo / ubi habes
matrem ante filium et filium ante patrem / mater ostendit filio pectus
et ubera / filius autem patri latus et vulnera / nulla ergo poterit ibi esse re-
pulsa / ubi tot caritatis concurrunt insignia / Adeamus ergo cum fidu-
cia tronum glorie eius / ut misericordiam consequamur et gratiam inveniamus in au-
xilio oportuno. Sexto ut gratiis et donis maximis nos ditaret
Ephe. iiij° ascendens in altum captivam duxit captivitatem etc. / Sicud sic
rex vincens hostes cum intrat possessionem regni / magna donaria
dat militibus / sic et christus intrans regnum celi fecit / nam statim misit spi-
ritum sanctum in quo omnia donantur. Ro. 8° / quomodo non etiam cum illo omnia
nobis donavit. Bernardus. De plenitudine eius accepimus universi / eger cura-
cionem / captivus redempcionem / peccator veniam / iustus graciam
Septimo ut maiestate sua angelos in celo beatificaret / qui sua presencia
homines in mundo beatificaverat et vivificaverat. Sic a patribus / in quem desi-
derant angeli prospicere. Johis xvij hec est vita eterna ut cognoscant te etc.
Notandum quod christus ascendit in celum sive corporaliter / tam ex parte christi quam ex parte
nostra / Ex parte christi ut ea que fecit propter nostram salutem / hoc primo nobis vitam
perpetuam / ipse dicit Joh. xiiij vado parare vobis locum / ut ubi ego sum et
vos sitis. Secundo ideo ut reciperet nobis ius possidendi regnum celeste / et sic
ascensio est causa nostre ascensionis inchoative / non per modum meriti sed
per modum [illegible] / ut eius passio / sed ut causa exemplaris / quia cum etiam
sit caput nostrum et ascendit in celum / et ergo nos convenit / alias membra
manerent sine capite / et caput sine membris / alia gratuitatis ascensus est que
est ex parte nostra [illegible] forma propter fidei augmentum Johis xx Beati qui
non viderunt et crediderunt / Secundo propter spei nostre sublevacionem / unde Augustinus
[illegible] si abiero et separavero [illegible] ad maiorem [illegible] Tercio
ad erigendum caritatis affectum in celestia Matth. vi ubi est thezaurus tuus ibi
et cor tuum. Colloss. iii que sursum sunt sapite non que super terram / Quar-
to ut augeatur reverencia ad christum dum non iam existimamus eum sicut homi-
nem terrenum sed sicut deum celestem. ij Cor. v Si cognovimus secundum carnem christum
scilicet quando ipsum tamen hominem putavimus mortalem / sed nunc iam non novimus
unde christus secundum naturam divinam dicitur de celo descendisse / non quod celum deseruit
sed quod naturam humanam assumpsit in unitatem persone / ac per hoc deus dicitur se exina-
nivisse / nichil tamen honoris aut sue perfeccionis perdidit amisit / quod divina natura per
incarnacionem non est diminuta / sed humana natura est valde exaltata / Secundum vero naturam
divinam dicitur christus ascendisse / et primum secundum designat causam effectivam ascensionis
non prout secundum dicit condicionem ascendentis / quia sic ascendere est locum mutare et
moveri / et sic non convenit divine nature sed humane et creature non creatori
Ascendit super omnes celos loco et dignitate iuxta illud ad Ephe. iiij° ascendit
super omnes celos ut adimpleret omnia. i. loco et dignitate / circumscribit(?) cum cor

pus et sua deitate / sicut unitatum est deitati / non solum omnem crea-
turam corporalem / sed etiam omnem creaturam spiritualem / preter animam suam
cum sit adeo unita deitati a loco nobilissimo et altissimo ius / et ita apostolus
dicit Ephe. j in omne ascensos qui fecit omnia / super omnia . sua virtute ser-
vatam / Et dico notanter quod corpus est sicut est unitum deitati sic sua divi-
tate excedit omnem aliam a se creaturam preter animam eius / Ideo adorari ado-
racione latrie / una adoracione cum deitate / Corpus vero est consideratum
in se secundum condiciones sue nature corporee / sic est infra spirituales creaturas
Juxta illud Hebr. Minuisti eum paulominus ab angelis / Ideo sic non est
ultra creaturas spirituales / ut sic dignificatum / nec est adoracione latrie
ut sic adorandum prout patet per magistrum in 3o sententiarum dist. 10. Tercio ad
ultimum scilicet de loci eminencia ad quam est ascendit / et quibus gradibus ascen-
nobis proveniret / est sciendum / quod decem sunt celi secundum bedam. In prima parte sue
summe q. [illegible] celo [illegible] Primum ascendendo est celum lune / secundum est mer-
curij / tercium est veneris / quartum solis / quintum martis / sextum jovis
/ septimum saturni / octavum est celum sidereum seu stellatum / Nonum
est celum cristallinum seu aqueum / Decimum est celum empireum / quod
mox quando fuit creatum fuit sanctis angelis repletum ut dicit beda / et secundum
basilium hoc celum est super alios omnes celos corporales / et dicitur celum celorum
/ et in eo est habitacio angelorum sanctorum / et animarum beatarum / et erit etiam
omnium corporum glorificatorum / In hoc celum empireum [illegible] glori-
[illegible] / In ipso beata virgo assumpta est et super omnes choros angelorum exaltata
/ et ultra patet sacratissimum virginem / et ascendit iuxta eo Ephesi. p°
constituens illum super omnem principatum / et potestatem / et super omne nomen
quod nominatur / sive in hoc seculo / sive in futuro / nec est putandum / quod corpus
in aliquo celorum predictorum corporum / citra empireum moratus sit
per diem / aut etiam per horam unam / sicut aliqui erronee senserunt / dicentes
eum in quolibet eorum per unum diem mansisse / et in die penthecostes
primo ad dexteram patris pervenisse / in celum empireum / et tunc inde mi-
sisse spiritum sanctum / Probabile est etiam hoc credere / de homine puro glorificato
ut patet ex premissis / et corpus glorificatum mox ibi / ubi spiritus vult est / et
ad hoc magis probabile est hoc de christo credere / Est ulterius sciendum secundum sanctum tho.
ubi supra / quod celum in scriptura quandoque sumitur methaphorice / sic ipsa sancta
trinitas / quandoque dicitur celum / propter eius spiritualem sublimitatem et lucem
de quo celo intelligitur dyabolus dixisse Ysaie xiiij ascendam in celum
i. ad equalitatem dei / et ero similis altissimo / In hoc celo sunt solum
tres persone scilicet pater / et filius / et spiritus sanctus / qui soli sunt omnino
primi / et perfecte equales / omnia autem creata sive corporea / sive spiritua-
lia sunt infra celum empireum / aliquando celi dicuntur spiritualia bona
in quibus est sanctorum remuneracio / propter eorum eminenciam Math. v mer-
ces vestra multa est in celo / ut augustinus exponit / Triplex tamen genus super-
naturalium visionum scilicet corporalis / ymaginarie / et intellectualis / tres
celi nominantur / De quibus exponit augustinus quod paulus est raptus usque
ad tercium celum ij Cor. xij primo modo moyses vidit deum exo.
xxxiij / Secundo modo ysaias propheta vidit deum / vidi dominum super solium
excelsum et elevatum etc. / Tercio paulus vidit deum / per essenciam

x [illegible] celi [illegible]

clare et nude non per aliquam similitudinem sicut qui sunt in raptu / Nota celum empireum dicitur igneum / non ab ardore / sed a splendore / quia est luciditatis perfecte uniforme et immobile / et continet omnia creata alia a se / quia est celum ultimum / nec ultra ipsum est aliquod creatum / sed creator omnium est intra ipsum non inclusus / sed supra et infra ipsum non exclusus / creata vero sunt intra ipsum secundum quod sub et supra sit nata et ordinata / nam infra ipsum est immediate celum cristallinum / et post hoc alii celi / et quatuor elementa / et cetera in isto modo inferiora inferioribus

Sed dictum celum empireum intra se / et celum cristallinum sunt magna amplitudinis / Unde Bonaventura super secundo libro sententiarum dist. ii dicit / Christus sedet in celo empireo / secundum humanitatem a dextris dei omnipotentis id est in potioribus bonis / quia excessit tam angelos quam homines / loco / et dignitate / postea ipsum credimus beatam virginem existere super omnes alios / deinde cetera ordinata secundum dignitatem meritorum / Huiusmodi autem imaginatio faciliter potest fieri / Si quis imaginatur aves in aere secundum ordinem / et pisces in aqua / sic in empireo celo / corpora collocati sunt intelligenda / quia corpus illud celeste / multo sublimius de altitudine / sic et alii celi / Unde non debet quis imaginari / quod ibi sint beati / sicut in solario / prout tamen intelligendum est / quod unus sit directe super caput alterius / quod sit sicut est mons magnus et rotundus in cuius altitudine sancti animi et ceteri / et alii circum circa / sic potest aliquis imaginari / qui nescit melius dispositionem beatorum in celo empireo / preter tamen potest aliquis aliter imaginari / quia pertinet ad cognoscendum dispositionem / pro cuius modo propter quod est pro dicto dispositio celestis curie et sanctorum eius / magis est desideranda / quam in imaginatione describenda / hec bona vera / Nota in prefato celo empireo astra sunt angeli / secundum Job xxxviii ubi dicitur cum me laudarent astra matutina / et astra possunt dici homines beati / iuxta illud i Cor. xv quia stella differt a stella in claritate / Matth. xiii justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum / Super omnia celum illud illuminat a sole iustitie scilicet domino deo / Unde Apoc. xxi de hoc celo quod ibi nominatur civitas Jerusalem sancta dicitur sic / Civitas illa non eget sole neque luna / ut luceant in ea / nam claritas dei illuminat eam / et lucerna eius est agnus / et ambulabunt gentes in lumine eius / et reges terre afferant gloriam suam et honorem in illam / neque illic nox erit et cetera / multa gloriosa dicta sunt ibidem / et alibi de civitate dei ubi erit magna securitas Ysa. xxxii Sedebit populus in pulchritudine pacis / et Ysa. lx dicit / Non erit tibi sol ad lucendum amplius / quia dominus erit tibi in lucem sempiternam / ubi est tanti boni copia / quod hic exprimere non solum non valet eloquentia aliqua / sed nec comprehendit meditatio humana / pro dicto dicitur Ysa. lxiiii et i Cor. ii Oculus non vidit nec auris audivit / nec in cor hominis ascendit deus absque te / que preparasti diligentibus te / Sunt tamen speciali ibi maxime delectabilia / et desiderabilia / Pro amicitia supernorum civium voluptas omnium delectabilium / et gaudium ineffabiliter magnum / Amicicia mutua ibi in sanctorum consortio erit tam delectabilis / tanta et tam iocunda / ut unusquisque tamen quemlibet alium amat / quantum amat

3ª ratio patet ex malo

seipsum / et hec efficit unio caritatis cum Christo domino / quia plus unus-
quisque quam seipsum ibi diligit / qui principaliter et amplius eum quam quicquid pre-
ter / et ideo ille qui intrat et cognoscit alium plus in bonis quam se
abundare non desiderat tamen habere / quantum scilicet ille qui eum excedit / quia eo
quo deum plus quam se diligit / vult illum plus habere / et illum se excede-
re sicut deus ei dedit / Tercium est voluptas in sanctis deliciis que ibi est /
non potest ullis verbis aut similitudinibus explicari / De qua balbuciendo in
psalmo inebriabuntur ab ubertate domus / et torrente voluptatis tue po-
tabis eos / Ubi enim in bonis repletur desiderium / et saciatur ineffabili de-
lectatione singulos sensus hominis membra replebuntur mirabili dulcedine et
delectatione / Ysaias lx° tunc videbis et affluens / et mirabitur et dilatabitur
cor tuum / Quartum est autem scilicet gaudium / quod est et enim delectatio de
bono / et in summo bono / et omnium electorum / et bonis / quis enarrabit
De quo Ysaias li gaudium et leticia invenietur in ea gratiarum actio et
vox laudis / Unde concludimus in fine libri prosologion inter alia
multa dicit / cogita quam delectabile sit et iocundum quidem inde et eter-
naliter fore hoc bonum / quod continet iocunditatem omnium bonorum non talem
delectationem vel iocunditatem qualem videmus in rebus creatis / sed tantum
differentem quantum differt creator a creatura est homo / ibi habiturus erit
omnium tamen gaudium / quod vere / aut non possit ipse homo capere ipsum / et
quilibet ibi sanctorum unumquemque diliget sicut seipsum / de cuiuslibet gaudio et bono tan-
tum gaudebit quantum de suo / et sic tantum eius gaudium duplicabitur
quot ibi sunt beati / saltem extensive / si non intensive / Pende ergo et
cogita si potes quam magnum sit gaudium / quod de quolibet sanctorum explicatur ubi
sunt sancti nobis sunt innumerabiles iuxta illud Apocalypsis vii° capitulo hic vidi tur-
bam magnam quam nemo dinumerare poterat stantes ante thronum
dei [illegible] Secundo tetigi [illegible] dicta de bono illius celi empyrei / Scilicet quantum
est hic / quibus enim potest magnum mare in parvo vasculo concludere / Postremo
est sciendum / quod in eodem celo empireo / sunt distinctiones mansionum / et
distinctiones premiorum / iuxta illud Johannis xiiii° In domo patris mei mansio-
nes multe sunt / Ubi etiam angeli sunt in novem choris quorum alii quosdam
misterium incarnationis latuit / dixerunt / quando Christus ascendit / Quis est iste
qui ascendit de Edom / tinctis vestibus de Bosra / Et illud Quis est iste
rex glorie / quibus alii quibus notum fuit dixerunt / dominus virtutum ipse est rex
glorie / Quod autem aliquos angelos latuit / videtur Apostolus ad Ephe-
sios iii° ostendere dicens / Que sit dispensacio sacramenti / absconditi a
seculis in deo / ut innotescat / multiformis sapientia dei per ecclesiam
principatibus et potestatibus in celestibus / Glosa ibidem / Que sit distinctio
sacramenti id est incarnationis / absconditi a seculis id est ab omnibus seculi
creaturis in deo id est in sciencia dei / ut innotescat multiformis sapiencia
dei de redemptione hominis / per ecclesiam id est per apostolos / et alios predica-
tores ecclesie / principatibus et potestatibus in celestibus id est diversis ordinibus
angelorum in celo / Tercium patet de cognitione vestis lacius scire / respi-
ciat distinctionem xl secundi libri sentenciarum / et ibi doctores / ubi bona-

dub. questio an^o cog.

Scientia dicitur quod in angelis duplex est cognicio / quedam insunt eis a natura
/ quedam a gracia / et quelibet earum est duplex / illa que est a natura / alia dicitur natu-
ralis insita / ut cognicio eorum / que sunt de prima mundi institutione / et quantum
ad hanc angeli non proficiunt in cognicione / quia a principio habuerunt species
omnium / sibi concreatas / alia cognicio dicitur a natura que insunt eis per naturalem
potenciam / sive sit innata / sive aquisita / et quantum ad hanc profecerunt an-
geli secundum processum temporis per multiplicem experienciam et conuisionem super
hiis que de novo fiunt / Similiter cognicio eorum que est a gracia est duplex
nam alia est a gracia fixa / alia a gracia influente / gracia fixa / dicitur
gracia confirmacionis / et cognicio procedens ab hac gracia est visio esse-
ncie divine / secundum quam videt deum nude et aperte / et in illa non proficiunt
nec eciam deficiunt / Cognicio vero que est a gracia influente est cognicio reve-
lacionis / que ideo dicitur influens / quia non semper revelat deus misteria / sed
pro tempore et loco / et secundum hanc profecerunt / non quod apertius videt / verbum eternum
/ sed quod revelacio aliqua facta eis de libro / ut puta misterium incarnacio-
nis etc. / Deus est exemplar / et racio omnium cognoscibilium / si ergo angeli
cognoscunt illud nude exemplar / videtur quod in eo omnia cognoscibilia
videant et cognoscant / Videtur quod videndo deum videt omnia que ad eorum
pertinet beatitudinem / nec oportet quod in deo qui exemplar est / et speculum in quo
omnia relucent / omnia videat / et hoc ideo / quia deus est speculum volunta-
rium / ostendens inspicienti tantum quantum sibi placet / ideo quantumcumque ipsum ali-
quis inspiciat / non plus videt quam dominus deus sibi ostendere / seu revelare
dignatur / Utrum autem angeli proficiunt in merito sicut proficiunt in cognicio-
ne / Videtur quod aliquo modo sic / et de hoc vide ubi supra / Circa ad terciam partem principa-
lem scilicet de glorie excellencia dicitur Christus sedet ad dexteram dei omnipoten-
tis / quia scilicet habet cum patre gloriam divinitatis / beatitudinem et iudiciariam
potestatem / Nam secundum secundum Thomam pte iii q. lviii ar. ii / per dexteram secundum
Johannem Damascenum intelligitur gloria divinitatis / secundum Augustinum beatitudo
patris / et iudiciaria potestas / Dicendum ergo regiam et iudiciariam potestatem designat
seu dignitatem / Christus ergo secundum naturam divinam / habet cum patre predicta
omnia equaliter in eadem maiestate / et tunc hec proposicio ad importat
solum distinctionem personalem / et originis ordinem / non autem gradum nec
dignitatis / quia nullus gradus est in divinis personis / scilicet quod una persona
esset dignior alia / quia omnes sunt per omnia equales / et omnino eque perfecte atque
digne / Christus vero / secundum naturam humanam / et secundum quod homo dicitur sedere ad dex-
teram patris i. in pocioribus bonis / pre omnibus aliis bonis inquantum quod ipsa na-
tura humana in Christo est beatior / omnibus creaturis aliis a se / et super illas
regiam et iudiciariam potestatem / hunc dum tamen Stephanus vidit stare
a dextris dei / tamquam paratum in adiutorium suum / Sed Marcus asserit ipsum
sedere dicit speciale / Nota quod quiescere primo ad designandum quod nullus secundum defectum
omnis enim motus fit ad aliquid acquirendum / sed eius appetitus non solum
quietatus et saciatus / sed secundum sua perfectione et abundancia singulis aliis lar-
giri dona / Nam Christus unus ascendit super omnes ut adimpleret omnia gloria
donis / Secundo sedet quod est index assistens vivorum atque mortuorum / Tercio
sedet quod iudicis est examinare / et diiudicare opera iudicandorum / et hoc sedendo

Ex 3°

3^a p^a l.c.

solet fieri ad hoc designandum dicitur sedere. Tercio ad designandum
quietem post magnum laborem, quem per totam vitam suam hic susti-
nuit. Ipse pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea exal-
tatus. Quarto ad designandum stabilitatem sue felicitatis. Quinto
ad designandum reverenciam honoris, quam tota celestis curia sibi exhi-
bet, propter quod in Apocalypsi legitur omnes sancti stare ante thronum agni
et submittere coronas cum laudare die ac nocte sine cessatione. Non est
tamen putandum quod pater in divinis, aut deitas habeat membra corporis, ma-
num dexteram aut sinistram, supinum aut pedes, aut aliquam hominis seu
angelice create figuram. Nam qui hoc credit, in heresim antropoformitarum
qui deum ad ymaginem hominis figurabant. Tales enim sic credentes commu-
tant cum philosophis gentilibus gloriam incorruptibilis dei in ymaginem cor-
ruptibilis hominis Ro. i. Et hoc sufficit dictum est in simbolo apostolorum
quod christus in celum non ascendit contra cerinthum, qui tamen unam in christo
posuit naturam. Secundo contra eos qui dicunt unam in christo naturam esse corru-
ptam scilicet humanam. Tercio contra eos qui dicunt christum non esse deum sed
de quo ascendit cum natura divina, patet eum esse verum deum. Et iam
alius subditur sic articulus. Et iterum venturus est. Ubi ponit quin-
que. Primo adventum cum dicit venturus est. Secundo modum ibi cum gloria
Luce xxi Tunc videbunt filium hominis cum potestate magna in maiestate.
Tercio actum cum dicit iudicare per iusticiam et iudicium. Spacio sedis
eius. Quinto obiectum quod vivos et mortuos. De hiis dicitur Act. i. Viri
galilei quid statis aspicientes in celum, hic ihesus qui assumptus est a vo-
bis in celum sic veniet quemadmodum vidistis eum. Et ecia ... iusti-
cie reddit ... omni qui [illegible] modo venisset. Sicut enim primus adventus
in carnem fuit cum humilitate, ita secundus adventus eius scilicet ad iudicium erit
cum gloria et maiestate. Et licet iudicet auctoritate divinitatis, tamen iudicabit in
humanitate in qua iudicatus est. Et quod iniuste iudicatus fuit, ideo iuste
iudicabit vivos et mortuos. Per vivos intelliguntur boni ad regna celo-
rum pergentes, per mortuos intelliguntur illi qui in peccato mortali sic penitus
defuncti sunt. Quinto tangit iudicis statum cum dicit cuius regni non
erit finis. Unde Danielis vii Potestas eius potestas eterna, et regnum
que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur. Et illud dicitur
contra luciferianos hereticos qui dicunt quod post iudicium filius dei regna-
bit mille annis et post regnum suum cessabit, et lucifer regnare inci-
piet. Unde Albertus Magnus huius tractatus auctor, sic inquit: Septi-
mum autem tractatur et dicemus et iterum venturus est iudicare vivos et
mortuos, cuius regni non erit finis. Hunc autem articulo in parte anteriori
ad confusionem dementia origenis addiderunt et iterum venturus est cum
gloria iudicare. Quia origenes dixerat quod adhuc venturus esset passibilis
in aereo corpore passurus pro demonibus in aere sicut passus fuit pro ho-
minibus in terra. Fundatus autem erat auctoritate Iohannis xix dicentis: Videbitis
videbitis filium hominis venientem in nube cum potestate magna et ma-
iestate. De parte autem posteriori addiderunt cuius regni non erit finis contra
iudaisantes hereticos dicentes quod christus venturus sit et regnaturus mille annis
in aurea ierusalem, et hoc regnum illud finiturum et aliud incepturum confundantur

est negata in prima ... et mor... non est ... cit primo

aut dictum super illud Danielis vii potestas eius potestas eterna que non
auferetur et regnum eius quod non corrumpetur. Luce i. Dabit illi dominus
sedem David patris eius et regnabit in domo Jacob in eternum et re-
gni eius non erit finis. Circa hunc articulum premittenda sunt aliqua in-
dicia precedencia. Secundo sunt aliqua adiungenda iudicium concomitancia. Ter-
cio videnda sunt aliqua iudicium sequencia. Et licet de istis aliqualiter
supius in questione diffuse dictum est, tamen hic propter maiorem memorie
commendacionem predicta ea sunt apponenda. Quantum igitur ad primum est
sciendum quod aliqua eorum que precedunt iudicium quedam sunt inductiva
erroris, quedam incussiva timoris, et quedam impressiva horroris. De primo
Matthei xxiiii Surgent pseudo prophete et pseudo antichristi et dabunt signa
et prodigia magna ita ut in errorem scilicet inducantur si fieri potest eciam
electi etc. Circa veniet antichristus qui nascetur de tribu Dan in Babilone
et ille sex modis decipere temptabit fideles, scilicet fallacia predicatorum, simulacio-
ne virtutum, testimonio scripturarum, operacione miraculorum, promission-
e diviciarum et terrore persecucionum. Primo ipse predicabit in hiis locis in
quibus Christus predicavit, predicabit persuadendo quibuscumque modis poterit quod lex
Christi sit prava et novam legem ipse instituat secundum illud Psalmi Constitue
legislatorem super eos. Secundo utitur autem testimonio scripturarum sacre scripture quam
ad suum errorem exponet, simulabit se bonum esse, et zelum habere ad deum(?)
Tercio caucius predicando et predicatores suos in omnes partes mundi mittendo
ne scriptura a catholicis doctoribus recte et debite exponatur. Quarto faciet autem
miracula arte magica et potestate diabolica. ii Thessalonicenses ii° Cuius est adventus eius
secundum opera sathane in omni virtute in signis et prodigiis mendacibus.
Et dicuntur eius signa mendacia propter aliud propter hoc quia tendunt ad mendacium
scilicet ad decipiendum homines. Apocalipsis xiii Seducet habitantes in terra propter signa
que data sunt illi. Secundo dicuntur mendacia quia aliqua erunt falsa secundum Augustinum
libro xx de civitate dei c xix. Nam simulabit se et aliquos alios suscitare
a morte, et tamen non erit secundum veritatem. Aliqua tamen signa faciet secundum verita-
tem ut ignem de celo descendere. Apocalipsis xiii Ille erat verus ignis qui com-
bussit oves et pecora Job primo. Et sicut magi pharaonis fecerunt vere ser-
pentes ut dicit Augustinus libro iii de trinitate capitulo vii° et veras ranas, et hoc
magica arte et ministerio demonum qui sciunt naturas rerum et semina ex
quibus cito possunt fieri serpentes vel rane et illa cito comportaverunt appli-
cantes activa passivis et sic generabant rane et serpentes ut habetur Exodi
vii et viii° et ita possunt facere arbores florere et arescere. Non est tamen putandum
quod demones aut antichristus possint vel possunt naturas rerum formas propria virtute
inducere sed virtute aliena virtute inducitur formam serpentis vel rane in mate-
riam predictam(?) ut dixi scilicet applicando res seminales ad invicem et quarum actio-
ne ad invicem inducitur forma serpentis. De hoc videatur distinctio vii secundi libri
Sententiarum et doctores ibidem. Nota quod antichristus non faciet miracula proprie dicta
sed large et communi modo dicta quia faciet aliqua mirabilia in conspectu
hominum scilicet etiam que excedunt humanam facultatem et condicionem ut de-
scensio ignis de sublimi et consimilia. Hoc faciet iactando se fore salvatorem
dandi spiritum sanctum volentibus quibus in specie ignis, et extollet se super omne
quod dicitur aut colitur deus ita ut sedeat in templo et adoretur
ii Thessalonicenses ii. Et dico quod antichristus non faciet nec facere poterit magica arte

aut demonu ptate aliqd miraculu hic dictum / sz tn solus deus uel
eius virtute seu ptate pt fieri / qr tn excedit facultatem tocius create
Vnde miraculum sic hic dictum est factum arduum et nec insolitum
excedens facultatem nature nec creature / non tn ineptum fieri p alias cau=
sas / Sed dices / quo discernunt vera miracula a falsis / Rndet p pta / naz
licet conveniant quo ad ma / diunt tn ex pte pncipalis agentis / qr in
veris miraculis et hic dictis / opatur agens potentie infinite / et sup naz
In miraculis vo demonu opatur uirtus nature create adiuta multiplicato
p alias naturas / Sc a pte insti / naz vera miracula ut Aug in lio lxxxiij
q in ad a bonis xanis p publicam iusticiam / ut a malis xanis p sig
publice iusticie / sed magi et antixs faciunt mira la / qr exaudiunt a demo=
nibus cum quibus faciunt priuatum contractum / qui adiungit eos coniugendo
res nales etc / Sc a pte finis / qr miracula dei fiunt ad utilitatem ecclie et
ad gliam dei / sz demonum aut magorum mira la fiunt ad deceptionem va=
nam gloriam et ad ondendum iniuriam ecclesie / Dices quare deus p=
mittat demones aut demonum cultores talia facere / Rndet Aug lio iij
de trinitate c iiijo quatuor de causis / primo ut fallantur fallaces / Scdo ut probi
probentur / Tercio ut boni ad talia non aspirent / Quarto antixs tentabit
seducere pmissa larga / que occl [illegible] actos iusticiam / Greg xxiij moralium
xvj tn diabolus ondit ei thesauros occultos / Et ondit Dan xj vbi
dicit Diuidet terram gratuite / Sexto mo decipiet et tentabit ad se tra=
here p minas et tormenta valde eis crudeliter seuiet contra probos
xanos eos horribilibus modis cruciando / et occidet inter alios / qz erunt
tunc martires valde preclari enoch et heliam qui exibunt de padiso et
predicabunt contra eum in gerlm / et ibi occidentur ut habetur Apoc xj
vbi mlta de antixo p expositores / De hac tribulacone dicit Mt xxiiij Erit
enim tribulacio magna qualis non fuit ab inicio mundi usqz modo neqz
fiet / et nisi abbreuiati fuissent dies illi / non fieret salua omnis caro / Sz
ppr electos breuiati sunt Vn Greg xxxiiij moralium pa principium dicit
Pensemus ergo que humane mentis sit tentacio / quando martir et corpus
tormentis subicit / et tn ante oclos eius miracula tortor facit / cuius
uirtus tunc non quatitur / qn is qui flagris cruciat signis coruscat
Et ideo dicit De illo tpe Dan xij Veniet tpus quale non fuit ex quo
gentes esse ceperunt / Et stabit michael pro filijs ppli / qr ille scdm
glosam / Decies ij mesiaz antixpm in papilione monte in oliueti
Ex iussu domini / De isto maligno multa habentur Apoc xij xiij xvj xvij / Greg
in Danielem xij / Et in tertijs alijs scripture locis / que singula scribe=
re nimis longum / Sub epilogo pnt hec quere de ipo formari / Que
ricido primo quando nascetur antixpus / Rndet q1 in eo vide huius ca
determinacio tpis nd habetur et scriptura / Sz plures aliquid conati sunt scire
sed frustra / Scdo queritur de qua tribu / Rndetur q de tribu dan / scdm id
Gen xlix vbi dicit Fiat dan coluber in via cerastes in semita mor=
dens vngulas equi / ut cadat assessor eius retro / Sz cm expo a multis
de antixo / qui est coluber in via / et cornu ptatis armabit contra
multos qui ascenderint culmen iusticie / Et hos deiciet retro adeo dicit
cerastes in semita / cerastes dicitur cm serpens cornutus et scdm
hac xpnitatem Hugo pa istud / Et expectabo salutare tuum domine / qr
pa antixpm saluator expectatus veniet ad iudicium / Tercio queritur

quando predicabit Respondetur quod in anno tricesimo sicut christus Quarto queritur
ubi predicabit Respondetur quod in eisdem locis in quibus christus predicavit Quinto queritur
quibus predicabit Respondetur quod precipue iudeis et sequenter aliis in dictis locis
gentibus iudei tamen ibi convenient et reedificabunt templum reputantes eum
messiam in lege eis promissum Et hoc dixit salvator Johannis v Ego veni
in nomine patris mei et non accepistis me alius si venerit in nomine
suo illum accipietis Sexto queritur quanta erit potestas eius Respondetur quod erit
admirabilis magnitudinis ideo dicitur Apocalypsis xiii Draco id est diabolus dedit
ei potestatem magnam glossa ut incredibilia faciet et inaudita et os loquens
blasphemiam Bestiam faciet ad signis et plagam mortis sue curare appa-
renter ideo subdit ibidem admirata est universa terra post bestiam et
adoraverunt bestiam id est antichristum dicentes quis similis bestie et quis poterit
pugnare cum ea id est resistere sue potestati etc multa ibi de eius potestate Septi-
mo queritur quale erit tempus in quo regnabit Respondetur ut supra quod erit ca-
rus vel nimis grave Octavo queritur quamdiu regnabit Respondetur per
tres annos et dimidium hoc patet Danielis xii Apocalypsis xii Nono queritur quis
terminabit regnum antichristi Respondetur quod christus qui eum interficiet spiritu
oris sui ut dicitur ij ad Thessalonicenses ij Decimo queritur quid post mortem antichristi erit
Respondetur ut Danielis xii ostenditur quod erunt xlv dies ad agendum penitentiam et tunc iu-
dei convertentur ad fidem videntes se deceptos ideo dicitur Danielis xii Beatus
qui pervenerit ad dies mille ccc xxxv nam ante dixit quod a tempore
quo antichristus regnabit et se extollebat ad adorandum dies mille cc
dies m et [illegible] xc hoc est tres anni et dimidius quibus si addideris xlv
fiet mille ccc xxxv Sed tamen est putandum quod omnes homines convertantur aut statim
post finem illorum xlv dierum finis sit mundi et dominus veniat ad iudicium sic-
ut dicit salvator Matthei xxiiii De die illa nemo scit neque angeli celorum
Sic erit adventus filii hominis sicut in diebus Noe ante diluvium erant ho-
mines comedentes et bibentes et nuptui tradentes usque ad diem quo intra-
vit in archam Noe et non cognoverunt donec diluvium venit et tulit
omnes ita erit adventus filii hominis tunc duo erunt in agro de plateis unus
templa unus assumetur et alter relinquetur etc Quando erit secundum scilicet quo
ad illa signa que sunt novissima temporis Matthei xxiiii et Luce xxi Nam erit
inimicitie populorum et regum ideo dicit ibi Surget gens contra gentem
et regnum adversus regnum Secundo erunt commotiones locorum ideo dicitur Et terre
motus per loca Tertio infectiones morborum ut pestilencie et fames
Quarto missiones terribiles de celo ut tonitrua et fulgura gran-
dines et consilia Quinto erunt tyrannice persecutiones Luce xxi inicient
vobis manus et tradimini a parentibus fratribus amicis et cognatis
etc et refrigescet caritas et abundabit iniquitas Matthei xxiiii Sexto
sol obscurabitur luna non dabit lucem suam sed recipiet lumen suum
a sole Sed apparebit color sanguineus Apocalypsis vi Et stelle de celo cadent
id est materie superius in aere inflammabuntur et ardentes descendent et sic
apparebunt simplicibus stelle cadere de celo Vel stelle ideo dicuntur cadere
quia homines docti qui alios docebant per scientiam et vitam lucent secundum illud
Danielis xii Et qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates

Illi trahetur in errorem antichristi. Unde apocalipsis xii dicitur de dracone quod cauda
sua traxit terciam partem stellarum celi et misit eas in terram. Sol stelle ideo
dicuntur cadere quod fortiori ex nimio terrore et timore ac horrore iudicabuntur stel-
las de celo cadere, que tamen secundum rei veritatem non cadent, quia celum est incor-
ruptibile. Sic quod tanta sunt aliqua signa timoris et terroris manifesta. Iero-
nimus autem refert in annalibus hebreorum invenit xv signa dierum xv ante
diem iudicii precedencia. Sed an dies illi continui sint aut interpollatim non ex-
pressit, ut dicit magister scolastice historie. Prima die eriget se mare xl cubitis super
in loco suo quasi murus. Secunda tantum descendet ut vix videri possit. Tercia ma-
rine belue apparebunt super mare et dabunt rugitus usque ad celum. Quarta
ardebit mare et aqua. Quinta herbe et arbores dabunt rorem sanguineum.
Sexta ruent edificia. Septima petre ad invicem collidentur. Octava
fiet generalis motus. Nona equabitur terra. Decima exibunt homines
de cavernis et ibunt velud amentes. Undecima surgent ossa mortuorum
et stabunt super sepulcra. Duodecima stelle cadent. Tredecima morientur
viventes ut cum mortuis resurgant. Quartadecima ardebit celum et
terra et superficies terre et aeris. Quindecima fiet celum novum et
terra nova et resurgent omnes in generali resurreccione. Hec signa Iero-
nimus conscripsit et patrum persuasione hoc secundum sanctum Thomam in iiii° li-
bro distinctione xlviii°. Quo ad terrium sed quo ad illa que erunt ... horroris
spacii duo erunt iudicium precedencia, scilicet mundi conflagracio et mortuorum re-
surreccio. De mundi conflagracione hoc est tenendum quod ignis precedet faciem iu-
dicis secundum illud psalmi: Ignis ante ipsum precedet. Et hic per resolucionem elementa
ardore ignis tabescent. Igne ergo illo facies terre comburetur, ita quod fi-
gura huius mundi, mundanorum ignium conflagracione peribit secundum illud
Ieronimi vii°: preterit figura huius mundi. Sic factum est aquarum inunda-
cione per diluvium. Dicitur autem consumi figura huius mundi non quantum ad destruc-
cionem totalem istius mundi sensibilis, sed quod paciones illius ignis omnia
elementaria inflammantis consumentur, vegetabilia et alia corpora homini
mancipabuntur, et elementa a scabiis et infeccionibus suis purgabuntur
et sic clarificata renovabuntur. Ignis autem ille qui faciem iudicis precedet
non erit tamen in una parte mundi sed in omni parte et ascendet ad tantam altitu-
dinem ad quantam aque diluvii ascenderunt, ut dicit Thomas in iiii° libro sententiarum
distinctione xlvii, et fiet non virtute naturali sed virtute supernali, cuius inicio fiet ibi
concursus ignis elementaris, ignis terrestris, ignis purgatorii et
ignis inferni, ut per infernalem ignem reprobi adurentur, per purgato-
rium ignem iusti purgabuntur, per terrestrem terre nascencia et animalia
bruta consumentur, per elementarem elementa subtiliabuntur et ad inno-
vacionem faciem disponentur. Et si quis dicat illum ignem ex concursu
ignium superiorum et inferiorum causari aut ex influencia celesti illo
adesse, habet dicere quod ille ignis habet officium quatuor ignium, scilicet ignis in-
fernalis reprobos puniendo, ignis purgatorii mediocriter bonos a
venialibus purgando, et ignis terrestris vegetabilia et sensibilia consu-
mendo et omnia hominum corpora incinerando, et ignis elementaris ele-
menta subtiliando et ad innovacionem disponendo. Iustis autem in-
ventis ad purgandum nichil nocebit sicut tribus pueris in camino

ignis non nocuit. Horum autem ut iustorum corpora mundabit. Huius
ignis actio est successiva. Habet enim initium medium et finem. Primo namque
iudicis adventum precedet, et quia sic fiet per illud ignem purgatio iustorum
et punitio malorum, et inmutatio corporum humanorum cum consumacio-
ne terre nascentium, sic dictum est. Quo facto statim erit resurrectio mor-
tuorum, et adveniet iudex ad iudicandum. Et tunc ex illo igne in-
flammabitur totus mundus in circuitu et hoc erit valde horribile videre ignem
illum magnum replentem aerem circumquaque ut dicitur Ysaie ultimo. Ecce
dominus in igne veniet etc. et in flamma ignis. Quia in igne dominus diiudicabit.
Terminato vero iudicio tota caliditas illius ignis sequitur sententiam iudicis
et involvet reprobos et trahet eos ad infernum. Deuteronomii xxxii. Ignis succen-
sus est in furore meo et ardescet usque ad inferni novissima. Et Johelis ii.
Ante faciem eius ignis vorans, et post eum exurens flamma. Et ita patet quod
ille ignis et precedet et comitabitur et sequetur iudicium. Post predicta fiet mundi
innovacio. Erit enim celum novum et terra nova ut dicitur Apocalipsis xxi. Sed
notandum quod inter innovacionem et purgacionem est duplex differentia. Prima quia
purgacio erit penalium qualitatum in elementis detractio, sed innovacio
erit pulcrioris forme inductio in toto universo ut quidam doctores dicunt. Unde sanctus
Thomas super iiii sententiarum dis. xlviii circa finem dicit: terra erit in superficie
exteriori pura sicut vitrum, aqua sicut cristallus, aer ut celum,
et ignis tamen splendidus ut celi luminaria et corpora celestia maiori quam
nunc claritate vestientur. Unde Ysaie xxx. Erit lux lune sicut lux solis, septem-
pliciter sicut lux septem dierum, scilicet ante peccatum. In hiis enim diebus sol habuit
maiorem claritatem quam modo habet, quia eius lux postea obfuscata est propter maledic-
ta pro delictis peccatum. In mundo vero innovato erit septies clarior quam fuit ante
peccatum. Secunda differentia est quia elementorum purgacio erit ab impuritate, quia per
ad puritatem mutacio. Innovacio vero est a statu vetustatis in statum
novum commutacio. Et hoc per cessacionem a motu. In celis enim per impres-
sionem nulla impuritas est, ergo non purgabuntur ab igne, sed erit in
eo cessacio motus et sic a motus infectione liberabitur. Sic autem purga-
buntur elementa ab igne: perdetur vis combustiva, ab aere obscuritas,
ab aqua glacialis frigiditas, a terra vero in exteriore superficie absorbetur
obscuritas et opacitas. Sed manebit in ea densitas. Retinebunt autem elemen-
ta qualitates suas secundum habitum non secundum actum. Hoc est ignis habebit calidi-
tatem et siccitatem, aer caliditatem et humiditatem, aqua frigiditatem et
humiditatem, terra frigiditatem et siccitatem. Sed ipse qualitates elemen-
torum non erunt tunc active et passive inter se, quia tunc cessabit motus celi
qui est totius actionis alteracionis et transmutacionis principium. Dices quare
per ignem erit purgacio et iudicium. Respondetur quod ideo quia sicut primum iudicium
factum est per diluvium contra ardorem luxurie, ita erit ultimum iudicium per ignem
tepore caritatis divine, que modo refrigescit et ad interitum appropinquare
nimis frigescit, ut dicitur Matthei xxiiii. Abundabit iniquitas et refrigescet
caritas. Dices quare mundus tunc innovabitur. Respondetur quod ideo quia mundus debet
consummari et renovari homine consummato et renovato, qui est finis
quodammodo omnium creaturarum. Homo autem erit consummatus cum erit numerus ele-
ctorum completus, ad quem finem statim omnia tendunt. Sic ad finem ul-
timum et completum. Facta ergo huius mundi completione scilicet in fine mundi

natur(ale) est terminari et quietari motus celorum / et propterea necesse erit terminari transmutationes elementares generationes et corruptiones / mineralium plantarum et animalium / que omnia ordinantur ad formam nobilissimam / que est anima rationalis. Igitur posito statu in animabus rationalibus necesse est ponere statum et complementum in ceteris creaturis / Et quia igne [illegible] omnia corporalia naturalia sunt secundum status magis conformes corporibus glorificatis / et secundum ultimum magis activam et consumptivam contrariarum qualitatum. Ideo mediante purgatione congrue fiet purgatio. Salvabuntur omnia mineralia plante et animalia bruta aves et pisces / non simpliciter sed quodammodo in suo simili scilicet in homine qui similitudinem habet cum omni genere creature. Ideo in ipsius glorificatione et innovatione / potest dici omnia innovari et quodammodo perpetuari. De resurrectione dicendum est in penultimo articulo / nunc solum est dicendum hic quod omnium hominum corpora resurgent que nondum resurrexerunt ad vocem tube / et archangeli dicentis Surgite mortui venite ad iudicium. Unde apostolus i Cor. xv Canet tuba et mortui resurgent. Ibidem omnes quidem resurgemus. i Thess. iiii In voce archangeli et in tuba dei. Vox illa et ista sonus tube erit valde fortis et terribilis / Fortis secundum Crisostomum super Matheum / petras scindet monumenta aperiet / mortuos resurgere faciet / et ad iudicium venire compellet. Terribilis plus quam aliquod tonitruum. Ieronimus super [illegible] modo sive bibo sive aliquid aliud facio semper videtur illa terribilis tuba sonare in auribus meis / Surgite mortui venite ad iudicium. Notandum secundum principale in hoc articulo tractandum / quod est iudicium dei / et ea que circumstant et comitantur. Et notandum quod sunt [illegible] in celo innuit. Prima est iudicii inevitabilitas ibi inde venturus. Secundum est latendi impossibilitas ibi iudicare. Tertium est iudicandorum universitas ibi vivos et mortuos. Certissimum [illegible] est dominum iterum venire ad iudicium / nec de hoc aliquod est dubium / licet sit futurum quia est articulus fidei de quo non licet dubitare / Sed qui cum venerit iudicare / nullus poterit latere / et [illegible] ad iudicium se absentare / nec aliqua actio vel omissio sive bona sive mala poterit eum scilicet iudicem latere / quia omnia sunt nuda et aperta oculis eius ad Hebr. iiii. Igitur veniet universi homines vivi et mortui et boni et mali ad iudicium secundum magistrum sententiarum libro iiii dist. xl[illegible] in omnes nam homines morientur et resurgent. Et sicut in Adam omnes moriuntur ita et in Christo omnes vivificabuntur i Cor. xv. Illi tamen dicuntur vivi re[illegible] et Christo obviam rapi / qui usque ad tempus ignis conflagrationis vivent ut dicit scholasticus [illegible] super [illegible] secundum apostolum i Cor. v omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi / ut recipiat unusquisque propriam mercedem prout gessit sive bonum sive malum / Nec solum homines [illegible] iudicabit / sed etiam omnes angelos tam bonos quam malos secundum sanctum Thomam parte iii q. lix ar. vi. Unde Johannis v Omne iudicium dedit filio / et non solum secundum divinam naturam sed etiam humanam secundum illud Philipp. ii Propter quod dedit illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine Ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Hic multa queruntur. Primo an fiat citacio iudicandorum. Videtur quod sic

De resurrectione sufficienter dictum est in symbolo apostolorum

27 principalis

q(uaestio)

et hec fiet per vocem tube que in adventu iudicis ab hominibus citissime au-
dietur. Johannis v. Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient
vocem filii dei. Et dicitur in iiii° Sententiarum distinctione xliii quod vox illa erit Christi vel ali-
cuius angeli vel plurium angelorum que ab omnibus audietur et eius
virtute mortui de monumentis excitabuntur. Erit enim signum valde evidens
et manifestum et ideo vox illa dicitur tuba propter hoc quod erit valde aperta
et dicitur novissima tuba quia post illam non erit alia. Secundo queritur an
civitatis deputetur locus in quo et hora in quibus pro tempore debeat com-
parere. Respondetur licet de hora iudicii nunc non sit notum alicui homi-
nini nec angelo secundum illud Matthei xxiiii De die illa et hora nemo scit neque
angeli celorum. Quia ut dicitur Actuum primo non est vestrum nosse tempora vel
momenta que posuit pater in sua maiestate. Immo ut dicitur Marci xiii° neque
ipse filius scit hoc intellige secundum glosam ad revelandum. Scit autem in
se. Sciet tamen hora tunc quando audietur vox citans ad iudicium. Locus vero
iam est in prophetia Johelis iii° expressus scilicet in valle Josaphath que est circa
montem Oliveti. De qua ibi dicitur Adducam omnes gentes in vallem Josa-
phat et ibi disceptabo cum eis. Non est tamen putandum quod Christus ad vallem
descendet et quod omnes iudicandos vallis recipiat. Sed erit in aere in loco
eminenti ut ab omnibus possit videri et circa eum erunt sancti circumquaque
et mali erunt in terra undique circa locum iudicii. Tercio queritur an aliquid
erit adventus eius immediate sequentis aut iam precedens. Respondetur quod vox
archangeli et tuba que convocabit ad iudicium erit adventus iudicis precedens
iudicium secundum illud i Thessalonicenses iiii In voce archangeli et in tuba dei descen-
det de celo. Adventus eius erit ita manifestus quod nullum oportebit dubitare
de eius adventu quod ideo assimilatur fulguri Matthei xxiiii Sicut fulgur exit ab
oriente et apparet usque ad occidentem sic erit adventus filii hominis. Quarto
queritur cum quibus Christus veniet ad iudicium. Respondetur quod cum omnibus
angelis et sanctis suis qui tunc erunt in celo. Unde Matthei xxv dicitur Cum vene-
rit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo. Quinto
queritur in qua forma veniet iudicare. Respondetur quod in forma humana et
gloriosa et in illa apparebit omnibus tam bonis quam malis. Apocalypsis primo Ecce in nu-
bibus veniet et videbit eum omnis oculus et qui eum pupugerunt
Sed tamen in forma apparebit bonis mitis et malis iratus et terribilis.
Et ideo Apocalypsis vi dicent montibus cadite super nos et petris et abscondite
nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni quoniam venit dies magna
ire ipsorum et quis poterit stare. Glossa. Pater [illegible] erit impossibile et tam gra-
ve intollerabile. Iudicabit solus filius in forma servi non pater neque spiri-
tus sanctus secundum illud Johannis v Potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis
est. Et hoc iustum est ut omnes iudicandi videant. Mali enim in forma divina
eum non poterunt videre quia divinitas non potest videri sine gaudio quo illi indigni
sunt. Et ideo dicitur Ysaie xxvi Tollatur impius ne videat gloriam dei. Au-
gustinus de verbis domini dicit sedebit iudex qui stetit sub iudice damnabit
vere reos qui falso factus est reus. Apparebit tamen Ihesus bonis non solum
in forma humana sed etiam divina in qua una cum patre et spiritu sancto aucto-
ritative iudicabit et iurisdictione ordinaria sed iurisdictione delegata
ut homo iudicabit. Thomas in iiii° Sententiarum distinctione xlvii. Unde notandum est quod quinque

Quinquplex modus iudicandi

sunt modi iudicandi. Primus modus est summe et precipue auctoritatis il-
lius qui est in alium dignitatem et potestatem / et isto modo iudicabit tota trinitas
omnes homines et angelos. Secundus modus est subauctoritatis / et illo iu-
dicabit Christus ut homo. Tercius modus est assessorie dignitatis / quo iudi-
cabunt apostoli et viri perfecti / qui cum ipso iudice Christo residebunt tan-
quam melius facte leges et consuetudines regni dei / quibus totaliter sedendo et im-
plendis operam dederunt. De quo Matthei xix° Vos qui secuti estis me sedebitis
super sedes iudicantes xii tribus Israel. Quartus modus est approbationis / quo
iudicabunt omnes sancti / et etiam angeli / quia omnes approbabunt sententiam iudicis.
Sapiencie iii° Iudicabunt sancti naciones. Quintus modus est comparationis / quia
ex comparatione ad alios aliqui iudicandi. Matthei xii Surgent viri ninivite in
iudicio et condempnabunt generacionem / sic iudicatio est bonorum et malorum.

Sexto queritur an omnes homines compareant in iudicio / de quo dicitur in ps.
Non resurgent impii in iudicio. Videtur quod omnes homines comparebunt
nullo excepto / et hoc quod dicitur Apocalypsis xx Mare dedit mortuos suos / mare et
infernus dederunt mortuos suos secundum glosam / mare et infernum nominat
dare mortuos suos. De quibus magis dubium posset esse / et subiungitur in
textu Et iudicatum est de singulis secundum opera eorum. [illegible] in iudi-
cio dicit non resurgent / ut iudicentur iudicio redempcionis / ut non resurgent
ad suam exaltationem / sed ad suam depressionem / quia proiciantur tunc in fove-
am eterne dampnacionis. Septimo queritur / an omnes iudicandi tam boni quam ma-
li cognoscant Christum ipsum esse verum deum et verum hominem redemptorem et
iudicem omnium. Videtur quod duplex est cognicio deitatis / una est per signa et effectus
alia est in sua forma et essencia per immediatam noticiam seu cognicionem deitatis.
Et in iudicio omnes videbunt tam boni quam mali / quia per certissima signa et ma-
nifestissimos effectus / ostendit eius divinitas / ut reprobi qui nunc noluerunt cre-
dere ipsum esse verum deum redemptorem et suum iudicem / et si crediderunt ipsum
esse deum / et tamen eum non glorificaverunt propter fidem / ostendit eis eius potes-
tas / ut doleant tantum bonum neglexisse. Veniet enim ad iudicium cum
cum magna gloria / virtute / et fortitudine in maiestate sua. Unde dicitur Luce
xxi° Videbunt filium hominis venientem cum potestate magna et maiestate / sol
et luna dicitur tunc obscurari secundum magistrum in iiii° sententiarum dist. xlviii non
sui luminis privatione / sed superveniente maioris lucis claritate / virtutes ce-
lorum tunc movebuntur non motu dampnacionis / aut motu turbacionis / sed
motu ammiracionis / nam ammiracio solet de hiis esse / que nostram cognicio-
nis facultatem excedunt / sic virtutes ammirabuntur divinam virtutem / illud sapientem
magnitudo ab eius imitacione et comprehensione deficiunt / quemadmodum
secundum [illegible] dicit sancta Agnes / quia eius pulcritudinem sol et luna mi-
rantur / et sic ammiracio angelorum non ponit in eis aliquam ignoran-
ciam / sed tollit dei comprehensionem / quam nulla creatura valet comprehendere
/ quia ipse excedit omnem intellectum creatum / quantumcumque illuminatum / a quo dum-
taxat apprehenditur non comprehenditur / cognicione autem in sua essencia dei-
tatis / soli modo boni Christum verum deum esse cognoscent. Racio huius est quia
deitas in sua forma non potest videri / sine summa delectacione / quia reprobi sunt
indigni. Videbunt tamen ipsum in forma glorificata / et hoc cedet eis in penam aug-
mentum / non remissionem / primo Iohannis iii / quia eorum oculus non erit aptus

solis

videre tantam claritatem / sicut in actibus iam videt / sine pena ~~tantam~~ claritatem
/ Secundo propter eorum invidiam dolebunt enim illi miseri de eius tanta gloria / Tercio
quia videbunt eius cicatrices vulnerum / in qua visione videbunt que qualia et
quanta dominus ihesus christus deus verus homo verus est pro eis passus / unde videbunt be-
neficium et se ingratos / et hoc cedet eis ad maiorem penam / et efficaciam domini
Crisostomus super Mattheum xxiiii / Tunc apparebit signum filii hominis / dicit omelia lxxvi (?) Christus
apparebit iusticiam maximam habens scilicet crucem / ita veniet in illud iudicium
/ non vulnera solum sed mortem exprobratissimam ostendit / cuius autem gracia
hoc signum apparebit / ut et superabundancia compleret iudeorum inverecundiam
/ mors autem exprobratissima est crucifixio / de qua sapiencie ii dicitur morte turpi-
ssima condempnemus eum / alii instrumenta passionis scilicet crux . clavi . lan-
cea et corona / seu cicatrices vulnerum predicta instrumenta illatorum / appare-
bunt in magna gloria / et in signum victorie / an autem dicta instrumenta realiter
et materialiter apparere / ubi ut videtur verba doctorum sonant / Crisostomus super Mattheum in ome-
lia lxxvi (?) in qua dicit crux radiis solis est lucidior / similiter cicatrices / Et
Bonaventura super iiii dis. xlviii (?) et magister scolastice hystorie in materia de christi
adventu in iudicium idem sentit / an autem solum debent apparere in signo scilicet
in corpore christi qui habebit cicatrices vulnerum / que sint predicta instrumenta illata
hoc videtur sancti Thome super allegata dis. questio i (?) / quia non videtur verisimile
quod lignum crucis in iudicio iudicii apparebit / sed bene signum crucis / quia christo appa-
rente habebit in se testimonia passionis . i . cicatrices vulnerum / perforatos et
lanceam illatorum / et hoc videtur dicere dominus sic Mattheum xxiiii dicens / Tunc videbunt signum
filii in celo / et tunc plangent se omnes tribus terre / Crisostomus / iudei plangent quia vide-
bunt vivum quem credebant mortuum / gentiles plangent quia vana dispu-
tacione contempserunt / reputantes stulticiam deum colere crucifixum / plan-
gent falsi christiani quibus obicietur precium sanguinis sui pro eorum redempcione dati /
et quod passus sit et irrisus / et quod gloriam suam propter eorum salutem minime
curavit / et quod hoc ipsi qui nichil putaverunt seu reputaverunt confundet / hec re-
probi … in conspectu eius / non poterunt sustinere eius vultum propter conscien-
cie remorsum / et propter expectacionem horrende sentencie contra eos / in qua dicet
Ite maledicti in ignem eternum / Sexto queritur an in illo ultimo iudicio
/ aliqui sint accusatores et testes / Respondetur quod sic nam tres erunt ibi admi-
nus / primus est diabolus / qui obiciet quecumque mala / visa / et que … / et propterea
dictus est … Augustinus Apoc. xii proiectus est accusator fratrum / et accusabit
/ equissime iudex iudica illum meum esse pro culpam / qui noluit tuus esse
per graciam / tuus est per passionem / meus per suasionem / tuus inobediens / meus
obediens / tuam vestem dimisit / cum mea huc venit / unde Apoca. xii
diabolus dicitur accusator fratrum / qui accusat illos ante conspectum dei /
hoc idem patet ii Reg. x ubi dicitur … precidet vestes maiorum David
usque ad nates / glosa / id est turpia facta / que persuadet in oculis omnium revel-
labit / Secundus accusator erit uniuscuiusque propria peccata / Bernardus in meditacionibus
dicit / Tunc loquentur peccata sine opera sua dicent / Tu nos fecisti / opera tua sumus
non te deseremus / sed tecum erimus / tecum ad iudicium pergemus / in multiplicibus
eum criminibus accusabunt / Tercius accusator est totus mundus ad … nos
/ nam celum et eius sidera aspexerunt peccata mea / et terra aer et aqua infe-
cta ab eis sunt / Item erunt eciam tres testes contra peccatorem / unum habebit supra
se scilicet deus qui erit iudex et testis Jeremie xxix Ego sum iudex et testis dicit dominus.

Zachar. xii In illa die magnus erit planctus …

poterunt

tenent

alius est contra se / scilicet conscientia in qua omnia erunt scripta peccata / et non solum
ipsi qui fecit ea manifesta / sed etiam omnibus hominibus et angelis / tam bonis
quam malis / nam secundum Crisostomum super iiii dist. xlviii / statim post generalem resurrec-
tionem / quilibet omnia peccata sua et aliena / omnia merita et demerita sua
et etiam omnium aliorum plena certitudine cognoscet et videbit / i Cor iiii Qui
revelabit abscondita tenebrarum / et manifestabit consilia cordium
glosa / omnia gesta / et cogitata bona et mala / sunt omnibus nota erunt Apok
xx Vidi mortuos magnos et pusillos / stantes ante thronum dei / et libri
sunt aperti / glosa / libri conscientiarum erunt omnibus aperti / Unde dicitur Dan vii Iudi-
cium sedit et libri aperti sunt / glosa / conscientie et opera singulorum / bona et
mala omnibus revelabuntur / Ratio huius est / nam omnibus manifestum erit deum
iustum esse de omnibus iudicium / quod non fieret / nisi omnibus omnia meri-
ta et demerita paterent / Nec impediet penitentia peccata simpliciter petentium revelare
sed bene penitentia sic tegit peccata / ut non revelentur ad operantis confusionem
et consolacionem et gaudium accrescat / quod Deus eum tam misericorditer liberavit
Etiam mali recordacio bonorum que fecerunt / non habebit potestatem mitiga-
cionem sed augmentacionem / Quia secundum Boecium 2o de consolatione. Summum
infortunii genus esse fuisse felicem / Et dico notanter quod bonorum recorda-
cio non minuit eorum penam / sed bona operacio bene hoc efficit / quod homo tunc
minorem penam quam si ipse si illa bona non egisset / Quilibet ergo timet fu-
turum iudicium / conscientiam suam corrigat / Tercius testis est proprius angelus
custos qui erit iuxta eum / Apoc xx laudabunt eum i. angeli singulares eius
qui ipsi sunt conscii omnium que fecerunt illi / quibus ad custodiam sunt deputati
O quam anguste erunt tunc vie reprobis / supius erit iudex iratus / inferius ho-
renda chaos / A dextris peccata accusancia / a sinistris infinita demonia
ad supplicia trahencia / intus conscientia urens / foris mundus ardens / miser
peccator sic deprehensus quo fugiet / latere erit impossibile / et apparere intolle-
rabile / Nono queritur quia cum omnium hominum merita et demerita erunt manifesta
an omnes iudicentur / Videtur quod ad iudicium duo pertinent / scilicet discussio me-
ritorum et retribucio premiorum / et secundum hoc est duplex actus iudicii / vel
dicitur secundum hoc est duplex iudicium / scilicet iudicium disceptacionis i. contencionis
vel disputacionis in quo examinabuntur bona vel mala que homo fecit / aut
obmisit / et iudicium retribucionis quo retribuet unicuique secundum opera et merita
sua / hoc ergo iudicio retribucionis omnes homines iudicabuntur / tam boni quam
mali baptisati et non baptisati / Sed iudicio discussionis seu disceptacionis
non omnes homines iudicabuntur / nam quatuor erunt ordines in iudicio / duo bo-
norum et duo malorum / Aliqui non iudicabuntur / sed dampnabuntur / et erunt
illi quorum mala erunt bonis permixta / qui caruerunt fundamento fidei ut
infideles / De quibus dicitur Joh iii Qui non credit iam iudicatus est / Ali-
qui non iudicabuntur et salvabuntur illi / scilicet quorum bona erunt malis im-
permixta / qui fuerunt in vita sua perfecti / et edificaverunt super fundamentum
fidei hoc est Christum / aurum / et argentum / et lapides preciosos / ut dicitur i Cor
iii Tercii erunt quorum multa principalia erunt mala / aliquibus tamen bonis per-
mixta / ut qui habuerunt fidem mortuam / quia sine bonis operibus fidei isti iudi-
cabuntur et dampnabuntur / Quarti erunt qui iudicabuntur et salvabuntur
quorum merita principalia sunt bona / aliquibus venialibus permixta
ut qui edificaverunt super fundamentum fidei / lignum / fenum et stipulas i
Cor iii Primi scilicet infideles / quia non fuerunt civitatis dei / tamquam hostes publici

sine ulla meritorum discussione / et sine audiencia punientur / Tercii vero scilicet ma-
li fideles / tamquam cives mali meritorum discussione et audiencia dampnabuntur
et punientur / Primi et secundi / non iudicabuntur iudicio disceptacionis / sed tercii
et quarti / Circa hec queritur / et est questio decima / an in iudicio sit disceptacio
solum de operibus misericordie / ut videtur dicere salvator Mathei xxv / an de omnibus ob-
missionibus et commissionibus / Videtur quod in iudicio fiet disceptacio / non
solum de obmissione boni / sed eciam de commissione mali / non solum de operibus
misericordie / sed eciam penitencie / Luce iii facite dignos fructus penitencie / Sed quod in ewangelio
Mathei xxv / solum mencio de operibus misericordie / huius potest racio quintuplex assignari
Prima ad ostendendum quod disceptacio fiat de bonorum obmissione / multo ma-
gis de malorum commissione / cum magis offendat deus ceteris paribus per com-
missionem mali / quam obmissionem boni / Secunda racio quia disceptacio illa fiet
secundum legem caritatis / que est lex caritatis et impletur proximi dileccione
secundum illud Ro. xiii Qui proximum diligit legem implevit / Dileccio autem
proximi in operibus misericordie ostenditur / iuxta illud I Johannis iii / Qui viderit fra-
trem suum necessitatem habere / et clauserit viscera sua ab eo quomodo caritas dei manet in
illo / Tercia racio quia opus redempcionis fuit maxime misericordie / iuxta illud
Luce primo per viscera misericordie dei nostri etc. / et illi operi sunt ingrati / qui non exercuerunt
opera misericordie / secundum illud Luce vi Estote misericordes sicut et pater vester misericors
est / Et ideo secundum illa opera misericordie boni remunerabuntur / Quarta racio quia
misericordia est duplex scilicet spiritualis et corporalis / Augustinus in enchiridion / Qui vult
ordinate elemosinam dare / debet a se primum incipere / Ecclesiastici xxx° Miserere anime
tue placens deo / Ille ergo qui animam suam negligit cuius non miseretur / quo-
modo aliorum misereretur / Et ideo de obmissione misericordie / quam sibi ipsi ante
debuisset impendisse arguetur / Ex hiis patet quod non omnes iudicabuntur iudi-
cio disceptacionis / Sed diceres numquid parvuli sive baptisati sive non baptisati
iudicabuntur iudicio disceptacionis / Videtur quod non / quia baptisati cum innocen-
cia sunt mortui / nullam perpetrantes mali cum bono mixturam / Et ideo discus-
sio ibi non habebit locum / non baptisati eciam / iudicio disceptacionis vel discus-
sionis / non iudicabuntur / quia tali iudicio illi soli iudicabuntur / qui fidem ver-
botenus duntaxat tenuerunt / non autem fidei sacramenta / Illi enim non erunt non
baptisati / quia ad fidem non pervenerunt personaliter / neque meruerunt / sive fuerint par-
vuli fidelium sive infidelium / Sed numquid isti videbunt christum in forma glorificata / Videtur
quod sic / sed forma glorificata non erit eis terribilis et penosa ut reprobis / et da-
mpnandis propter peccatum actuale / nec erit eis delectabilis ut bonis et baptisatis
/ et ideo separati ab illa non erit eis penale / quia alias sequeretur quod aliquam aliam
penam quam penam dampni sustinerent / Undecimo an angeli debeant iudicare
vel iudicari / Videtur Innocencius in sermone et Thomas in iiii° libro sentenciarum distinctione xlvii et dicit Thomas quod
angeli sive boni sive mali iudicabunt iudicio assidendo / Racio quia assessores
iudicis debent esse / eidem conformes in natura humana / in qua ipse cum suis
assessoribus omnibus / tam bonis quam malis debebit apparere / et quia illam naturam
non habent angeli / quam etc. / ideo non iudicabunt assessorie dignitate / boni
tamen iudicabunt / Pro ratione modo supra dicto / scilicet ministerium iudicii apparando / Dicit Thomas
/ quod nullus angelorum sive boni sive mali / iudicio disceptacionis vel discussionis
iudicabuntur / quia in bonis nichil mali / et in malis nichil boni potest re-
periri / quod ad hoc iudicium discussionis pertinet / boni enim habent pure bona
/ mali vero pure mala / Tercio dicit quod iudicio retribucionis aliquo modo iudicabuntur
/ Quia duplex est retribucio / Una qua quis propriis meritis remunerabitur

Tercia racio quia homo magis est obligatus deo in operibus misericordie / secundum

enchiridion

assidendo

et illa erit iam facta tam bonis quam malis angelis / dum boni ad eter-
nam beatitudinem sint sublimati / mali ad miseriam inferni dimersi / Alia
est retribucio redundans de aliorum meritis et aliquorum procuratis / et hec
fiet in iudicio futuro / quia boni gaudebunt amplius angeli de salute eorum
quos ad meritum vite eterne induxerunt / et mali amplius quos ad ma-
lum induxerunt / Est tamen sciendum quod gaudium essenciale angeli non est maius
sed accidentale / et hoc crevit et crescit et crescet usque ad exaltacionem hu-
mane angelice aliqualem reparacionem / et usque hominum perditi remuneracio-
nem / et quia adhuc multi salvabuntur / qui non dum salvati sunt / de quibus non
plus gaudet quam sint / Sed dices ex quo pro salvacione hominis / quem angelus
custodit gaudebit / nunquid de dampnacione illius quem custodit dolebit
Dicendum quod non / nec habebit ex hoc aliquod sue glorie impedimentum / licet gau-
dium accidentale propter hoc impediatur / Dices tunc ille non salvatur quem ange-
lus aliquis custodit / quale erit tunc premium angeli / qui custodivit eum quia
non habebit gaudium de eius salvacione / Dicendum quod angelus de hoc habe-
bit duplex premium accidentale. si homo custoditus per eum fuerit salva-
tus / Primum est de salvacione custoditi / Secundum premium est de bonis operibus
que circa eum fecit / Si ergo custoditus non fuerit salvatus tunc non habebit pre-
mium / sed solum de hoc quod induxit eum / ut anima illius proficeret ad bonum gra-
cie / caveret sibi ne caderet in malum culpe / et quando cecidit ut resurgeret ammo-
nuit / et si non resurrexit ad ammonicionem angeli / saltem angelus ad-
iuvit ne tociens et tantum caderet / quociens et quantum dyabolus pro eius ser-
vus eum incitavit / Duodecimo queritur an iudicium illud finale fiat in
nocte vel in die / Dicendum quod in die / nam quando deus iudicabit / tunc sol in
oriente / et luna in occidente stabunt / Ecclesiastici [illegible] / I Cor iiii quousque veniat dominus
et illuminabit abscondita tenebrarum / Abdias dies domini declarabit / Ideo nona
dies ire et revelacionis iusti iudicii / [illegible] decimo De die illa nemo scit / Et
mali videbunt christum in forma humana corporis glorificata / et hec visio erit me-
diante luce creata / et non in luce corporis glorificati / quia illa est eius in propriis
Ex hiis videtur quod iudicium fiet in die / Et quod aliqui dicunt in scripturis fore in
nocte iudicium / hoc dicitur propter incertitudinem temporis iuxta illud Luce xii qua
hora non putatis filius hominis veniet / Terciodecimo queritur / an disputacio
et sermocinacio in iudicio fiant vocaliter / Respondendo dicunt aliqui / quod solum
mentaliter illa fiant / probabiliter tamen potest dici secundum alios / quod vocaliter fiant
huius racio est assignanda / quia christus non solum iudicabit auctoritate / sed etiam sermone
promulgacione / dicens ad electos Venite benedicti etc / et ad reprobos Ite male-
dicti etc Vt patet per ... ad ostendendum ergo eius iudiciariam potestatem sibi
collatam in humanitate Joh v omne iudicium pater filio etc / Alia racio quia
sicut legem evan[gelii] per quam fideles iudicabuntur dedit voce humana / ideo me-
rito de legis observacione et obmissione vocaliter disputabit / Tercia racio
quia iudicatus est iniuste / non tamen mentaliter sed etiam ore iudeis clamantibus Cru-
cifige crucifige / et pylato iudicante eorum peticionem fieri / ideo merito iu-
dicabit non solum mentaliter / sed etiam vocaliter Ysa xi arguet in
equitate pro mansuetis terre et percuciet terram virga oris sui / Ideo pro-
babiliter potest credi / quod predicta fiant utroque modo scilicet mentaliter et vocaliter / Quo
ad tercium principale huius articuli est Dicendum scilicet de hiis que iudicium sequuntur

3m principale

Nam iudicio terminato boni ibunt in magna gloria cum christo in celum
/ reprobi cum diabolo cum magna pena ad infernum / quos ignis conflagra-
tionis involvet / et ad infernum ducet ... ad illam partem que est gro-
ssior / sicut quicquid est turpe in creaturis ad infernum retrudet / ad augmen-
tandum miseriam dampnatorum. Demones erunt executores divine iusti-
cie et sententie trahendo reprobos ad infernum et puniendo eos. Ex hoc tamen non
minuetur eorum pena sed demonum. Et hoc est secundum sententiam magistri super iiij° dis-
tinctione (?) quia reprobi subdiderunt se demonibus eis in peccatis eorum sug-
gestionibus consentiendo. Et quod in inferno non erit ignis nisi [illegible]-
bus / turbidus / et ipsi fumosus / corpora quoque dampnatorum erunt compressa
et in se obscura / adeo erunt tenebre exteriores / in quibus tamen ex divina ordi-
natione quod luminis est ad videndum illa / que eum torquere possunt / non
delectare / nec tunc ut nunc videbunt gloriam beatorum / Actualis eorum con-
sideratio eorum / que hic noverunt erit eis materia tristicie non
causa alicuius delectationis / Considerabunt enim mala que gesserunt ex
quibus dampnati sunt / et bona dilecta / que amiserunt / et ex utriusque considera-
tione torquebuntur / similiter torquebuntur de omni noticia quam hic habuerunt
/ sive de speculabilibus / sive de agibilibus / cum erit eis penale amisisse su-
mam perfectionem quam in illis poterant adipisci / Nota quod reprobi in
inferno habebunt voluntatem in malo obstinatam / nec poterunt aliquid
bene velle / sicut beati in celo habent voluntatem in bono confirmatam / et
non possunt aliquid mali velle / Et sic sancti de omnibus bonis gaudebunt / ita
reprobi de omnibus bonis dolebunt / adeo vellent omnes bonos esse da-
mpnatos / eorum propinquorum glorie invidebunt / nunquam tamen eorum glorie
quam aliorum non propinquorum / Semper igitur peccabunt / sed non semper demerebuntur
/ quia extra erunt in termino / sicut sancti in celo / non merebuntur post iudicium / ita nec
isti in inferno demerebuntur / Sed dices Nunquid sancti post iudicium videbunt
dampnatorum penam et miseriam / Respondetur quod sic / Dices Nunquid com-
pacientur eis / Respondetur quod non / quia in compassione est inclinatio ut pati-
ens transferatur a miseria sua / hoc non erit tunc / Sed nunquid letabuntur
sancti de eorum suppliciis / Respondetur quod non de per se seu directe / sed per accidens
et indirecte letabuntur / Psalmus Letabitur iustus cum viderit vindictam / et
hoc erit considerando ordinem divine iusticie et gracias agendo domino deo / qui
eos de tantis suppliciis liberavit / Contra hunc articulum et eius dicta quat-
tuor errores eduntur. Primus dicens iudicium esse factum / nec iudicium esse fu-
turum / Secundus negans resurrectionem. Tercius dicens animam simul
cum corpore mori. Quartus dicens omnia de necessitate evenire / Quintus
dicens deum ex infinita misericordia finaliter omnem hominem et angelum ma-
lum salvare. Hec omnia manifeste ex premissis esse erronea comproban-
tur. Sequitur articulus de spiritu sancto ubi Et in spiritum sanctum divinum etc. in
quo ponitur capitulum quod pertinet ad personam spiritus sancti / hic est tercia per-
sona in divinis / De qua dicit Moyses Spiritus domini ferebatur super aquas
Ubi primo confitemur eius personalem creatorem cum dicimus spiritum
sanctum. Secundo eius imperialem potestatem contra Macedonium dicentem spi-
ritum sanctum esse creatum. Contra quos dicit propheta (?) primo Spiritus [illegible]

8) Articulus de spiritu sancto

Ideo contra hoc dicimus sic dominum / quia licet multi sint alii spiritus sancti sicut angeli omnes / tamen sunt administratorii spiritus ut dicitur ad Hebreos primo sed iste non minister / non servus / sed dominus. Tertio eius vitalem operationem ibi et vivificantem / quia secundum apostolum Spiritus est qui vivificat / et hoc est contra illos qui dicebant / quod spiritus sanctus solum purgat mentem / et non vivificat sed dicitur ad Romanos amorem nostrum / qui non purificat. Quarto tangit eius originalem processionem ibi qui ex patre filioque procedit et hoc dicit contra Grecos qui dicebant spiritum sanctum solum procedere a patre et non ab utroque. Dicit tamen Iohannes quod ipsi Greci se crasse videntes quosdam prelatos de suis ad generale concilium Lugdunense sub Gregorio papa X celebratum miserunt / qui in dicto concilio unanimiter nobis suo et omnium prelatorum et imperatoris nomine professi sunt / quod spiritus sanctus eternaliter a patre et filio / non tamquam ex duobus principiis / sed tamquam ex uno / non duabus spirationibus / sed unica spiratione procedit / prout in eiusdem Gregorii constitutione habetur. Quinto ponit eius ~~patris et filii~~ patri et filio eius equalitatem ibi qui cum patre et filio simul adoratur / hoc dicitur contra illos qui dicunt spiritum sanctum esse minimum seu famulum patris et filii / et in hoc innuitur quod spiritus sanctus sit deus contra macedonios qui negant spiritum sanctum esse deum / et subditur et conglorificatur / contra donatistas qui dicunt esse eum minorem patre et filio / et sic non esse consubstantialem nec eiusdem nature. Contra quos dicitur hic / qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur / quod non esset / nisi esset eis equalis et coeternus. Et subditur / qui locutus est per prophetas. Contra errorem illorum qui dicunt quod prophete locuti sunt spiritu fantastico et quasi somniando. Contra quos dicitur secunda Petri primo Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines et non dicitur esse falsum quia licet prophete fuerint in magna distantia ab invicem / tamen unus alteri in nullo contradixerit. Et per hoc destruitur error Manichei qui dixit vetus testamentum non esse a deo bono. Sextus articulus pertinens ad divinitatem quo ad officium gratie et unam sanctam. Circa quod nota quod sicut in corpore naturali hominis / sic est in mystico id est in ecclesia. In homine autem est una anima et unum corpus / diversa tamen membra / diversa officia habentia / sed necessaria ad regimen et ad integritatem corporis. Sic est in ecclesia que est quasi unum corpus habens diversa membra / anima autem que hoc vivificat est spiritus sanctus / et ideo post fidem de spiritu sancto iubemur credere ecclesiam katholicam. Et sciendum quod ecclesia id est congregatio fidelium in quibus bonus et malus est. Sic includuntur quatuor conditiones. Primo quod est una. Canticorum vi° una est columba mea. Hec autem unitas ex tribus causatur primo ex unitate fidei / omnes enim christiani idem credunt corde et ore confitentur. Et ideo apostolus ad Ephesios iiij° dicit unus dominus una fides unum baptisma. Secundo ex unitate spei / quia omnes confirmantur in una spe premiorum ad vitam eternam ad Ephesios iiij° unus spiritus et unum corpus in una spe vocationis. Tertio ex unitate caritatis / quia omnes connectuntur in amore dei et ad invicem in amore mutuo. Iohannis xvij° pater ut unum sint sicut ego et pater unum sumus. Ex quo sequitur quod nullus debet velle abire vel excommunicari ab illa ecclesia / quia non est nisi una in qua salvari possumus et non extra sicut extra archam Noe nullus fuit salvus. Secunda conditio quod est sancta / et ideo in symbolo dicitur sanctam id est per unitatem id est vel sanctam id est sanguine Christi tinctam / et hoc dicitur ad differentiam ecclesie vel congregationis malignantium de qua psalmista. Odivi ecclesiam malignantium et cum impiis

¶ Alb[er]t[us]

Tercia est qd dicit[ur] katholica .i. vlis a cattos grece qd est que latine et di-
vlis primo quantu ad locum quia per totum mundum Nam ecclia est congregacio
fidelium fideles aut per totum mundum est dispersa vn ait vltro ementes in mundum
vniversum predicate ewangelium Et hec eccla habet tres partes vnam in celo aliam in
terra et etiam in purgatorio Secundo dicit[ur] vlis quantum ad condiciones homi-
num quia nullus abiicitur non dives non servus non masculus nec femina nec
(?) in tercio quantum ad tempus licet aliqui dixerunt quod eccla debet durare usque
in eternum Sed hoc est falsum vnde hec eccla incepit ab abel et durabit usque
ad consumacionem mundi Quarta condicio quia dicit[ur] apostolica .i. firma ratione
doctrine apostolorum quia per doctrina apostolica fideles in vnitate fidei sunt adu-
nati quia in omnem terram exivit sonus eorum ps xviij Et bene dicit[ur]
apostolica .i. firma quia habet firmum fundamentum .i. xpm pa ad Cor. iij
fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est quod est xpus
fundamentum aut secundarium sunt apostoli et eorum successores ideo dicitur apostoli-
ca .i. in apostolis firmiter fundata vnde Apoc. xxi dicitur quod civitas habebat
xij fundamenta et eciam (?) ibi scripta nomina xij apostolorum et ideo est
quod ad designandum firmitatem eccle petrus vocatus est petrus .i. fir-
mus firmitas aut eccle apparet quia nullomodo destrui a persecutoribus
potuit immo in persecutionibus magis crevit quia fundata erat supra
firmam petram Et Albertus magnus super eucdam articulo sic
inquit Deinde tractantes octavum articulum dicemus Et in spiritum sanctum
dominum et vivificantem qui ex patre filioque procedit qui cum patre et filio simul
adoratur et conglorificatur qui locutus est per prophetas Multe enim heses iam
surrexerunt de processione spiritus sancti quas in processione expressione
processionis eius necessarium fuit excludere quod enim addit in spiritum sanctum dominum
Contra Nestorium et Eutichen Constantinopolitanos patriarchas addi-
derunt qui spiritum sanctum dixerunt esse servum patris et filii Et causa erroris
fuit quod (?) spiritus in deo sicut in homine acceperunt In homine sicut est lucidus
aereus qui ex humido naturali resolvitur et deservit anime in operaciones anima-
les et vitales et naturales et movetur in omni parte corporis sicut radii solis et
stellarum in modo vehentes virtutes celestes a stellis ad inferiora earum
ut ex illis generentur et augeantur et convalescant Et ita spiritus hominis mem-
bra vehit virtutes anime et cordis Et ad hanc similitudinem dixerunt spiritum
creatum a deo procedere et sic vehere et invehere virtutes potencie patris et
sapiencie filii omnibus creaturis et ideo servire patri et filio et esse servum
eorum et non ipsum per se vivificare sed vehiculum esse vite patris et filii
Prima sic Johis v dicitur Sicut pater habet vitam in semetipso sic dedit et
filio vitam habere in semetipso et non dicitur hoc de spiritu sancto Huic ergo errori
determinantes dicunt et vivificantem et ut melius notificent ipsi patres
dixerunt vivificatorem Sed cum transferretur simbolum imperfecte
translatum fuit et translator dixit vivificantem pro vivificatorem Synodo-
dus enim intendit quod ex natura vivifica esset vivificator sicut et pater et filius
fundaverunt aut se in hoc quod dicitur Joh vj Spiritus est qui vivificat Et Ezech
dicitur spiritus vite erat in rotis Quod autem dicitur et additur qui ex patre filio-
que procedit Synodus non dixit nisi qui ex patre procedit et latini suscipi-
pientes de greco in latinum translatum simbolum auctoritate leonis pape addi-

derunt filio q3 / q3 ꝯ synodus non dixit filio q3 n̄ dimisit / ideo q a
filio nō procedat spūs sctus / s3 ideo / q3 nullus error adhuc contra hoc
surrexerat / et q3 in eūio iohis xvi nō ponit plus / nisi de pre / ubi dicit
cum venerit spiritum veritatis qui a patre procedit / et noluit addere aliquid conciliis
cum adhuc nō esset necessitas / statim aut̄ accedentes / q dicit apostolus spm eē
filij dicens / Si quis spm filij nō h3 hic nō est eius / et Ro viii misit deus
spiritum filij sui in corda nostra clamantem abba pater / et q3 et dicit ioh
xvi quem ego mittam vobis a patre / que expresse significat spiritum sctm a
filio ~~patre~~ procedere addiderunt aucte sequentis synodi ꝯ tenui ex patre filio q3 pro-
cedit / et hac de causa etc. Athanasius grecorum doctor illustrissimus
alexandrie epūs in symbolo quod in terciam edidit ad explanationem
synodi q in ecclesia vult salvus esse etc. continet spiritus sctus dicit
a patre et filio non factus nec genitus / sed procedens. Dicunt tn̄ greci
latinos esse excommunicatos / q3 scta synodus dixit nō permittimus ali-
cui cuiuscumque status nec nobis metipsis preterea aliquid addere vel mi-
nuendi / et qui addiderit vel minuerit excommunicatus sit / Sed latini ad
hoc dicunt q qui explanat nō aliquid extrinsecus addit / s3 q intus latuit
ondit / aliter et ipsa synodus excommunicata fuisset / q3 multa ad expla-
nationem symboli addiderunt apostolorum / nam contra errorem grecorum ad-
ditum est filio q3 quod aut̄ sequitur / qui cum patre et filio sit adorandus
et conglorificandus / hoc contra nestorium additum est ut ostendatur
spiritus sctus deus esse adorandus / et sic domino omnibus suppositum esse cum
patre et filio ~~glor~~ conglorificandus / Si enim non esset deus nō esset
ubique. Dicit aut̄ propheta / Quo ibo a spiritu tuo / significans spiritum sctm
esse ubique. Et si non esset in throno maiestatis / non esset conglorifica-
dus. Nec aut̄ ioh in apocalipsi xxi dicit qui sedebat in throno / Ecce no-
va facio omnia / secundum expositiones patrum sctorum hoc intelligens
de spiritu scto / Et quod aut̄ additum / qui locutus est per prophetas / additum est contra
heresim porphirii philosophi heretici / qui dixit prophetas non spiritu scto s3 spiritu phra-
natico esse locutos / q3 vidit quedam in eis que continuatur nesciunt
et nō intelligunt / vidit etc. quedam que falsa putavit / et ideo nō a
spiritu scto inspiratos esse dixit / Contra quod dicit scta synodus qui lo-
cutus est per prophetas / numquam aut̄ fuit synodus aucte pet ratum / nō
voluntate humana allata est aliquando prophetia / sed spiritu scto inspirati locuti
sunt sancti dei homines / Pro ampliori et latiori intellectu istius arti-
culi moveo istam questionem

Utrum spiritus sctus eque primo procedat a patre et filio / tamquam ab
uno principio / que questio primum presupponit / et duo querit / Pre-
supponit enim q spiritus sctus procedit a patre et filio / et primo querit
si eque primo / et scdo querit utrum tamquam ab uno principio / Contra
supponitur et q sit sciendum / spiritus sctus non procedit a patre et filio
sed vel spūs sctus perfecte et sufficienter procedit a patre / et sic superflue po-
dicitur vel inspirari a filio / cum eque bn̄ sit per patrem / nō esset
in deo superfluitas vel non / et tunc aliqua operatio patris non esset
perfecta / Et confirmat sic quod procedit ab ambobus ingenitus et uno

/ sit magnitudo pluries / non unum / quia sic eciam spirareret / et spiritus sanctus pro-
cederet a seipso / cum etiam sit unum cum patre et filio in essencia / preterea potest dici
magnitudo plures / quia pater et filius non distinguntur nisi in relacionibus paterni-
tatis et filiacionis / sed ille non constituunt nisi supposita patris et filii
/ et non spiritus sancti / ergo quod ergo presupposito falsa / sed quia primo quesito
sit fla[illegible] sic / spiritus sanctus prius procedit a patre / quam a filio / ergo quod primo que-
sito [illegible] / et ante [illegible] prima in quo est status / modo in pro-
cessione divinorum in patre est status [illegible] / et sic ultra patrem est primum
i filius prius [illegible] supponit compatim / et confirmatur quoniam est
prius [illegible] pullulacione / sed Dionisius de divinis nominibus [illegible] dicit
pater est fontana deitas / filius autem et spiritus sanctus sunt pullulaciones divine
[illegible] Contra secundum quesitum / spiritus sanctus procedit a patre / et filio
magnitudo sunt unum principium / vel hoc est magnitudo sunt idem in essencia / vel
[illegible] et sufficienti divisione / et [illegible] non [illegible] non magnitudo sunt unum
in essencia / quia cum spiritus sanctus sit ista essencia / ipse procedet a seipso
nec secundum quod pater et filius non sunt una persona / nec tercio quia cum
ita / sed ideo sunt spiratores / quia spirant / [illegible] quod ad secundum questionem
Sed in opposito pro veritate suppositi est [illegible] et pater [illegible] / et patris articulus
quam et patre filio procedit / Et Anathasius spiritus sanctus a patre et filio
/ non factus / nec creatus / nec genitus / sed procedens / In opposito
quesiti est [illegible] Damascenus quia non prius nec plenius spiritus
sanctus procedit a patre et filio / et racione [illegible] sic / spiritus sanctus procedit a filio
quia amor procedit ab amante / cum igitur spiritus sanctus sit amor
filii / quo filius amat patrem / ergo spiritus sanctus procedit a filio / secundo
spiritus sanctus procedit a patre et filio / ostenditur ex ordine / primo ex filii
[illegible] condicione / quia filius est ex condicione patris [illegible] et complecius sic
[illegible] compitaris / non solum quantum ad aliquid / sed etiam quantum ad [illegible] / et ideo
sicut pater spirat ita et filius / et ista [illegible] huius [illegible] spiritus sanctus non
dicitur imago / secundo ostenditur ex processione racione / quia processus dicitur con-
cordiam et nexum quedam [illegible] non est unius ad se / nec ex patre
unius [illegible] est unius ad alterum / Tercio ex germanitate [illegible]
/ quia ut dicit Richardus si spiritus sanctus tantum procedit a patre / non esset in trini-
tate germanitas / Quarto ex personarum distinccione / quia non distinguntur
persone nisi quantum ad modum habendi / secundum naturam divinam / secundum [illegible] mo-
dum [illegible] ex perfeccione filii / quia ut esset perfectus [illegible] filius oppor-
tuit quod assimilaretur patri in omnibus / exceptis hiis per que sunt eorum persona-
lis distinccio / scilicet quibus non repugnat racio filii / sed talis non est spiracio sic
In opposito secundi quesiti est concilium de summa trinitate et fide catholica fideli
[illegible] ubi dicitur sic fatemur quod spiritus sanctus eternaliter ex patre et filio / non
tamquam ex duobus principiis / sed tamquam ex uno / non duabus spiracionibus / sed
una spiracione procedit / Et beatus Augustinus libro vi de trinitate dicitur quod pater et

spiratorem

[illegible]

filius non sunt duo principia sed unum principium spiritus sancti. Respondeo quod spiritus
sanctus capitur dupliciter. Uno modo prout sunt due dictiones et sic spiritus sanctus convenit tam
patri quam filio quam spiritui sancto. Alio modo prout est una dictio et sic solum convenit
tercie persone scilicet spiritui sancto. Et ideo vocamus eum spiritum sanctum quia dona sua fa-
ciunt nos spirituales. Unde spiritus sanctus est vinculum uel nexus quo sive unio
patris et filii et hoc mutuo scilicet effective quia ei attribuitur effectus unionis sive
coniunctionis ad nos. Secundo relatio quia ipse refertur ad patrem et filium racione proces-
sionis hinc inde id est relacionis que est quedam spiracio secundum quam ab eis procedit.
Tercio ostensive quia ipse ondit unam eandem essenciam esse patris et filii. Quarto
formaliter quia ipse est amor patris et filii. Ex quo elicio quod spiritus sanctus non pro-
cedit a patre solo nec a filio solo sed ab utroque per similitudinem que est eadem patris
et filii. Et potest capi aliqualis exemplum. Sicut non omnino simile. Sint tres aliqui
quorum unus sciam aliquid invenit et docuit alterum ab eodem memorie di-
dicit et scripsit. Tercius legit et intelligit. Sicut ergo primus scit a semetipso
sciam, secundus a solo primo, tercius tamen a primo quam a secundo. Sic pater a nullo,
filius autem a patre solo, spiritus sanctus patet ab utroque. Et beatus Thomas in q.
de potencia de processione et ordine divinarum personarum dicit quod in ipsis non est
distinctio secundum rem sed solum secundum modum intelligendi tantum quia ibi non
potest esse ordo nisi secundum modum intelligendi. Distinctio autem secundum rem in
divinis non est nisi personarum ad invicem et oppositarum relacionum. Non
in divinis non est ordo realis nisi quantum ad personas inter quas est ordo
nature secundum Augustinum prout alter est ex altero, non quod alter sit prior altero.
Processiones autem et relaciones non distinguuntur in divinis secundum rem sed
secundum modum intelligendi. Unde et Augustinus dicit de fide ad Petrum quod ipsum
patris est quod genuit filium, in quo datur intelligi quod generare filium sit proprie-
tas patris. Nec est alia proprietas quam paternitas que dicitur esse patris prie-
tas personalis. Non est ergo inter processionem et relacionem in divinis quer-
endus ordo secundum rem sed secundum modum intelligendi tantum. Sicut autem
relacio et processio in divinis sunt idem secundum rem et differunt secundum racio-
nem ita et ipsa relacio quamvis sit una secundum rem tamen est multiplex secundum
modum intelligendi. Intelligimus enim ipsam relacionem ut constitutivam
persone quod quidem non habet inquantum est relacio quod patet per relaciones in rebus creaturis
non constituunt personas cum relaciones sint accidentia. Persona vero est aliquid subsistens
in genere substancie. Substancia autem per accidens constitui non potest. Sed scilicet hoc relacio in divinis quod personam
constituat inquantum est divina relacio. Ex hoc enim scilicet quod sit idem cum divina essencia
cum in deo nullum accidens esse possit. Sic enim quod secundum rem est ipsa natura divina hypo-
stasim divinam constituere potest. Est ergo alius modus intelligendi quo intelligitur re-
lacio ut constitutiva divine persone et alius quo intelligitur relacio ut relacio est.
Unde inter probet quantum ad primum modum intelligendi relacio presupponat pro-
cessionem, quantum vero ad alium sic econverso. Sic ergo dicendum est: si consideratur
relacio ut relacio est presupponit processionem in intellectu. Si autem considera-
tur ut est constitutiva persone, sic relacio que est constitutiva persone a qua est processio
est prior secundum intellectum quam processio. Sic paternitas inquantum est constitutiva
patris est prior secundum intellectum quam generatio. Relacio autem que est constitutiva
persone procedentis etc. inquantum est constitutiva persone est posterior secundum intellectum

est processio sicut filiacio est nativitas / et sic ideo est persona procedens intelligitur per terminus processionis aliter vero de halis in summa pre sue summe allegando Richardum de sancto victore in libro de trinitate dicit quod persona de persona triplex procedit / quedam immediate tantum / quedam mediate tantum / quedam mediate et immediate vt quando producitur eva seth enoch / sed eva producitur de adam immediate tantum / enoch mediate tantum quia mediante seth / quod fuit filius seth / seth vero pertinet modo sic mediate et immediate processit de semine ade ingenitus fuit de ipso semine / mediate ingenitum fuit de semine eve / quia eva ab adam / mediata vero tantum productio non potest esse in divinis / quia tunc non esset summus ordo / nec summa connexio in eis / immo considerando ordinem et connexionem ut iustum esset et summam germanitatem / solum quod alie due productiones sint in divinis / productio immediata tantum est productio filij a patre / nec potest convenire productio immediata tantum nisi patri soli / sicut visum est Relinquitur ergo quod mediata et immediata est processio spiritus sancti a patre / immediata ingenitus a patre / mediata ingenitus a filio qui a patre est / est ergo ordo in divinis secundum immediacionem tantum inter patrem et filium / secundum vero mediacionem et immediacionem spiritus sancti ad patrem Notandum circa predictum articulum de processione spiritus sancti a patre et filio greci discordant a latinis / sed unde illa discordia sit orta / ubi advertendum quod ideo quia greci alio modo sunt usi quam latini in cognoscendo seu investigando processionem spiritus sancti Notandum quod in rebus mutabilibus duobus dicitur unum procedere / uno modo dicitur procedere / quando res tamen sit de uno in aliud sicut patet in motu locali / alio modo dicitur procedere aliquid sicut causatum a causa / modo greci receperunt grossiorem modum processionis in sua similitudine / uera iuxta secundum quorum dicitur spiritum sanctum de uno procedere in alium / latini vero perfectiorem modum qui non requirit transitum in alium / sed sufficit quod sit ab alio / et ergo melius dicitur / perfectius de processione Ceterum cum duplex sit spiracio / una que est flatus exterior amoris / alia est flatus interioris amoris / greci tamen grossius et imperfectius receperunt / quia sicut nos per anhelitum facimus flatum / sic spiritus a patre iret in filium / latini vero assimilaverunt spiracionem interioris amoris / et ideo melius Sed ad persuadendum illam viam grecorum Suppono primo quod persone divine non distinguuntur nisi secundum relaciones originis / illa patet ~~ex dictis supra in quarta parte~~ Suppositio secunda quod in divinis est perfectissimus ordo / illa patet quod ubi est pluralitas sine ordine ibi est confusio Tercia suppositio relaciones disparate non arguunt distinctionem suppositorum nisi secundum relacionem ad tercium / illa patet quia alias paternitas distingueretur in duo supposita propter relacionem et spiracionem Notandum quod putant quidam quod tria maxime tractantur in articulo ~~huius~~ / ~~primo ...~~ / in primo videtur spiritum sanctum a patre et filio procedere / in secundo quod aliter procedit ab utroque / sic quod non magis / nec prius ab uno procedit quam ab alio / demum firmiter credere et concedere Et in tercio quod est ab uno principio / non tamen a duobus principiis debemus credere spiritum sanctum procedere Circa primum igitur ad primum articulum premissis notabilibus iam dictis / sit haec quidem conclusio prima ad spiritum quod spiritus sanctus procedit a patre et a filio quam inter in primo summarum dixi / ei probatur multis testimoniis in littera ex sacra scriptura / et primo auctoritate apostoli ad Galatas iiii / dicentis Misit deus spiritum filij sui in corda vestra / constat autem quod nequit vocari spiritus filij / nisi quia originem sumit ab eo cum non sit alia habitudo personarum divinarum adinvicem quam originis Et ad Romanos viii / Spiritus eius qui suscitavit ihesum christum a mortuis habitat in nobis Et Matthei x / non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri Et Johannis xiiii / quem mittet pater in nomine meo / i. ut velle ulterius Et ita spiritus sanctus legitur mittitur a filio ad eos cum venerit spiritus veritatis Et cum

veniet spiritus veritatis quem ego mittam vobis a patre / in qua ostendit se filius spiritum sanctum mittere / et per consequens auctoritatem super eum habere / ergo quod immediate habet auctoritatem / ut magister dicit in primo / hec autem auctoritas non esset nisi spiritus sanctus ab eo procederet / nec aliquis fidelis presumit esse dubium de veritate huius questionis / Ratio quod questio est credulitas per ecclesiam determinatur ut ex auctoritate allegata pro opposito / ita autem spiritus sanctus a patre procedit ab omnibus est concessum / et habetur Johannis xv. Immo licet aliqui doctores grecorum in hac questione discrepant a nobis / Dicit enim Johannes [illegible] in commento super simbolum spiritum sanctum dicimus patri et filio coequalem / et procedentem de patre et filio / [illegible] hec questio omnibus est concludens sic / quia pater in omnia dedit filio que ipse habet preter generationem personalem in qua cum filio habet oppositionem / ut non sit dicit quod sic / et spiratio activa non repugnat filio / ut in eo imperfectio [illegible] pater opposita filio / ergo quod [illegible] dedit et spirationem activam sed dicitur quod non hic est de augustino xv libro de trinitate capitulo [illegible] dicentem pater non [illegible] se perfecte et dixisset si aliquid minus vel amplius esset in eius verbo quam in se ipso / Sed aliqui instant sic contra istam questionem et probationem / omne quod habet filius / ut genitus habet / in opposito respectu ad generantem / sed virtutem spirativam habet ut genitus / ergo omne quod habet generando recepit / ergo ipsam habet cum opposito respectu ad generantem / ergo cum pater pater spirare / filius patrem non potest spirare / Sed contra rationem quod si in divinis persona patris omne illud quod in actu producto / in quo sibi non opponitur / sic pater communicet spiritum sanctum generantem activam / ergo in isto sibi non opponitur et sit spiritus sanctus generans / sicut filius spiritum sanctum generatione passiva / et sic spiritus sanctus esset filius / et hoc quia quod in generatione passiva spiritui sancto non opponitur / Quod primo videtur quod maior non est vera / nisi sit modificata / omne quod habet filius ut genitus / habet cum opposito respectu ad generantem / subaudi patri est generanti / ergo ista proprietate opponitur pater filio / Secundum enim generandi habet filius ut genitus a patre / non tamen sic ut pater generat / et filius non / eodem modo dicendum de spiratione / Ad secundum dicendum quod in divinis persona producta quantum persone producte omnia in genere cum ea non habet oppositionem / omnia que sunt communicabilia / non proprietates personales sunt incommunicabiles / sed proprietas qua persona inesse constituitur quantum esset confusio personarum / non generatio passiva est proprietas personalis filii qua inesse constituitur / unde non communicatur / filio generatio activa constituitur personam patris / spiratio autem activa nullam personarum inesse constituit / et ideo communicabilis est / Secundo questio probatur sic / pater communicat filio omne illud quod filio non repugnat / non spirare non repugnat filio / igitur filius habet hoc a patre / antecedens / quia res non videtur omnimode esse perfecta / que non habet omnia que sibi non repugnant / quia aliquid deest ei quod ipsum possibile est habere / non pater filium generat in omnibus sibi possibilibus / sic quod ei nichil sit quantum ad aliquam additionem / quod sic / quia si spirare sibi repugnaret / hoc esset ratione essentie / et hoc non / quia pater esset eius essentie cum filio / et sibi non repugnat spirare ut omnes concedunt / ut repugnaret ei ratione filiationis sed ratione proprietatis personalis / et hoc non / quia spirare nullam oppositionem habet ad filiationem / Tercio quia processus per modum caritatis est a pluribus eo quod caritas tendit in alterum / sed spiritus sanctus procedit per modum caritatis

amoris caritativi i. re / a. 2 / q. 8 / quia per modum amoris procedit dicitur
est / sed quod caritativus patet quia ille est amor perfectissimus et liberalissimus
Et confirmatur sic quia eternaliter filius sit amator patris / sic pater
filium / et si per modum voluntatis productus amoris spiritus sanctus producitur
/ conveniens est quod ab utroque producatur / Sed forte dicetur contra quia spiri
tus sanctus diligit equaliter patrem et filium / sic ille sermo / quia in
trinitate non est maius nec minus / Ad hoc respondetur uno modo quod hoc est verum
de amore essentiali / sed non de notionali / Vel aliter dicitur quod equaliter diligit
hoc est quod recipit / ut diligatur / non autem est ita in patre et in filio / qui
nil non recipiunt / ut sic filius recipit / hoc tamen non solum est ut diligat
/ sed ut diligendo eum pre ... agat spirando sicut ... quia nisi sic esset in tri

vid

nitate non servaretur debitus ordo in eis ut in omnibus personis / quia
inconveniens / et quare / quia filius et spiritus sanctus inter se nullum haberent ordinem
/ cumque primo eius dependeant a patre ab eterno / De hac questione sunt Augustinus
... de trinitate et multi alii doctores non solum latini sed etiam greci / quorum
mentionem ... in ... / et pro veritate questionis aliqui sunt assignati / Ex qua questione
sicut pater ... pater communicat filio omne quod habet preter relacionem ... con
structam personam patris / distinguitur tamen a filio / et que non repu
gnat distinctioni inter patrem et filium / hoc patet Johannis ... pater filius ad pa
trem dicit omnia que mea sunt / quia nisi hoc esset / non simile ... de fi
lio / nec spirare repugnat distinctioni / inter patrem et filium / Secundo sic quia per spirare pater non distinguitur a fi
lio quo ad omnes ... patet / quia solum generare et generari sunt relaciones
secundum quas pater et filius opponuntur / et tales tamen relaciones originis
constituunt personas / ... supposita / Sed generare et spirare sunt rela
ciones disparate / ergo filius spirare et generari / ergo non distinguunt / ... re
pugnat distinctioni patris et filii / Tercio sic quia pater communicat filio
quicquid et activam spiracionem / ... / omne quod non repugnat distinctioni filii
a patre / et ... patri / quod non distinguit patrem a filio / pater
communicat filio et activa spiracio est huiusmodi / ergo etc. / a ... est primo tercio in
... et sequitur / Quarto sic quia si spiritus sanctus non procederet a filio non
distingueretur ab eo / nisi per ... / quia tunc in filio et spiritu sancto non
essent relaciones nisi disparate / sed ... non sufficiunt ad distinctionem / nisi
... / sic patet per ... suppositorum / ergo ... pre... / quia tunc
in filio non esset spiracio activa / sed sola filiacio / sed illa et spiracio passi
va sunt disparate ... / ergo ... Quinto sic quia spiritus sanctus per rela
cionem originis ... relacioni ... in filio distinguitur a filio / ...
spiritus sanctus distinguitur a filio / et non ... / ... distinccio in di
vinis locum non habet / ergo ... Sexto sequitur ... spiracionem activam / fili
us distinguitur a spiritu sancto / quia nulla alia relacio est in filio que opposita
relacioni constituit suppositum spiritus sancti / ergo etc. / quia alia filiacio disparate
se habet ad spiracionem / ... / ergo ... Septimo dicitur quod questio
... ad suppositum et ... contra ... questione et ex notabilibus
et suppositis in notabilibus premissis / et tunc sic dictum de primo articulo

29 articulus

Quantum vero ad secundum articulum sit per ... questio Spiritus sanctus non pro
cedit / ut causalitate est a patre / et a filio patet / quia ponitur ... in divinis

Legum non habet / ubi totum est commune / nec per prioritatem cause sive dictio per
originem primitatem que est in spiritu sancto / sicut pater et filius / Et ideo in
divinis hec non est causa quod aliquo modo / Secunda conclusio / spiritus sanctus non est plus
originaliter a patre quam a filio / Probatur sic / et quicquid est a duobus tamquam ab uno prin-
cipio / non est plus origine ab uno quam ab alio / Sed spiritus sanctus est a patre et
filio tamquam ab uno principio / ergo non plus ab uno quam ab alio origine / Maior
et antecedens patet / quia quod a pluribus procedit plus originatur ab uno quam ab alio / non est ab
eis tamquam ab uno principio / ad hoc enim quod originaliter equaliter procedat ab
ambobus / sed magis est ab eis ut a duobus principiis [illegible] origina-
tionibus principiatum / et sic non / Tercia conclusio / Nec spiritus sanctus plenius proce-
dit a patre quam a filio / nec expressius / Cuius racio est / quia procedit ab eis tamquam ab
uno principio spirante / modo plenius vel expressius procedere ab uno quam ab alio /
necessario importat distinctionem principii et repugnat unitati principii / [illegible] / Secundo
quod hec maior plenitudo vel intelligatur quo ad personam procedentem / quod forte
secundum aliquid sui principalius procedat a patre / et secundum aliquid sui minus
principaliter procedat a filio / Et istud locum non habet / cum nulla sit pluralitas
in persona procedente / Vel intelligatur quo ad operacionem actualem / puta
quod spiracio activa plenius esset in patre quam in filio / vel expressius
et sic etiam locum non habet / quia cum persone sint per modum unius / spirant ut
unum principium ipsa equaliter eque perfecte / et eque plene necessario [illegible]
ambobus / Ex quo [illegible] principalius accipit [illegible] plus [illegible] / vel cau-
salitate seu origine / vel expressius / vel plenius [illegible] spiritus sanctus non
procedit principaliter a patre quam a filio / [illegible] po-
sitis / Quarta conclusio [illegible] / et principaliter
eodem / spiritus sanctus plus procedit a patre quam a filio / et principaliter ab eodem
[illegible] / quia auctoritas [illegible] manet in patre / [illegible] a filio eque p-
fecte / et [illegible] procedit / [illegible] non auctoritative / [illegible] quod a filio procedit
et filius [illegible] a patre / sic omnia sua [illegible] a patre / [illegible] de trinitate
[illegible] dicit quod principaliter procedit a patre / ut [illegible] in [illegible]
[illegible] / et exponit ad secundum dictum / Et [illegible] sit dictum de [illegible]

Quantum igitur ad tercium articulum / ponitur hec questio [illegible] / quod pater et
filius sunt unum principium spiritus sancti / In hac fere omnes doctores theologie
conveniunt / et racionabiliter / quia idem est declarata per ecclesiam / cum [illegible]
[illegible] in suis determinacionibus / et fuit allegata ante [illegible] affirmando
quesiti / et persuadet sic / quia aliquo modo [illegible] tota trinitas ad creaturam / et
pater et filius ad spiritum sanctum in actu spiracionis / Sed tota trinitas est
unum principium creature / ergo [illegible] pater et filius sunt unum principium spiritus sancti
[illegible] / et antecedens / quia sic creatura procedit a tota trinitate / ita spiritus sanctus a patre
et filio / [illegible] est manifesta / eo quod opera trinitatis indivisa sunt [illegible]
Et hec est intencio beati Augustini [illegible] de trinitate sic dicentis / sicut pater et filius
et spiritus sanctus relative ad creaturam sunt unum principium / unus creator / [illegible]
[illegible] / sic pater et filius relative ad spiritum sanctum sunt unum principium / Sed de modo
quo sunt unum principium est dubium / de quo dicit [illegible] [illegible] pater simul [illegible]
[illegible] in [illegible] principali ad [illegible] quod pater et filius sunt unum prin-
cipium spiritus sancti / [illegible] signatur in hoc nomine principium / [illegible]
[illegible] principium [illegible] per modum [illegible] / et accipit [illegible] a [illegible]

3us articulus

Spirandi

apparet quod sicut pater et filius sunt unus deus propter unitatem forme divine si-
gnate per hoc nomen deus ita sunt unum principium spiritus sancti propter unitatem Hec
Petrus de Candia dicit quod producunt spiritum sanctum ut plures per personalitatem sed ut
unum concordi voluntate Unde dicit quod omnis actio comparatur ad ipsum agens et ad
principium quo agit sed dicit quod agens est suppositum et principium quo agit forma
aliqua in ipso et ideo concedit quod spiritus sanctus procedit a patre et filio ut sunt plures agen-
tes sed tamen ut sunt unum in principio quo agunt et hec solo per similitudinem dicitur et
quod non et quod in dicitur quod hoc principium quo agitur est potencia spirativa in qua
includitur unitas essencie Unde dicit quod in divinis est reperire formam communicabilem
quam habet et formam communicabilem quam duabus et formam communicabilem in
a primo sit actus communicabilis quam habet omnibus personis ut intelligere a secunda
actus quam duabus ut spirare et a tercia actus sive unum ut generare Gregorius
vero de Arimino dicit quod illa proposicio quamvis communiter est concessa ut vera non
tamen est in sua proprietate accipienda sicut in scriptis quam facit de proprietate hominis sed
in sensu quem intendebant qui secundum eum est iste quod pater et filius dicuntur unum
principium spiritus sancti et uno eodem et modo spirant spiritum sanctum et sic tacite unum
principium unde est quod non asserit Bona ventura autem dicit quod una est voluntas
patris et filii sic sunt una substantia et quod spirant spiritum sanctum inquantum sunt unum secundum
dictum voluntatem Petrus similiter dicit Thomas de argentina quod pater et filius
spirant spiritum sanctum ut unum principium sub racione summe caritatis spiratiue indi-
viduabiliter concurrentes et cetera ordine ad terminum productum quod hec virtus spi-
rativa est voluntas fecunda in divina essencia sumpta sub respectu posito ad
spirandum Pro cuius pleniori intellectu notandum quod potencia generandi est esse-
cia divina qua pater eternaliter intelligendo eam dicit filium generat filium sibi equa-
lem cui omnia sua communicat Sic in proposito videtur protensibilior quod esse-
cia spirativa sit eadem essencia qua pater et filius eterna concordia volun-
tatis perfectissima caritate diligendo se spirant amorem scilicet spiritum sanctum necnon
quem eius Quarta quod consequenter dicam sub correctione plenius et melius
intelligendum quod unum principium dicitur spiritus sancti quamvis distincti in persona
inquantum unum sunt in voluntate spirativa vel in concordia voluntatis que
est essencia divina sub certo respectu scilicet spirandi spiritum sanctum Et si dicis ergo esse-
cia divina spirat ergo pater et filius sunt unum principium inquantum sunt
propter in voluntate spirativa que est essencia divina Dicendum quod non sequitur sed bene
sequitur quod essencia est potencia qua pater et filius spirant sub certo respectu
sic eciam est potencia qua pater generat et tamen non sequitur quod ipsa generat Sic
communiter pater et filius concordia voluntatis spirant potencia que est
ipsa essencia sed ex hoc non sequitur quod ipsa spirat Et Marsilius in scripto
primi dicit et circa distinctionem xi questionem et cetera clo iii dicit Difficile est in hac
materia clare et plene loqui sed oportet sequi modum loquendi quem et
subdit quamvis dicat quod sic videtur immo tamen huic dicto videntur se concordare
modi communiter dicentes Gregorius de arimino Et Wilhelmus Anselmus libro
suo de processione spiritus sancti dicit sic Nullus sensus capit spiritum sanctum esse pa-
tris et filii secundum quod alter est pater et alter est filius sed secundum quod uterque
est deus Sed queritur an pater et filius ex quo sunt plures persone possunt
dici plures spiratores aliqui dicunt quod sic sed hoc contra in solucione
ultime racionis dicendo et quod predictis dicitur quod spirator est sanctum et spiracio est prima

pater et filius non debent dici duo spiratores / nec propter hoc ponitur pluralitas in forma a qua quis denominatur spirator. Cum ergo dicitur possumus quod pater et filius sunt duo spiratores / quia adiectiva nomina ponunt numerum circa numerum suppositorum / Et si dicatur quia ergo Hilarius dicit / quod spiritus sanctus est a patre et filio auctoribus / respondendum est secundum [illegible] quod ponitur [illegible] adiectivus ut sit sensus auctoribus id est agentibus vel spirantibus / et tantum de tercio articulo.

Sed ad rationem primam suppositi quod arguitur utrum spiritus sanctus perfecte et sufficienter [illegible] si intelligatur perfecte et sufficienter / sic quod possit ab eo procedere sine filio dicendum quod non / et necessarium quia ergo aliquid patri est impositum / quia spiratio sua est perfecta et completa et virtus sua perfectione habet eam producit cum filio / et ideo non est in hoc superfluus filius / Si intelligas aliter puta quod pater perfecte spirat vel quod spiritus productus sit perfectus / sic conceditur patrem perfecte et sufficienter spirare / et negatur ergo quando quis dicit quod superflue procedat a filio procedere / quia eadem spiratio perfecte sit ab utroque tamquam ab uno principio ut dictum est. Ad [illegible] confirmationem conceditur quod ingenitum unum id est ingenitum est una fecunditas voluntatis et improcessibilis unde quia in patre est plenissima fecunditas nature et voluntatis et ipse hanc a nullo recepit sed originis et generationis et processionis procedit / id est utrique ponitur principium sub ratione innascibilitatis et improcessibilitatis / Filius vero licet sit principium generationis quantum voluntatis fecunditas / quia non est innascibilis quia tamen inspirabilis sicut pater / ideo est principium secundum ordinationem que est processio / et non primo / Spiritus vero sanctus nullo est principium quia nec innascibilis / nec inspirabilis sive improcessibilis / Sed ad rationem primam quesiti loquendo de prioritate temporis / vel cause / vel dignitatis / nec autem ad rationem conceditur quod persona patris est prima prioritate originis in [illegible] / quia non est ab alia / sed tamen quia pater et filius non sunt plura principia / sed unum principium spiritus sancti ideo non prius a patre quam a filio procedit spiritus sanctus / Sed de confirmatione dicendum quod licet dignius sit non esse ab alio nisi quod persona patris non est ab alia / sed alie sunt ab ipsa / non tamen est prior origine pater quam filius respectu processus spiritus sancti / Sed ad rationem contra secundum quesitum dicendum [illegible] [illegible] dicitur de principio spirativo iuxta duos modos in tercio articulo dictos [illegible] dimissis illis dico iuxta modum quorundam quod spiritus sanctus procedit a patre et filio ingenitum sit unum in essentia sub respectu spirationis spiritus sancti / vel ingenitum sit unum in voluntate spirativa / quod est essentia [illegible] est principium respectu actus spirandi / et conceditur quod spiritus sanctus est ista essentia / sic [illegible] est ingenitum ea spiratur / non ingenitum est concordia voluntatis patris et filii respectu actus spirandi / sicut [illegible] potencia generandi filium est essentia / que est filius / sed in eo non est potencia generandi active / sed in eo est potencia ad generari / et tantum sit dictum de tercio articulo. Sequitur articulus pertinens ad divinitatem quo ad effectum [illegible]. Et primum secundum [illegible] et

applicatum [illegible] / circa quod nota quod sicut videmus in corpore naturali hominis sic est in mistico / id est in ecclesia. In homine autem est una anima / et unum corpus diversa tamen membra / diversa officia habencia / sic necessaria ad regimen et ad integritatem corporis. Sic est in ecclesia / que est quasi unum corpus hominis diversa membra / anima autem que hoc vivificat est spiritus sanctus / et lo[...] [illegible] de spiritu sancto invenimus

crede ecclesiam katholicam. Et sciendum quod ecclesia i. congregacio fidelium in qua
bonus quilibet est sit membrum habet 4 condiciones. Prima quod est una
Cant. 6. Una est columba mea. Hec autem unitas ex tribus causatur. Primo
ex unitate fidei quam omnes credunt corde et ore confitentur. Et ideo apostolus ad
Ephes. 4o dicit: Unus deus, una fides, unum baptisma. Secundo ex unitate
spei, quia omnes firmati sunt in una spe perveniendi ad vitam eter-
nam. Ad Ephes. 4o: Unus spiritus et unum corpus in una spe vocati-
onis. Tercio ex unitate caritatis qua omnes connectuntur in amore
dei ad invicem in amore. Jo. 17: Volo ut unum sint sicut ego
et pater unum sumus. Ex quo sequitur quod nullus debet velle aliquo modo sequestrari
ab illa ecclesia, quia non est nisi una ista quam salvari possumus et non
extra, sicut extra archam Noe nullus fuit salvus. Secunda condicio quod
est sancta, et ideo in symbolo dicitur sanctam racione puritatis, vel sanctam i. san-
guine Christi tinctam. Et hic dicitur ad differenciam ecclesie vel congregacionis malignan-
cium, de qua dicitur psalmo 25: Odivi ecclesiam malignancium. Tercia est quod
dicitur katholica i. universalis a katholos grece quod est quod latine et dicitur univer-
salis. Primo quantum ad locum, quia per totum mundum. Nam ecclesia est congre-
gacio fidelium. Fides autem per totum mundum est dispersa. Unde Aug. Gen-
tes in mundum universum predicate evangelium. Et hec ecclesia habet tres partes: unam
in celo, aliam in terra et terciam in purgatorio. Secundo dicitur universa-
lis quantum ad condicionem hominum, quia nullum abicit: non dominos nec servos, non
masculos nec feminas. Ad Gal. 3o. Tercio quantum ad tempus. Licet aliqui di-
xerint quod ecclesia durare debet usque ad certum tempus, sed hoc est falsum, quia hec ecclesia incepit
ab Abel et durabit usque ad finem mundi. ~~Tercia condicio~~ Quarta condicio
quod dicitur apostolica i. firmacione doctrine apostolorum, quia per documenta apostoli-
ca fideles in unitate fidei sunt adunati, quia in omnem terram exivit so-
nus eorum. Psalmo 18. Et hic dicitur apostolica i. firma, quia habet firmum funda-
mentum, scilicet Christum. Ja. ad Cor. 3o: Fundamentum aliud nemo potest
ponere preter id quod positum est, quod est Christus. Fundamentum autem secunda-
rium sunt apostoli et eorum successores. Ideo dicitur apostolica, id est firmiter
in apostolis fundata. Unde Apoc. 21 dicitur quod civitas habebat 12 fundamenta
et erant ibi scripta nomina 12 apostolorum. Et ideo est quod ad designandum fir-
mitatem ecclesie caput eius vocatus est Petrus i. firmus. Firmitas autem eius
apparet, quia nullomodo destrui a persecutoribus potuit, immo in persecu-
cionibus magis crevit, quia fundata erat super firmam petram. Unde
Albertus magnus de hoc nono articulo sic inquit: Deinde tractantes
articulum nominis diximus sic et unam sanctam katholicam et apostolicam
ecclesiam, nichil huic addentes articulo, nisi quod diximus in unam, hoc
ad explanacionem addentes contra scismaticos tunicam domini incon-
sutilem scindere nitentes. Filii autem sancte cantica: Una est columba mea. Et
de hoc in libro corporis Christi satis dictum est. Sequitur: Confiteor unum
baptisma. Et dividitur in duas partes. Primo ponitur unius sacramenti confessio
cum dicit unum baptisma. Secundo eius virtus vel operacio ibi in re-
missionem peccatorum. Unde hic ponitur confirmacio sacramentorum, quibus peccata

4 condiciones ecclesie

Unitas

2

3

4

Albertus

Sacramentum ...

delentur/ Unde ad hunc articulum pertinent omnia sacramenta/ licet solus bapti-
smus hic exprimatur/ quia baptismus est principium et ianua omnium aliorum
sacramentorum/ sine quo nullus potest fieri saluari/ adeo de ipso solo fit mencio
singulariter/ et tamen in dictum datur intelligi principaliter/ De hoc sacramento dicitur Ezechielis
36 Effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inqui-
namentis vestris/ Unde Albertus magnus Deinde tractantes de communi

concilio dixerunt Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum

Apostolus autem dicebat remissionem peccatorum/ et addidit ad confessionem sancta
synodus/ Confiteor vnum baptisma quia non remittuntur peccata nisi per
sacramenta/ quorum ianua et fundamentum est baptismus/ Et ideo bapti-
smus ut fundamentum in omnibus aliis remissionem operatur Johannis iii°
Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest intrare in regnum
dei/ Dicit autem vnum baptisma ut innuat vnum esse baptisma cristi
et non secundum numerum baptisatorum baptisma/ quidam enim dixerunt quod ab uno me-
lior est quam ab alio/ Contra quod dicit sancta synodus Confiteor vnum et equa-
lis valoris baptisma quod est baptisma in forma ecclesie celebratum/ hoc
enim est vnum baptisma et equale/ siue detur a bono siue a malo/ quia bapti-
sans est sicut minister/ Domina autem cristus qui equaliter dat per bonum et
malum baptistam/ Unde Augustinus Quid facit tibi minister malus/ ubi
bonus est dominus/ quasi dicat nichil/ Cristus enim est qui baptisat mediante eo qui
visibiliter baptisat exterius/ Johannis 1 Ille qui me misit baptisare in aqua
ille dixit mihi super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum
hic est qui baptisat/ Et sic baptismus est vnus vnitate forme et vni-
tate mediante baptisantis/ Tercio autem dicit in remissionem peccatorum/ Actuum
1 Johannes quidem baptisauit aqua vos autem baptisamini in spiritu sancto non
post multos hos dies/ Actuum 19 Johannes baptisauit aqua in eum
qui venturus erat post se ut crederent hic esse in ihesum cristum/ et tunc
baptisati in nomine ihesu et acceperunt spiritum sanctum/ Circa punctum articuli
qui est de vnitate baptismi et de collacione seu remissione peccatorum pro primo
moueo istam questionem/ Utrum baptismus conferat graciam delen-
tem culpam/ Et quod primo vnum presuppono et duo queram/ presuppono quod
baptismus conferat graciam/ et queram de modo delendi culpam pro primo secundo
Et tercio de modo delendi culpam vniuersaliter/ Contra suppositum ar-
guitur sic/ baptismus non confert graciam/ presuppono hoc sic/ quia
voluntas pueri non mutatur/ ergo sic ei uniformiter respectu gracie
sed deus hoc paratus est dare/ ergo eodem modo dat/ modo non dat/ hoc est nisi per
mutacionem in voluntate suscipientis/ ergo si in puerulo non mutatur vo-
luntas non recipit graciam ergo etc./ In oppositum suppositi arguitur sic
baptismus confert graciam etc./ quia puer baptisatus est dignus
vita eterna/ nam si nunc decederet statim euolaret/ sed hec digni-
tas non est sine gracia/ ergo habet graciam/ quam ante baptismum non
habuit/ ergo baptismus confert graciam etc./ quo adsupposito hec/ Sed
quod assistitur primo modo baptismus non tollit omnem culpam in hoc quod diuersimode

Marginal note (upper right): de vnitate articuli

Marginal note (right, level with "moueo istam questionem"): quero

Marginal note (lower left): quero

morborum diverse sunt medicine sicut dicit / sed invenimus quod illud quod non
sanat omnem, quod sanat catarticum ergo cum culpe sint diverse non tantum
specie / sed genere scilicet culpa originalis / et actualis mortalis / ergo ad hoc quod
curantur necesse est quod diverse adhibeantur singules medicine / sed bapti-
smus est unicum sacramentum / quia est delere peccatum originale / ergo
baptismus non delet omnem culpam actualem / ergo conclusio quo ad
quesitum falsa. In oppositum pro veritate est Augustinus in Enchiridion quod tam
parvuli quam adulti in baptismo moriuntur originali peccato / et Isidorus
de summo bono parvuli originali peccato carent per baptismum / sed originale peccatum
tolli non potest / nisi simul tollatur actuale / si ibi fuerit / ergo baptismus
tollit omnem culpam si invenerit aliquam cum originali / Respondeo hec questio
distinguitur in tres articulos. Primus est de modo conferendi gratiam per
baptismum / et tangitur cum dicitur baptismus confert gratiam / Secundus
est de modo delendi culpam per baptismum specialiter cum dicitur / delet / Ter-
tius est de modo delendi culpam universaliter / et tangitur in fine cum
concluditur / delet omnem culpam. Quantum ad primum articulum / notandum
baptismum conferre gratiam potest intelligi dupliciter / Primo virtute sua continua-
tive / sibi naturaliter inherente / quod patet in signo de ceco nato / Iohannis illuminato
Iohannis ix° et de rebecca uxore ysaac Genesis xxv. Alio modo virtute divina sibi sup-
naturaliter assistente ad invocationem Christi non sacerdotis dicentis / Descendat in
hanc plenitudinem fontis virtus spiritus sancti / ut patet illi sacramento supernaturaliter assistat
/ non per inherentiam / quia virtus divina non est alligata sacramentis ut dicit Augustinus
Alexander vero de hales in quarta parte sue summe dicit quod proprie confertur gratia
sanctificationis sive purgationis a peccato originali in baptismo / et hoc merito
passionis Christi / et aliene fidei / et virtute sacramenti / et huius ratio est / quia tunc tempore
divine misericordie / intuitione sue parvuli impotentie / tum tempore suis culpe / quia
cum per actum alterius fuit culpa contracta / et ipsi non poterant se adiuvare
/ misericors deus congruum reputavit eis per alium subveniri / Sed cum pro illa
culpa nullus satisfacere poterat purus homo / ideo subvenit deus genus
humanum per passionem Christi / et cum ius eius effectum non habet passio / nisi
in hiis qui volunt fieri membra Christi / et consenciant / et hoc non poterant par-
vuli per se / ideo subvenit eis voluntas / et fides aliena / Sed quia fides sub-
venit profitendo / et hoc est in sacramento ubi per est professio mortis Christi in
signo / ideo subvenit per sacramentum / unde ea sit dispositiva parvuli
ad salutem / et primum est passio Christi / secundum fides aliena / tercium vero et
immediatum est virtus sacramenti / que caracterem imprimit qui ad gratiam
disponit. Et per hoc patet solucio ante oppositum quesiti / quia voluntas parvuli
non operatur ad susceptionem gracie / sed passio Christi / et fides aliena / Et
Richardus in scripto quarti dis. iiii dicit [illegible] quilibet et per meritum passionis sue
omnibus ianuam paradisi aperuit plenarie / quantum ad sufficienciam / quod nullus
homo alius facere potuisset / sed per baptismum inquantum est instrumentum divi-
ne / quo primo homo efficitur particeps meriti passionis Christi / et membrum
ecclesie / cuius caput est Christus / et quo tamquam speciali signo confertur bap-
tizatis passionis Christi in immersione / et eius resurrectionis / in elevatione
de aqua / aperitur baptizato plenarie ianua paradisi quantum ad effi-
caciam. Unde secundum Bedam et auctoritatem eius quam ponit in textu adducit

ca° v. inter alias diras / inter circumcisionem et baptismum prima est hec quod tempore
circumcisionis / circumcisi ianuam regni celestis nondum intrare poterant
sed modo homines hoc possunt per baptismum / Sic autem baptisato ianuam paradisi
aperire / est contra illud / quod animam baptisati separatam a corpore
potest ab ingressu paradisi prohibere / simpliciter vel ad tempus / Tunc autem animam separa-
tam simpliciter ab ingressu paradisi prohibent / dicitur quod duo scilicet mortale peccatum / scilicet
originale vel actuale / et obligacio ad penam eternam / Tunc autem prohibent
ad tempus sunt tamen duo / scilicet peccatum veniale / et obligacio ad temporalem penam
Illa enim superna ierusalem / libera est ab omni servitute culpe et pene Dicente
apostolo ad Galatas iiii° Illa que sursum est ierusalem / ergo per baptismum non tantum
deletur in baptisato omnis culpa / sed etiam sibi remittitur omnis obligacio
ad penam eternam / sive sit debita originali peccato / sive actuali / et omnis
pena temporalis debita actuali peccato de quo infra dicetur / Ex quo patet quod ba-
ptismus aperit ianuam regni celestis / et aperire ianuam celi est tollere
impedimenta ingressus in regnum / et primum impedimentum est deformacio dei ymaginis
ex parte anime / et hoc impedimentum tollitur per baptismum / quo anima informatur
/ in tollendo culpam / et ornando virtutibus / Parvulis enim in baptismo con-
feruntur virtutes quantum ad habitus / sed non quantum ad actus / Quod autem
anima ornatur virtutibus dicit Ezechiel xvi° / sic omnes inimicos relinquens
virum suum / Glosa dicit / quos enim in baptismo copulavit et orna-
mento virtutum decoravit / Aliud impedimentum est offensa creatoris et
creaturarum / quod amotum fuit / passione Christi ut placavit offensam Christus
pie moriendo / quam provocaverunt primi parentes impie peccando unde
Christus moriendo satis fecit pro peccato primorum parentum et offensam dei pla-
cavit Ad Colossenses i / pacificans per sanguinem crucis eius sive que in celis
sive que in terris sunt / Super quo Glosa pacificavit per mortem crucis
celestia et terrestria / quia patet hominem introivit in celum / Tercium impedimentum
fuit corruptibilitas sive mortalitas ex parte corporis / Hester iiii non erat licitum
indutum sacco i. corpore corruptibili et mortali intrare aulam regiam / i Corinthios
xv Oportet corruptibile hoc induere incorrupcionem / et mortale hoc induere
inmortalitatem / hoc impedimentum amotum est resurreccione que est causa nostre
resurreccionis / i Corinthios xv Si Christus resurrexit et nos resurgemus / Glosa per ipsum
enim fiat resurreccio mortuorum / Christi enim resurreccio est causa nostre resu-
rreccionis spiritualis causa motiva et efficiens quodammodo ... ergo amocio est
ianue aperio Ad Hebreos x / et ideo supra ponit quod plures effectus baptismi
Primus est contra malum culpe / alius contra malum pene / Tercius quantum
ad ornatum in bonis respectu meriti / Quantum autem ad primum effectum est equali-
tas in suscipientibus baptismum in quo omnium peccatorum est similiter plenaria
remissio / sive enim sit parvulus qui est gratia nullus ... contraxit
peccatum sive adultus / Quantum autem ad alia duo non est equalis effectus hic tamen non
est quantum est de virtute sacramenti / sed quantum est de condicione suscipientis unde
secundum fidei proporcionem maiorem et minorem gratiam baptismalis / maiorem
et minorem effectum quantum ad alia duo / fomes enim in quantum est pena
magis et minus diminuitur per gratiam baptismalem / secundum quod maior et
minor est devocio fidei in suscipiente / aliter est forte de aliis penis
contractis scilicet infirmitate ignorancia malicia / aliter secundum quod peccatum

libera est

maior et minor purgatio a peccato et circumstanciis peccati maiorem et mino-
rem secundum effectum gratie baptismalis / tum autem secundum maiorem preparacionem fidei et mino-
rem preparacionem expediciuus et efficaciuus ordinat in viam merendi gracia
baptismalis sequitur / Eo enim gracia expediciuus agit quo maius sibi subiectum
tum et minus impedimentum / Et Richardus ubi supra sic dicit quod in bapti-
smo eandem graciam recipiunt de lege communi et eandem fomitis repressionem
quia illa est per caracterem et graciam / Si autem loquamur de adultis inter se vel
per comparacionem ad paruulos sic dico quod non in omnibus est equalis effectus ba-
ptismi / nec quantum ad remocionem mali / nec quantum ad collacionem boni
quia in paruulis enim delet solum originale et penam ei debitam / In adultis autem delet
et originale et actuale / et remittit obligacionem pene debite tam origina-
li quam actuali in uno in adulto / plura delet peccata quam in alio / quia plura inuenit
/ quia ibi adulti non equaliter ad susceptionem gracie se disponunt / et ab eadem
virtute est effectus maior in materia magis disposita / ideo non omnes adulti in
baptismo equalem graciam recipiunt / et ex quo nec equalem fomitis repressio-
nem / et quia vniuersaliter magis pollet fides et disposicio propria quam aliena ideo ce-
teris ~~paribus~~ paribus maiorem graciam recipiunt adulti in baptismo quam paruuli

Ex premissis sit hec conclusio ad istum articulum Baptismus confert graciam
virtute diuina scilicet superne assistente et non virtute propria. Et quantum ad hanc conclusionem
prima pars conclusionis scilicet quod sicut baptismus confert graciam regenerantis virtute
spiritus sancti / qui datus est nobis / sic spiritus sanctus est virtus diuina sacramento baptismi
superius assistens in efficaciam anime baptizati saluandum et in potenciam anime vt ira-
scibilem concupiscibilem et racionalem cum virtutibus spei fidei et caritate se la-
tissime diffundens / Secunda prima pars conclusionis est vera / quod considerans venerabilis
Beda de baptismo dicit sic ait Ex opere tactu sacratissime sue carnis vim regenerandi
contulit omnibus aquis quibus baptizantur quod fieri non potest nisi virtute
spiritus sancti ibi superius assistentis / Et pro maiori conclusio cum suis ligatur conclusio
imbibit aduertendum quod baptismus confert graciam tripliciter / effectiue et dispo-
sitiue Dicitur instrumentaliter / quod solus deus confert graciam in baptismo prin-
cipaliter Dicitur effectiue / quod baptismus hoc efficit in baptizato spiritualiter / quod ab-
lucionis forma naturaliter et significatiue racione sue prolacionis / perspicuitatis et frigi-
ditatis Dicitur dispositiue quod baptismus disponit animam baptizandi ad su-
scipiendum graciam / quam tamen solus deus creat de nouo in anima baptizati / Secunda
pars conclusionis patet quod baptismus non confert graciam virtute propria / Et ideo in principio
quia virtus diuina non est ista sacramenti licet in decretum in ad clementem fiat sacramentum
Corroboratiuum diuina / licet solus deus conferat graciam in baptismo superna-
turaliter et principaliter tamen dona creata conferendi aliquaminus baptismo inseruit / Corro in
secundum baptismus 10. licet ad primam se cum sola / tamen ad graciam non producitur
Concomitancium Cuius fidelis per baptismum apta est ianua celi / et tamen de
celo prius / Quantum ad secundum de modo delendi culpam in speciali et signanter
de modo delendi culpam originalem per baptismum est aduertendum / quod peccatum originale
tollitur in summa secundum sententiam beati Thome. et modernorum doctorum quia originalis
iusticia / qua in racione per se ad deum et in obediencia vero inferiorum ad
superiores consistebat et visionem diuinam in se continebat / quieto vero Adam
in lapsu per racionem voluit ad deum corporis / inquantum rebellio corporis ad animam est sub-
secuta ab in secunda iusticia et sic priuatus est iusticia originali per racionem

inficiatur quam nobis transfundit qualiter hinc imprimatur in nos peccatum originale
per corpus in animam cum carentia originalis iusticie et cum pronitatis defecti-
bus transfundendo. Et tamen de peccato originali in summa. Secundo vero peccatum originale
deleri per baptismum intelligitur explicite primo modo per modum superficialis abrasio-
nis qua quis abraditur pilis remanentibus radicibus in carne infecta sicut
dicunt pelagiani. Secundo per modum radicalis cohibitionis sicut ad dolorem morbi
et morsum canis rabidi mitigatum apposita medicina. Tercio modo per modum
radicalis extirpacionis quemadmodum arbor mala vel herba extirpatur cum
radice ne amplius crescat. Aliter vero de hoc notandum ubi supra quod deus
sacramento baptismi contulit proprios et principales duos effectus scilicet munda-
cionem a culpa et solucionem precii qui fiebant in effluxu sanguinis et aque
de latere christi Iohannis xix. In effluxu enim aque fiebat purgatio a culpa, in efflu-
xu sanguinis solucio precii sive satisfactio damni quod recepit deus pater
ex amissione hominis. Istos duos effectus contulit baptismo cuius virtus
est ex fluxu aque et sanguinis de latere christi. Unde sicut ex lapide [illegible]
[illegible] aqua lavatur et baptismus habet virtutem lavandi a culpa. Sicut satis-
fecit pro homine effusione sanguinis sic et baptismus virtutem tollendi rea-
tum sive debitum pene. Unde [illegible] Ro. Item est forma fuit gloza ex la-
tere ade dormientis assumpta est costa unde formata est eva sic ex
latere christi profluxerunt sacramenta scilicet aqua ablucionis et sanguinis redemp-
cionis per que salvatur ecclesia. Istos ergo effectus scilicet ablucionis a culpa et so-
lucionis reatus que reddunt sacramento redemptionis dedit baptismo. Ergo quod
habet virtutem abluendi a culpa et solvendi a pena. Aliis sacramentis dedit
virtutem iuxta alios effectus passionis sicut augmentandi caritatem confir-
mandi robur contra temptaciones etc. Quare autem sit tanta virtus et effi-
cacia huius sacramenti dictum est supra. Dicendum est ergo quod pena origi-
nalis est duplex scilicet eterna que penitus deletur et temporalis que deletur
quantum ad dominium licet non simpliciter. Unde Ro. vi vetus homo noster simul cru-
cifixus. Gloza est duplex pena iehennalis et temporalis. Iehennalem pror-
sus delevit temporalem nondum penitus tollit. Manet enim fames et sitis
mors et huiusmodi. Sed regnum et dominium eius delevit. Hec gloza. Et
loquitur ibi de morte christi cuius effectus descendit ad nos per sacramentum
baptismi sicut patet ex littera precedenti. Penam ergo originalis tollit quantum ad
dominium non penitus simpliciter. Et quantum quare non omnino tollit tam
sicut actuales. Dicendum quod huiusmodi pene etsi sint plures i. spacium proximum
sunt tamen a natura unde debentur ipsis personis racione qua sunt de massa
maledictionis sive peccati propter quod remanente persona in natura tali
et remanent pene. Hec igitur est prima racio quare remanent. Alie sunt
quasi actuales scilicet hec ne homo putaret liberacionem a penis esse premium
baptismi. Ex premissis elicio pro isto articulo istam conclusionem. Baptismus
delet peccatum originale non per modum superficialis abrasionis sed per modum mi-
tigacionis in hac vita et per modum radicalis extirpacionis in morte
usque ad futuram vitam. Pro prima et secunda parte dicit beatus augustinus in hec
verba. Dicimus baptisma dare indulgenciam omnium peccatorum et auferre peccata non
radere. Et hoc quo ad primam partem. Sed secunda patet de mitigacione corru-
pcione originalis peccati in hac vita per magistrum in 4° sententiarum dist. [illegible]
gracia baptismi mitigat fomitem nisi eius voluntate reddat vires

fomiti i. concupiscencie. Sed tercia patet per illud Genesis viii ubi dicitur: Columba recessit de archa et non reddeunte cessantibus aque diluvii aquis diluvii exsiccata est superficies terre. Glossa id est anima recessit de cordis archa in mortem et non redeunte super aquas diluvii baptismalis sed humiditas corrupcionis originalis peccati est exsiccata et eradicata. Secundo peccato vita

Conclusio prima: homo acceptus in originali peccato eget gracia baptismali

Conclusio secunda: Christus caruit peccato originali, ideo non eguit gracia baptismali

Conclusio 3a: filii parentum baptisatorum generati vel generandi sunt gracia baptismi regenerandi

Tercium ad tercium articulum de modo delendi omnem culpam per baptismum est advertendum: omnis culpa nostra perpetratur duobus, aut omissione obmittendo bonum facere, aut commissione malum faciendo, ut dicit Bonaventura li. 2 dis. 35 ar. 2 ca. [illegible], que est duo gradus culpare peccato aversionis a creatore et peccato conversionis ad creaturam. Nota quod duplices sunt pene, quedam temporales, alie eternales. ~~Item dicit alter quod in sacramento baptismi~~ ab omni eternali absolvit baptisma delendo omnem culpam. In spiritualibus vero distinguendo quod quedam contrahuntur, quedam assumuntur sive imponuntur. Contrahuntur autem sicut fames, sitis et passiones contemporanee vite, quedam imponuntur et assumuntur ut ieiunia et vigilia et [illegible] et laboriosa opera. Baptisma igitur absolvit ab omni pena eternali, absolvit nichilominus ab omni pena spirituali satisfactoria sive assumpta, non autem ab omni contracta ut pote a fame et siti, infirmitate et ceteris penis spiritualibus. Racio autem huius est quod deus ad hoc ipsum non ordinavit, et racio quare non ordinavit est quod congruum fuit quod huiusmodi penalitates in nobis relinqueret, et hoc ad manifestandum equitatem divini iudicii, ad demonstrandum meritum passionis Christi, ad promovendum meritum hominis [illegible]. Ad manifestandum equitatem divini iudicii ut illa sentencia quam dictaverat de morte Ade et posteriorum [illegible] immobilis permaneret. Unde quia illa nemo evadit ad ostendendum fructum passionis Christi, quod si dominus curaret [illegible] et fomiten [illegible] filius nasceretur immunis a culpa nec indigeret regenerari a Christo deo, ut igitur omnes sciant passionem nostram agere, dicta est virtus sacramento a passione, quod ad hoc [illegible] tum est ut penas remittat sic penas remittat simpliciter, non valet quod remedium respicit primo [illegible] nam ad amplificandum meritum hominis [illegible] quod promovet ad bonum [illegible] huius penalitates dantur [illegible] cetera que dicta sunt. Tercio ad 3m dicit [illegible] quod in sacramento baptismi si plene percipitur eius efficacia et remedium omnis culpa deletur et restituitur homo in pristinam innocenciam [illegible] ad animam. Si queratur racio huius dicendum est huius racio talis fuit divina liberalitas que tantam huic sacramento contulit efficaciam. Si autem queratur racio huius potest multipliciter assignari. Prima potest esse ex parte eius quod est ~~[illegible]~~ baptisma enim ipse est contra originale quod inter omnia peccata peiores in anima relinquit sequelas, et eius corrupcio est [illegible] et magna et ideo congruum fuit ut deus magne efficacie remedium instituerit in contrarium, ut sic in corrupcione illius morbi manifestaret rigor divine iusticie, sic et in remedio manifestaret dileccio divine misericordie, ut non solum morbum sed omnia que consequuntur annexa huius remedii virtute deleantur et hoc est quod dicit Ro. vi. non sicut delictum ita et donum etc. Secunda congruitas est racione eius ad quod est quod scilicet est ad regnandum [illegible]

sacramento transfertur homo a parte concupiscencium in adopcionem filio-
rum dei et maxime aperitur largitas divine manus in primo reditu et
adventu et hoc quod dicitur ad Titum iii° per lavacrum regeneracionis et renova-
cionis spiritus sancti quem effudit in nos abunde. Tercia congruitas est
racione ordinis quia istud est primum inter omnia sacramenta et funda-
mentum ad alia adeo ut perfectum statuatur fundamentum placuit
divine menti huic sacramento perfecte dare efficaciam ad delendum omnem
culpam ut posteriorum obliviscatur is qui baptisatus est et quod nominis
effectus omnia ad interiora extendat se. Quarta potissima racio est super-
rogacio Christi in humana redempcione quia opus eius satisfaciendo pro homine da-
mnato in infinitum superrogavit et satisfaciendo quia in incomparabilia ma-
iora sunt precium redempcionis quam delictum ipsum. Unde Augustinus in quodam
sermone Si equa lance libentur culpa hominis peccatoris et precium
redempcionis non tamen distat infima pars inferni a summo celi cardi-
ne. Intelligendum igitur quod gracia baptismalis licet non in quantum gracia
habeat prerogativam quantum ad delendum peccata venialia quia tunc magni-
tum est gracia baptismalis et hoc racione meritis passionis et maxime
ex virtute passionis Christi racione eius quod opus eius superrogavit in satis-
faciendo pro peccato originali. Sed virtus baptismi sine gracia baptismalis prerogati-
va habet delendi peccatum aliquod veniale quod non est gracia simpliciter de-
lens. Premissis ponitur conclusio huius articuli tercia in ordine que est hec:
Baptismus virtute passionis delet tam culpam omissionis quam commi-
ssionis. Probatur quia omnis culpa est delictum aut peccatum. Delictum est cul-
pa omissionis qua homo delinquit bene faciendo et avertendo se a crea-
tore per se. Sed peccatum est culpa commissionis qua homo committit ma-
lum et se ad creaturam convertendo ut dictum est in notabili primo. Sic in
veteri testamento hostie pro delicto et hostie pro peccato una fuit lex levi-
tici quarto. Ita in nova lege hostie gracie tam pro delicto id est culpa omissio-
nis quam pro peccato id est culpa commissionis unica debet esse lex scilicet gracie sacramentalis baptismi
qua omnia peccata abluuntur. Id quod verum. Corrolarium primum non solum culpas
originales baptismus delet sed eciam actualem mortalem vel venialem patet quia cor-
relative hec omnia peccatorum genera in predictis culpis tam omissionis quam
commissionis includuntur. Et hoc consonum est in forma beati Augustini in de bap-
tismo parvulorum dicentis In generacione carnali solum peccatum originale contrahitur
sed in regeneracione spirituali non solum originalium sed eciam voluntariorum fit
omnium remissio peccatorum. Corrolarium secundum et vicium superbie iniquitatis bapti-
smus delet et iniquam cupiditatem patet ex eodem fundamento quia hec duo
vicia in predictis peccatis omissionis et commissionis includuntur que bapti-
smus delet. Corrolarium ultimum corporis et mentis lavat fons ab omnibus
inquinamentis patet ex eodem fundamento quia utriusque vicia tam corporis quam
mentis in predictis includuntur que baptismus delet. Et hoc conformiter in
forma est Ezechielis xxxvi° capitulo dicentis Effundam super vos aquam
mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Corrolarium quarto
ut ipse non pie est verum. Sed tunc ad racionem ante oppositum factam quia
dicitur voluntas parvuli non mutatur etc. Respondetur quod voluntas parvuli
non operatur ad suscepcionem gracie sed meritum passionis Christi et fides
aliena prout dictum est in primo notabili. Ad secundam quod quesitum

Baptismus non tollit totam culpam etc. / Nota autem et quod dicitur diversorum morborum diverse sunt medicine. Dicitur quod unicuique morbo est determinata medicina / unde contra quandam speciem / sic morbo qui est petitio carnis ieiunium / morbo qui est cupiditas elemosina / morbo qui est superbia oratio / nichilominus quod bona spiritualia maxime sunt diffusive nature / et communicativa sue bonitatis / et sic gratia / que est prius omnium operum spiritualium / que communis est / et omnium morborum reparativa / unde ideo potest esse diversorum morborum medicina in spiritualibus / unde sic potest homo satisfacere de peccato carnis per ieiunium / per frequentiam orationis et largitionem elemosinarum / et cum dicitur diversorum morborum diverse sunt medicine / dicendum quod verum est et in spiritualibus et in corporalibus / nichilominus ratione qua bona spiritualia sunt nature diffusive et communicativa sue bonitatis / ideo potest esse medicina diversorum / non tamen ut quoddam antidotum et videtur / Et hoc vult Gregorius cum addit bonum sanat omnem quod etc. / Sed ut quevis quam qualitatem sortitur eorum predicta / et loquitur ibi Gregorius non de sanatione culpe que fit per gratiam / sed de illa que est reatus sive pena videntis per opera gratie. Si autem volumus extendere hoc ad medicinas sacramentales plura potest dici quod medicina potest referri ad morbum duo / aut ad illum ad quem principaliter et appropriato modo est ordinata / et secundum hunc sensum et relationem diversorum morborum diverse sunt medicine sacramentales / aut potest referri coniunctim illi morbo ad quem principaliter est ordinata et secundum hunc sensum et relationem non sunt diversorum morborum diverse sunt medicine / immo si medicina sit alicuius virtutis non tantum curat morbum ad quem principaliter est ordinata / sed et alium sibi coniunctum et hoc non est / quia non ordinatur ad illud sed ratione efficacie virtutis illius propter quam non compatitur secum aliquem morbum languidi / talis autem virtutis est medicina baptismalis / quia non tollit originale ad quod principaliter est ordinata / sed propter peccatum enim primi parentis divino iudicio quatuor erant mala inflicta homini / scilicet infirmitas · ignorantia · malicia et ex hiis omnibus conflata concupiscentia / Sed dices prudentis medici est tollere non solum morbum / sed et radicem morbi infecta facultatem / quam quia non tulit predicta quatuor / Si enim morbum tolleret et non radicem morbi si posset / imputaretur sibi in maliciam / ergo videtur quod summus medicus debuit tollere morbum originalis cum radice · i · corruptione / que est ex parte nature / sic quod non relinquitur post baptismum vel in baptizato aliqua corruptio que sit causa transfusionis ipsius culpe et reatus in alios / ad hoc videtur quod prudentis medici est non solum necessitatem tollere / unde est morbus / sed cessitatem unde sanitas est / et verus medicina consistit / unde sic est omnis intentio sanitatem perfectam inducere / et ea que ad hoc expediunt expedire / unde medici prudentissimi · i · christi intentio fuit sanitatem inducere immortalitatis et incorruptibilitatis · scilicet corporalis et spiritualis / et illa tollere que hanc impediunt / et illa permittere que ad hanc promovent / Ad hanc sanitatem perfectam promovet corruptio penalis / propter quod hanc tollere noluit / Ad hanc autem sanitatem multipliciter promovet hec corruptio scilicet quia facit hominem cognoscere suam miseriam ysaie xxviii° vexatio dabit intellectum / item quia humiliabit [illegible] humiliatio tua in medio tui / item quia detrahit et a culpa avertit ex consideratione

et actuale quantum

immensitatis pene. Job vij°. Terrores domini militant contra me. Item
propter eam non peccandi. Zach. iij°. Adam zelo meum ab adolescentia mea.
Item propter exercitium virtutum. Judic. ij°. Hee sunt gentes quas reliquit
dominus ut erudiret israhel. Item quod excitat ad desiderium celestium quibus
non fungitur et aspirat quod non habemus hic requiem. Ysidorus de summo bono
Sollicito reatu peccati manet quedam temporalis pena ut illa vita servi-
tus quietem que est a penis omnibus aliena. Item quia tollit occa-
sionem erroris scilicet ne crederetur ablacio pene esse premium baptismi sive
fructus et non vita eterna. Dicendum ideo quod prudentis medici est tolle-
re quamque radicem morbi sed non quando est ita radix morbi radicata in natura
quod tolli non potest sine destructione nature. In tali casu non est medici tollere
radicem quia hic destrueret naturam. Unde quod in homine corrupto penali-
ter est ita radicata in natura et annexa immo cum natura non est medici simul
illam tollere. Quod corrupcio penalis non est radix proprie loquendo sed potius
dissolutio ipsius corrupcionis per lasciviam sive lasciviendo et iniuria
sive negligencia hominis ... quod iniquitate huiusmodi ministrat fomentum morbo
peccati. Quod ipse est radicis causam respicientem huiusmodi dissolucionis sufficien-
tem ordinavit medicus et ordinavit scilicet ... cum gracia et subsidia
sacramentorum. Unde ex parte medici nulla reperitur insufficiencia.

Circa materiam questionis istius Richardus in scripto quarti ponit tres casus
sacramenti baptismi concernentes. Primus. Posito quod inveniat infantulus
expositus et aquo. Ut a quibus sit expositus penitus ignoratur nec sit in-
consignum invenitur seu testimonium quod baptizatus sit. Queritur utrum talis sit bap-
tisandus absolute vel sub condicione. Respondetur quod talis baptisandus est.
De conse. dis. iiij. parvulos. et infra eadem nulla. quod recipit extra ... infra d.
vi. c. iij°. et quod non est certum eum esse non baptisandum. Ideo propter reverenciam
sacramenti ad vitandum preiudicium integritatis et manifestationem ... si hoc
absolute baptisaretur. Ideo baptisandus est sub condicione. extra de baptismo
et eius effectu c. ij. ubi dicitur de quibus dubium est an baptisati fuerint ba-
ptisentur his verbis premissis. Si baptisatus es non te baptiso. Sed si nondum
baptisatus es, ego baptiso te in nomine patris et filii et spiritus sancti amen.

Secundus casus est. aliquis existens supra pontem non potest habere aquam
ad baptisandum puerum quem timet cito moriturum. Numquid si inten-
dens providere saluti pueri proiciat eum in aquam intencione baptisandi
et proferens verba in quibus consistit forma et post puer aliquo casu eva-
dat utrum debeat rebaptisari ... et posset videri aliquibus quod
sic quia fuit debita forma et debita materia et debita intencio. Ergo aut ... quod
quod talis baptisatus non esset. quia precipua in baptismo est ablucio in ...
aut ad minus quod aqua cooperitur in toto vel in parte et post ea discooperi-
tur. Unde ipsum baptismus representat Christi sepulturam et ipsius ... resurrectionem.
Item aut puer in casu predicto proiectum illius qui ipsum proicit in aquam
immersionem non est actus ordinatus ex sui natura ad hoc ut puer ablua-
tur sed ad hoc ut submergatur. Et ideo si eo casu ... ad ... eundem
proiectorem se in aquam post puerum ad liberandum eum puer extrahatur
de aqua ... esset baptisatus quia illa immersio quantum fuit ex sui natura
non ordinabatur ad elevationem pueri de aqua sed ad submersionem
pueri in aqua. Tercius casus est aliquis existens super puteum ad cuius

aquam ipse non potest attingere manu, habet tamen vas sive cum quo possit haurire
sive scutellam et cordam, ymmo quod si per cordam puerum demittat in scala-
rum(?) in aquam et extrahat baptisare intendens, et verba in quibus con-
sistit forma baptismi exprimens, utrum puer sit baptisatus. Videtur
quod sic, dum tamen scutellatus sit talis quod aqua submittabit ad abluendum
corpus pueri, quia quod baptisans tangat illum quem baptisat immediate
vel aliquis alius non est de essentia baptismi, et in predicto casu est im-
mersio et elevatio de aqua, et est immersio talis que exigitur, licet non or-
dinatur ad pueri submersionem, sed ad eius de aqua elevationem. Secundo
patet per hoc quod ille qui eum demisit supponit eum cum corda ad elevandum.
Si tamen occurrat predicta necessitas debet puerum in aqua et per se extra
debet aqua exprimi super corpus pueri sub forma verborum debita et ad
intentionem baptisandi. Sequitur articulus de corporum et animarum glo-
rificatione, cum dicitur Expecto resurrectionem mortuorum. Secundo animarum
et corporum glorificatio ibi vitam venturi seculi, in quo ponitur primo cor-
porum reparatio ibi resurrectionem mortuorum. Secundo animarum et corporum
simul glorificatio ibi vitam venturi seculi. Circa primum predictorum con-
firmatio sciamen(?). Circa primum sciendum quod opus consistit causa nostre
resurrectionis quia secundum apostolum omnes quidem resurgemus. Et iste articulus
pertinet ad divinitatem quantum ad effectum glorie, et additur iste articulus
ad confutandum errorem philosophorum qui dicunt non posse idem numero reparari
et saduceorum qui non recipiunt resurrectionem mortuorum. Etiam additur
contra heresim arabicorum qui dicunt animam cum corpore mori atque in no-
vissimo die utrumque resurgere. Unde Job xix Credo quod redemptor meus vi-
vit etc. Et apostolus omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur etc.
Albertus autem magnus sic exponit hunc articulum. Deinde tractans de ar-
ticulo xi dicens: Et expecto resurrectionem mortuorum, cui non addide-
runt nisi hoc quod dicit expecto propter quosdam hereticos qui dixerunt resur-
rectionem mortuorum iam factam esse, et non ulterius expectandam.
Dixerunt enim quod resurrectio non est, nisi anime que quotidie fit cum anima
resurgit a peccatis. ij Thi ij. Etiam(?) ex quibus est philetus et hymmeneus qui
a veritate exciderunt dicentes resurrectionem iam factam esse, et subver-
terunt quorumdam fidem. Contra istos autem apostoli dixerunt Et expecto
resurrectionem. Sequitur de utriusque scilicet corporis et anime glorificatione, cum dicitur
Et vitam venturi seculi. Hoc pertinet ad effectum glorie. Et exponitur sic, id est
in terra viventium de qua dicitur Psalmo xxvi Credo videre bona domini in terra
viventium. Est autem vita eterna ut cognoscant deum patrem et quem misit Jhesum
Christum filium eius. Contra hos philosophos qui negant vitam post hanc vitam
et convenienter ponitur iste articulus, cum sit finis desideriorum nostrorum et
pleniorum(?) finis nostri. Circa quod sciendum quod in vita eterna sunt hec. Primum
quod ibi homo unitur deo quia ipse est omnium meritorum et premium ultimum et con-
summatio et finis laborum nostrorum. Hec unio consistit in nuda et aperta
visione. Prima ad Cor xiii. Videmus nunc per speculum et in enigmate,
tunc autem facie ad faciem. Item in ferventissima dilectione, quia quanto enim
perfectius cognoscitur aliquod bonum tanto amplius amatur. Item in laude

[Margin notes: Dimitti; ar. xi; ar. xii; nota que pertinent vita eterna]

plena. Angelos videbimus quem amabimus et laudabimus. Secundum
est plenitudo desiderii et perfecta satietas que ibi habetur. Nullum enim bonum
creatum satiat appetitum, sed deus qui est infinitum bonum conti-
nens omnia bona supereminenter, ille solus satiat et implet. Juxta illud
psalmi cii: Qui replet in bonis desiderium tuum. Tercium est perfectissima
securitas quia ibi datur, quia nullus hostis, nullus timor, nullus labor, quoniam hec
priora transierunt. Apocalypsis xxi. Et per oppositum mali morte eterna
cruciabuntur. Primo ex separatione dei et bonorum que est maxima omnium
penarum. Job 20. Et de morsu conscientie. Psalmus: Arguam te et statuam te
contra te faciem tuam. Secundo ex immensitate pene sensibilis scilicet infer-
ni que est mors eterna. Quarto ex desperatione, quia non habent spem de
liberatione, ideo dolor interminabilis non finitur. Unde Ysaias ultimo: Vermis eo-
rum non morietur et ignis eorum non extinguetur. Et de ista vita eter-
na et gaudio in ea existenti satis diffuse dictum est circa duodecimum articulum
simboli apostolorum, [illegible] de quo ample dictum est in primo articulo in
expositione simboli apostolorum, et ibi cui placuerit habeatur recursus. Unde
Albertus magnus: Ultimo tractatur ultimum articulum dicentes: Et vitam
venturi seculi, quod apostoli dixerunt vitam eternam. Quomodo autem ut ex meritis
speratur et non putetur esse beatitudo in hoc seculo sicut stoici philosophi dixerunt, determi-
navit esse dicendum: Et vitam venturi seculi, ne in hac vita beatitudo esse pu-
tetur. Secundum autem sunt auctoritates apostoli ii Cor. iiii dicentis: Quod enim est in presenti est
momentaneum et leve tribulationis nostre supra modum in sublimitate eter-
num glorie pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis que
videntur sed que non videntur. Que enim videntur temporalia sunt, que autem non videntur eterna.
Amen est ex in verbis simboli. Responsio ydiote et dicit [illegible] est. Et
non dicit [illegible] fiat sicut patet ex pluribus que [illegible] in antiquis expositionibus.
Unde dominus Albertus magnus ponit hic unum dubium dicens: Est autem dubita-
tio apud quosdam in istis simbolis utrum res sit articulus vel enunciabile.
Res quidem est sicut incarnatio et passio et resurrectio et huiusmodi. Enunciabile
autem sicut Christum esse incarnatum vel incarnandum, Christum esse passum vel passu-
rum et huiusmodi. Illi enim qui enunciabile dicunt esse articulum, inducunt rationem
dicentes quod articulus est per quod iudicatur homo fidelis si credit, et iudicatur infide-
lis si non credit. Iudicatur autem fidelis autem si credit incarnationem et non credit Christum
incarnatum esse. Igitur incarnatum esse est articulus et non incarnatio. Er-
go enunciabile est articulus et non res. Item alia et eadem ratione dicitur de aliis.
Econtra dicunt alii quod Joh. xii: Qui preibant et qui sequebantur et qui sequebantur
clamabant concorditer dicentes: Benedictus qui venit in nomine domini. Dicit glosa quod
qui preibant significant prophetas predicentes adventum Christi, sequentes autem signi-
ficant eos qui post fuerunt post adventum. Et tamen omnes unam fidem habentes clama-
bant. Non autem potuissent eandem habere fidem si enunciabile esset articulus, quia non
est unum enunciabile Christum fore incarnandum et Christum iam fore in carne
et Christum incarnatum fuisse. Ergo si una est fides, oportet quod illud sit ar-
ticulus quod idem est in omnibus temporibus; hoc autem non est nisi res; ergo res est ar-
ticulus. Et hic ergo credo sine preiudicio verius esse, et quod obicitur de enunciabili
quod per variationem dicendum quod hoc est de expressione et determinatione articuli. Et

non de articulis et hic iam ante dicit diximus esse de consequentibus fidem
et non in conclusionibus hoc quoque modo de simbolo grosso sit determinatum
Circa primum quod sit rudimenta fidei, et rudibus in grosso sunt exponenda Situs
autem simboli est in duobus quorum unum est quod simbolum smodi potius canta-
tur in ecclesia publice quam apostolorum quia publice est factum et expressam ac
explanationem continet fidem. Simboli simbolum autem apostolorum in silencio
dicitur quia non publice predicata ad hanc fidem est factum et continet fidem quasi
implicitam et non explicitam que a singulis intelligi possit Secundum autem
est quod non cantatur simbolum smodi nisi in sollempnitatibus in quibus
aliqua mencio fit de simbolo sicut in omnibus dominicis diebus que de resurrectio-
ne sunt, et nativitate et epiphanie in festo spiritus sancti et octavis eorum per
octavam resurrectionis et in festis beate virginis quia de ipsa ecclesia sit mencio
et in festis apostolorum quia credimus in sanctam ecclesiam katholicam et aposto-
licam ecclesiam et in festo dedicationis quia credimus in sanctam ecclesiam secundum
etiam addatur festum marie magdalene quia ipsa fuerit apostolorum apostola Et
in festo crucis quia credimus crucifixum Et sic planum est unde in quibus
festis cantandum sit et in quibus non cantandum Hec quoque de duobus simbolis in
grosso dicta sufficiant Ecclesiastici xlvii dicitur de David dedit in celebrationibus
decorem et gravit tempora usque ad consummationem vite etc ita fecit beatus gregorius
in ordinatione misse Nam autem licitum est quod dedit in celebrationibus
decorem per invitationem dei ad veniendum in sacrificium per introitum et sub-
dendus per invitationem dei ad veniendum ... et per instructionem tam prophe-
ticorum quam evangelicorum et usque instructoria

Ista est tercia pars misse tractans de oblatione fideles namque
premoniti doctrina evangelica, et fide orthodoxa et simbolo, accensi
caritate remunerantes modo obtulerunt bona sua deo et seipsos
dederunt in holocaustum acceptabile deo et hic est quod visum dua-
bus partibus misse que sunt preparatio et instructio Iam restat con-
gruo ordine tercia pars eiusdem que vocatur oblatio seu offertorium que continet
tria Primum est ipsa cognitio cum exultatione cum offerri debet que per offertorium
fit Secundum est oblationis presentatio ibi suscipe sancte pater seu sancta trinitas
Tercium est secreta deo et non huic ordine ad precedentia est quia congrue post
predicationem que fit in ewangelio sequitur fides in simbolo post laus et honorificentia in
offertorio et post laudem fructus in sacrificio Et sic expeditis duabus partibus
misse deo dante igitur dicendum est de tercia parte eius scilicet oblatoria que continet
sex partes prima ipsa exultatio ... debet offerri et hec notatur per offertorium Secunda
est oblationis presentatio ibi suscipe etc Tercia est altaris thurificatio ibi
stetit angelus iuxta aram templi etc Quarta est cordis humiliatio ibi in spiritu
humilitatis etc Quinta est oratio scilicet secreta Sexta est manuum ablutio ibi
lavabo inter innocentes manus meas etc Et ... sic secundum albertum de halis dicto
simbolo cantatur offertorium quo illuminamur ad intelligendum quod deo sit dona-
bilia munera offerenda et secundum ipsum offertorium dicitur ab offerendo quia tunc tunc clerus
cantante offertorium fiunt a populo oblationes sacerdoti Nam secundum rabanum
populus quando in oblatione offerunt a populo et offertorium cantatur a clero ... eiusdem
causa vocabulum sumpsit Dicitur enim offertorium quasi officium cantus ... sic
Postquam actum est de parte preparatoria et instructoria misse nam dicit que dicenda sunt

aliqua in tercia parte misse / que vocatur oblatoria / in qua incipit missa fidelium
Unde in precedentibus duabus partibus misse scilicet preparatoria et instructoria cathecumini
veniebant interesse / sed ista tercia parte post diaconum / aut ministrantes expellebantur
Et hec missa fidelium dividitur in quinque partes magis principales secundum quod quin-
quies sanguis christi fuit effusus / Primo in circumcisione Luce ii° Tulerunt illud in-
sisterent etc. / Secundo in sudore Luce xxii° Et factus est sudor eius sicut gutte
sanguinis decurrentis in terram etc. / Tercio in flagellacione Johannis xix° Apprehendit pilatus
Jhesum et flagellavit / Quarto in coronacione Johannis ubi supra Et milites ple-
ctentes coronam de spinis imposuerunt super caput eius / Quinto in mortui lan-
ceacione Johannis xix° Unus militum lancea latus eius aperuit / et continuo exivit
sanguis et aqua / Prima pars vocatur secretella diminutive secundum Guillelmum in
racionali ad graduale canonis / que alias vocatur secreta seu secretum / sed iuxta
Papiam canon grece latine regula dicitur / consuetudo approbata sive institucio
Et hec prima pars dividitur in quinque partes magis principales secundum Guillelmum / In hoc
In prima parte premittuntur quedam sigalia / et quedam preambula mistica racione
sacrificii precedencia / et hec pars durat usque ad prefacionem / Secunda pars vocatur
prefacio ibi Per omnia secula seculorum / Tercia canon ibi Te igitur clementissime
In qua sacerdos accedit ad offerendum illud summum sacrificium propter quod missa est
instituta / Quarta nominatur dominica oracio que incipit ibi Pater noster / Quinta con-
tinet graciarum actiones seu laudes ibi Ite missa est / Et iuxta istam divisionem
principaliter intendo procedere in canone / Et racio ordinis a Guillelmo in racionali ponitur
hec tamen ordo iste conveniens est ut post predicacionem fides evangelii sequatur in
corde / laus in ore / fructus in opere / predicacio enim est in evangelio / fides in
simbolo / laus et honorificencia in offertorio / fructus in sacrificio / Prima
namque pars subdividitur in sex partes magis principales / prima est de salutacione que
offertorio premittitur scilicet Dominus vobiscum / Secunda de oblacionis presentacione ibi Su-
scipe sancta trinitas / Tercia de altaris thurificacione ibi Stetit angelus iuxta
Quarta de manuum ablucione ibi Lavabo inter innocentes manus meas
Quinta de cordis humiliacione ibi In spiritu humilitatis et animo contrito etc. / Sexta est
de oracione sequenti secreta / Et notandum quod offertorium Gregorius papa apposuit
et ad missam cantari instituit / quod sit quia multi veteri fidem que predica-
cione christi receperunt deo animas suas obtulerunt / et sic gaudent sacerdotes in
multitudine offerencium / sic deus in multitudine penitencium / Et sicut tota familia
sacerdotis cum ei multum offertur leta una cum ipso efficitur / sic et tota
christi familia in illa celesti curia una cum hospite gratulatur quod multi pecca-
tores ei per penitenciam offerunt Luce xv° Et Mathei xviii° Gaudium est angelis dei super
uno peccatore etc. / Et in signum huius leticie cantat chorus offertorium interim
cum offerunt / et cum amplius non offertur protinus tacetur / Et quia nulla ob-
lacio est deo accepta / nisi deus sit cum offerente per graciam / quia oblacio offerentis
a deo acceptatur et acceptabilis redditur propter offerentem deus namque primo respicit
ad offerentem et postea ad oblacionem Genesis iiii° Respexit deus ad Abel et ad munera
eius / hoc tamen non est intelligendum de oblacione que de per se placet deo / sic est ob-
lacio corporis et sanguinis christi / que placet deo racione oblati et non offerentis
Ideo sacerdos ante offertorium desiderat et optat ipso divinam graciam ut ipsius ob-
lacio fiat acceptabilis deo dicens Dominus vobiscum qui graciam recoptat sibi a populo
ut et sua oblacio fiet acceptabilis deo / cui populus seu minister reddit Et cum
spiritu tuo / quasi diceret quod dominus est ad ... hic cum verba per graciam / et post modum in
futuro et per gloriam / In qua salutacione sacerdos / incitat populum et benivolum
eum facit ad offerendum per bona opera animas suas deo / quasi dicat Animas offerte
libenter vos ei / qui tam pie et tam sepe vos salutat nobiscum dignatur
et delectatur morari Proverbiorum viii° Delicie mee esse cum filiis hominum

sed fidelibus deo per fidem et devotionem se offerentibus. Circa autem premissa ipsi
offerentes manum sacerdotis vel stolam aut manipulum seu altare osculaba-
ntur significantes quod omnes se deo offerentes et reconciliabantur. Secundo secundum Durandum in
Rationali sacerdos dicens dominus vobiscum monet unumquemque ad seipsum redire et con-
scientiam suam discutere ut sic mentem suam et seipsum in holocaustum iusticie
et hostiam sanctam deo placentem offerre valeat. Et quod subiungit oremus ipsum
monet orare quod et dominus discipulos ad orandum hortabatur Matthei xxvi° vigi-
late et orate. Ut fidem in simbolo recitatam et in ewangelio expressam firmiter
teneatis et ut in ipsa stabiles permaneatis. Innocentius dicit sacerdos dicit
oremus premittit dominus vobiscum quia videlicet nisi dominus sit nobiscum non possumus
orare ad salutem nostram. Sed et quamvis sacerdos dicat oremus non tamen sta-
tim orat sed cum oblationem acceperit et sanctificat. Qui dicit non cessat orare
qui non cessat bene agere. Et secundum aliquos illud oremus non refertur ad offertorium
cantandum, sed ad orationem secretam dicendam. Et dicit alta voce seu [illegible]
alta mentis elevatione ex auditu ewangelii et simboli concepta. Secundum
vero alios dicitur quod illud oremus quod ante inceptionem offertorii dicitur refertur
ad mentalem recapitulationem de donis fidei recapitulatis deo sacerdos et
populus intimo suspirio de inaudibili nostre redemptionis beneficio quod ewangelium
et simbolum nobis rememoravit. Et oremus ut hec in nobis suum effectum
consequantur. Videtur enim quod propter longitudinem intervalli in quo mora ad
multa alia multipliciter divertitur quod non refertur ad secretam orationem
quod consuetudo est plurimorum ut oremus immediate orationem secrete premit-
tunt. Tunc autem sacerdos orationem non prosequitur. Huius Innocentius reddit causam
dicens quod oratio non est prosequenda quia Christus tempus in quo et occulte ambulavit
inter iudeos. Vel aliter ad designandum quod sacerdos tunc debet esse attentus circa ob-
lata. Vel etiam quod sacerdos ingressurus ad dominum et sanctissimum sacramentum
debet totam suam intentionem ad deum recolligere et habere. Post dictum oremus
cum cantu dicitur offertorium designans iocunditatem et leticiam offerentium quam
in offerendo debent habere quia ut dicit apostolus 2 Cor ix° hilarem datorem diligit
deus. Unde psalmista Circuibo et immolabo in tabernaculo eius hostiam vociferatio-
nis cantabo et psalmum dicam domino. Et in Paralipomenon Cum offerrent
holocausta ceperunt laudes cantare domino et in diversis organis que rex Da-
vid fecerat concrepare filii namque israel cum offerrent in tubis clangebant.
Sed cum cantu ipsum offerre debere designavit illud quod Salomon in dedicatione
templi [illegible] milia holocaustorum obtulit cum magna so-
lempnitate ii Paralipomenon v ubi dicitur Rex Salomon et universus cetus
israel et omnes qui fuerant congregati ante archam federis arietes et boves
immolabant absque ullo numero. Et Moyses descendens de monte et populum salutans
occurrit populus et munera obtulit Exodi xxxv [illegible] omnis multitudo
filiorum israel de aspectu Moysi et obtulit mente promptissima atque devo-
ta primicias domino. Et Numeri v° omnes primicie quas offerunt filii israel ad
sacerdotem pertinent. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis et de pecoribus
eorum Gen iiii°. Et de volucribus Noe obtulit holocausta super altare Gen viii°.
Tercia lex scripta ne aliquis vacuus appareat ante conspectum dei Deute-
ronomii xvi° Non apparebis ante dominum vacuus, sed offerat unusquisque secundum quod
habuerit iuxta benedictionem domini dei sui quam dedit ei. Et offerat [illegible]
unusquisque quod habuerit Exodi xxv°. Et de conse dist. 1 omnis [illegible] christianus
ad missarum sollempnitatem aliquid procuret deo offerre. Et in collectis
sanctorum clare apparet. Circa autem tamen ex usu sanctorum patrum aliquid de-
bet offerre ad dominum in offertorium [illegible] qui nostre possit [illegible]
ante passionem. Et lex cum constitutione [illegible] de oblatione [illegible].

2a Paralip 29 [illegible]
[illegible]

seu bonorum operum non exteriori / vel dic quod sit consilium / vel ad istud preceptum
nullus vacuus debet apparere in conspectu dei vacuus sit / quod quilibet qui apparet
in conspectu dei aliquod donum temporale vel spirituale debet offerre / Temporale quidem in
recognitionem quod omnia exteriora a deo habemus / tunc ideo et ad deum honorare
tenemur / Spirituale ut est faciant fidem / spem et caritatem / et quicquid boni
operis in nobis relucet donum dei esse / Unde apostolus Quid habes quod non accepi-
sti / quid gloriaris etc. / Immo et nos deo offerre debemus hostiam vivam deo
placentem ad Ro 12 Cum semetipsum pro nobis obtulit in sacrificium redemptio-
nis nostre / Ubi notandum quod qui vult acceptum deo offerre oblationem / primo
offerat deo suam voluntatem et mentem / quia deus non ea que offeruntur / sed vo-
luntatem respicit offerentis 2 q. 1 pa. tali ordi Augustinus de pena dis. v. ceterum po
dic penitencie sic offerat mentem contritionem cordis deinde possessionem suam
quia offert secularis offert / Et ita qui vult peccata sua redimere per spiritualem obla-
tionem / plus offerat mentem / 2o consideret mentem diligenter ante quam offe-
rat / non quod id offerat Unde Augustinus non est considerandum quis offerat / sed quid
offerat / Unde thuribula Judas ad sanctum sanctificata sunt et circumposita
sunt altari / non propter offerentes quod illi mali sunt / sed propter deum cui quem
offerebantur / de conse. dis. ii ca. ii Dicit Tercio debet considerare quid munus
offerendum sit deus Indignum enim est dare deo quod dedignatur homo l. d
d. c. illud / Quarto cum fratre suo se componat / Unde in ewangelio oportet
ap. Si offers munus tuum ad altare et recordatus fueris quod frater tuus
habet aliquid adversum te relinque ibi munus tuum ante altare / et vade prius
reconciliari fratri tuo / Et tunc veniens offeres munus tuum / Quinto afflicto
succurrat / Unde dicitur liberat deus prospere qui ab afflictis pellit adversa
Et quamvis olim in offertorio cantabantur plures versus / prout adhuc in an-
tiquis gradualibus reperitur / nunc tamen causa brevitatis ommittitur / ut tam-
men tempus ipsius oblationibus et orationibus liberius vacant / deo concipitur hic
quod sicut ait Augustinus de conse dis. ii Sanam religionem paucissimis et
manifestissimis ...a deus voluit esse liberam / Et secundum Jeronimum non mirare
vocum flectitur deus ut homo / melior est enim quinque psalmorum cum hila-
ritate decantatio / quam totius psalterii cum anxietate modulatio / quia in isto offi-
cio tamen defuctorum isti versus hodie dicuntur / quia institutum in missis non se nor- / istud
mam alterius officij / Dum igitur offertorium factum est et incensum, tamen
sacerdos silencii solitudinem petit / instante iam memoria dominice pa-
ssionis silentium observat / illud insinuans quod Jhesus iam non palam am-
bulabat apud judeos dum cogitabant eum interficere / Sed abiit in regio-
nem iuxta desertum in civitatem que dicitur Effrem / et ibi morabatur
cum discipulis suis Johannis ii / Silentium igitur sacerdotis est latibulum Christi
Notanda sunt aliqua circa offertorium / et primo quid sit offertorium / et que
sint offerenda / et tercio sicut antiqui patres in veteri lege offerebant sacrificia
corporalia / ita nos in nova debemus offerre spiritualia / Item sicut in sacri-
ficiis antiquis requirebatur obediencia rei munda / salis pura etc. Item
antiqui offerebant holocausta medullata / Item antiqui offerebant deo mixta
sacrificia ut agnos arietes vitulos hircos etc. / Item si oblacio nostra debeat
esse deo accepta / talis debet esse / Item ad digne offerendum aliquid deo spirituale
requiruntur tria ut locus tempus et modus / Quantum ad primum offertorium
est aliquid aliud quam prodium muneris voluntarie prestare / iuxta illud
Psalmiste voluntarie sacrificabo tibi / Ex quo patet quod duplex est offertorium scilicet corporale
et spirituale / ut patet ex dictis / 2o quod sacrificium est de lege nature / quia in multis

etate et apud omnes hominum naciones semper fuit aliqua sacrificiorum deo oblacio prout dicit s. Thomas ii^a ii^e q. lxxxv ar. i. Et subdit ibidem quod racio naturalis dictat homini quod alicui superiori subdatur propter defectus quos in seipso sentit in quibus ab aliquo superiori eget adiuvari et dirigi. Et quicquid illud sit hoc est quod apud omnes dicitur deus. Sicut autem in rebus naturalibus naturaliter inferiora superioribus subduntur, ita etiam naturalis racio dictat homini secundum naturalem inclinacionem ut ei quod est supra hominem subiectionem et honorem exhibeat secundum suum modum. Est autem modus conveniens homini ut sensibilibus signis utatur ad aliqua exprimenda quia ex sensibilibus accipit cognicionem. Et ideo ex naturali racione procedit quod homo sensibilibus quibusdam rebus utitur offerens eas deo in signum debite subiectionis et honoris secundum similitudinem eorum qui dominis suis aliqua offerunt in recognicionem dominii. Hoc autem pertinet ad racionem sacrificii. Et ex hoc patet quod oblacio sacrificii pertinet ad ius naturale. Ex quo dicitur secundo quod soli deo est sacrificium offerendum. Hoc contra omnes secundum illud Exodi xxii^o: Qui immolat diis occidetur preter domino soli. Et s. Thomas ubi supra dicit in secundo articulo quod oblacio sacrificii fit ad aliquid significandum. Significat autem sacrificium quod offertur exterius interius spirituale sacrificium quo anima seipsam offert deo iuxta illud Psalmi: Sacrificium deo spiritus contribulatus etc. Nam exteriora sacrificia representant interiora quibus anima se offert deo sicut principio sue creacionis et sicut fini sue beatitudinis. Et quia iuxta fidem orthodoxam solus deus est creator animarum nostrarum ut dicitur Genesis primo: In principio creavit deus celum et terram etc. Et in solo deo consistit beatitudo animarum nostrarum. Et ideo sicut soli deo debemus sacrificium spirituale offerre, ita etiam soli deo debemus offerre exteriora sacrificia. Et sicut orantes et laudantes deum ad eum dirigimus verba significantia ea que in corde que signamus offerimus ei ut dicit Augustinus x^o de civitate dei. Hoc etiam videmus in omni re publica observari quod summum rectorem aliquo signo singulari honorant quod si cuicumque alteri deferretur esset crimen lese maiestatis. Et hinc est quod in lege divina statuitur pena mortis hiis qui divinum honorem aliis preter deum exhibent. Hec s. Thomas ii^a ii^e ar. ii supra. Tercio sequitur quod omnes tenentur ad sacrificia deo offerenda. Racio est quia ut dicit apostolus Ro. iii: Quecumque lex loquitur hiis qui sunt in lege loquitur. Sed sacrificium offerre est de lege nature ut dictum est. Ad ea autem que sunt legis nature omnes tenentur. Ergo etc. Quarto notandum secundum Ricardum secundum Alexandrum de Halis in exposicione misse quod tria sunt offerenda deo. Primo personam suam offerre ei. Secundo illa que sunt necessaria ipsi sacrificio scilicet panis vinum et aqua de quibus infra dicetur. Tercio manuales oblaciones quas in certis solempnitatibus lex [illegible] fideles tenentur offerre ne vacui appareant in conspectu dei ut supra allegatum est. Et licet hoc sit preceptum, tamen ad quantitatem [illegible] non est preceptum sed consilium iuxta illud Eccl. ... ab omni qui offert sponte accipietis. Quo ad tercium notandum quod antiquitus offerebant deo sacrificia corporalia que nos debemus offerre spiritualiter iuxta illud psalmi supra allegatum: Sacrificium deo spiritus contribulatus etc. Et quod in oblacionibus antiquitus requirebatur obediencia legis mosayce, salis pruina, mellis absencia, fermenti absencia, voluntatis prompta obediencia. De primo dicitur Genesis viii^o: Cum hoc obtulit de animalibus et volucribus mundis holocaustum domino. De salis pruina dicitur Levitici ii: In omni oblacione tua offeres sal. De mellis et fermenti absencia dicitur ibidem: Omnis oblacio que offertur domino absque

Tria sunt offerenda deo

22

Cui offertur
De quo offertur
Quid offertur
Pro quibus offertur

... in offertorio ...

...peccatorum ... in altaris dei mactamus ut digne tanto sacramento conveniamus...

fermento fiet / nec quicquam fermenti aut mellis ponetis in sacrificio. De meri-
to voluntaria dicitur Exod. xxxv: Omnis multitudo filiorum Israel obtulit men-
te promptissimam atque devotam primicias domino. Ista pertinet ad nos in
oblacione spirituali .x. in bonorum operum execucione. Consciencie mundicia debet
inesse / falsitas sapientie et prudentie / puritas debet adesse / mellis et fermenti ac
malicia et infectio debet abesse / prompte voluntatis affectio debet preesse. Et sic pro-
certo deus acceptabit sacrificium iusticie oblaciones et holocausta. Tunc im-
ponemus super altare tuum vitulos. Talem David videbatur offerre cum dice-
bat: holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi
boves cum hircis. Ubi innuuntur tres spirituales oblaciones, que debent deo offe-
rre christi fideles. Primo ardorem dilectionis. Antiquitus enim in omni oblacione necesse
erat ignis, quia quicquid offerebatur igne iaculo cremabatur. Propter quod precepit lo-
quens Moysi: Ignis in altari meo semper ardebit. In quo notatur quod in omnibus
que deo offerimus necessarius est ignis fervide caritatis, ut iuxta doctrinam apostoli
omnia nostra in caritate fiant. Et hoc ostenditur cum dicitur holocausta. Sunt holo-
causta enim illa sacrificia que tota deo offerebantur, et cuius nihil populo nec
sacerdoti nec offerenti remanebat, et ideo dicitur ab olon quod est totum et
causton quod est incendium, quasi totum incensum. Quecumque boni facimus
totum debet deo per caritatem attribui et offerri, nihil nobis ... inanis gloriae in-
de ... Et hoc precepit Gen. xxii: Tolle filium tuum quem diligis
Isaac et offer mihi eum in holocaustum super unum montium quem mon-
stravero. Filius enim noster quem generamus sunt opera bona que facimus. Offeramus
igitur ardorem dilectionis deo. Machabeorum ii: Obtulerunt holocausta ad
leticiam. Secundo liquorem devocionis debemus offerre, quod tangitur ad dictum
medullata. Antiquitus enim in omni sacrificio offerebatur libamina que fiebat de li-
quoribus scilicet de oleo et de vino. Adiecta medulla tritici scilicet simila valde
munda sicut habetur Exod. xxix et Levit. ii. Ita nos spiritualiter debemus offerre
liquorem devocionis et gracie, que scilicet continet simila purissime intencionis
vinum spiritualis leticie et graciarum actionis et oleum tocius pietatis et
compassionis, quod satis ostenditur cum dicitur medullata que est mollis et
tenera, pinguis et suavis devocionem designat. De quo dicitur Num.
xviii: Omnem medullam olei et vini et frumenti quicquid offerunt pri-
miciarum domino dedi tibi. Ex quo elicitur quod quilibet christi fidelis debet domino offerre
honorem cum fervore devocionis. Tercio offeramus deo fervorem oracionis.
Et hoc tangitur in predicta auctoritate cum dicitur incenso. Incensum enim
antiquitus et etiam adhuc / thus et incensum deo solent offerri / quia
sursum in fumum odoriferum solet ad deum elevari. In quo notatur
virtus oracionis que sursum ad deum solet ascendere / et sicut bona pro-
curatrix quaeque bona impetrat necessaria corpori. Dicat ergo oracio mea si-
cut incensum in conspectu tuo. Et Eccli. xxxv: Incensum odoris suavissimum offerre
domino ... sua. Et in signum huius magi obtulerunt domino aurum thus
et myrrham Matth. ii. Per thus enim designatur oracio. Levit. ii: Si offeres primi-
cias frugum domino fundes super ea oleum et thus imponens quia oblacio
domini est. Thobie xii: Quando orabas cum lacrimis ego obtuli oracio-
nem tuam domino. Quarto debemus offerre deo rigorem correctionis. Et hoc
notatur cum dicitur arietum. Per arietem enim qui solet percutere quando per-
cutitur quem in capite gestat se solet ... ... magis ... ...

que corrupta a spirituali verme .i. a iusticie rectitudine / et a consciencie
morsu solet corpus suum peccante et corrigere / et ad hoc nos subditos
castigare (Quarta) quia sunt offerenda a nobis deo ut subditos mediante
iusticia corrigamus et puniamus et domamus / quod tangit cum
dicit arietum. Ezechielis xliiii° vidit per tercium arietem quem obtulit in
holocaustum. Quinto debemus offerre deo laborem bone operacionis quod
tangit cum dicit boues / bos enim est animal valde laboriosum / et ad omnia
laboris opera strenuum / significat laborem bonorum operum quem vera-
citer debemus deo offerre / et pro ipso laborem et per maximum sustinere / et de
hoc habetur Leuitici iiii° Si de bobus voluerit offerre maxime sine feram
immaculatam offerat domino / hoc enim .i. labor immaculatus dicitur
qui solum pro deo fit / et non pro temporali comodo / aut aliquali inani
gloria sustinetur / Ezechielis xliii° offeras vitulum de armento immacula-
tum Ex quo eciam quod quilibet fidelis tenetur laborem bone operacionis deo
offerre / et ideo quia ipse in nobis omnia opera operatur ut dicit ysaias Sexto offe-
rimus squalorem carnis et maceracionis scilicet bone conuersacionis / quia
in hircis cum dicit hircos / Per hircum enim qui est vestitus valde hispidum
et hirsutum / et qui est exterius valde macer / interius non pinguis [illegible]
gitur humilis conuersacio / que debet esse exterius per humiliacionem hispida
hirsuta et per maximum squalida atque macra Audite iii° holocausta offerte
duos [illegible] vnde de mortificacione carnis dicit petrus in ca-
pitulo [illegible] ut vos offeratis deo mortificatos quoad carnem / viuificatos autem
spiritu. Interius tamen in consciencia debet esse [illegible] impinguata / et ideo hirco
dicitur leuitici xvi° postquam emundauerit offeret hircum Ex quo patet quod quilibet
debet offerre deo austeritatem vite per maximum et maceracionem in corpore / Ex quibus
sequitur quod ab omnibus fidelibus offerende sunt spirituales hostie acceptabiles
deo / Et quod quamplurima in veteri lege antiqui patres offerebant deo sacrificia
videlicet agnos arietes boues vitulos hircos columbas turtures sal vinum
oleum / et incensum / prout patet in diuersis locis veteris testamenti que
omnia et singula spiritualiter intelligenda / nos tenemur offerre deo deo nostro
Et primo agnos recte et bone simplicitatis et innocencie Agnus enim est
animal innocentissimum et mitissimum ad denotandum quod virtutem innocencie
et [illegible] debemus offerre [illegible] Regum vii° obtulit Samuel agnum lacta-
tem / sicut hunc habetur Exodi xxix° quod ubi dicitur quod in iugi sacrificio de-
bebat offerri duo agni vnus mane et alius vespere ad innuendum quod
duplex est innocencia que debet deo offerri / scilicet voluntatis et operis seu cor-
dis et manus / et hoc in mane scilicet in iuuentute / et in vespere senectutis
[illegible] vbi supra dicitur Die sabbati offeretis duos agnos / offeramus
ergo deo agnum simplicitatis et innocencie Secundo tenemur offerre arie-
tes seueritatis seu iusticie / aries enim qui percutit seueritatem iusticie desi-
gnat prout supra dictum est Tercio offerendi sunt boues [illegible] stabilitatis
et perseuerancie / bos enim quia est animal laboriosum et forte laborem [illegible]
et fortitudinem stabilitatis et perseuerancie designat / quas in aduersi-
tatibus deo offerre debemus Quarto offerendi sunt vituli leticie et con-
ditatis vitulus enim qui saltat et ludit spiritualem leticiam spiritualem iocunditatem
tem mentis designat que in omni bono opere debet interuenire quod
illud [illegible] iii° obtulerunt holocausta cum leticia Vnde de filiis

Simp. innocencia

esdr. dicit quod ipsi in dedicatione domus dei obtulerunt vitulos centum .i. le-
ticiam perfectam / centenarius enim perfectionem designat Ezech. xl iiii° offe-
res vitulum de armento immaculatum / et bene dicit vitulum immacula-
tum / quia leticia nostra non debet habere maculam aliquam / nec culpam / nec debet
esse frivola vel vana. Tercio offerendi sunt hirci austeritatis prout supra
dictum est. [illegible] enim hirci squaloris et macerationem carnis designat / Num.
xxviii° hircus quoque offeretur deo pro peccato. Sexto offerende sunt columbe fe-
cunditatis et opulencie / columba enim que est avis fecundissima quia quasi
omni mense pullificat fecunditatem bonorum operum et virtutum designat /
quam tenemur offerre deo / in quantum bonis operibus debemus abundare / Unde
legitur de ipsis quod obtulerunt pro eo par turturum aut duos pullos columbarum
Luce ii°. Et Levit. xii° pullum columbe offerat. Septimo debemus offerre
turtures caritatis et amicicie / turtures enim que semper bine incedunt et comparem
suum tam diligunt / quod eo mortuo alii numquam nubunt / caritatem et ami-
ciciam significant. Et ostendunt quod unusquisque alterum debet diligere et pro uno amico
/ nequaquam alteri adherere / Ista ergo duo offeramus / et dextrum et sinistrum intime
diligamus / et more turturis pro dilacione patrie continue debemus gemere
et flere Levit. xv°. Octavo die offerat pro se duos turtures qui peccatum significant
gemitum. Octavo offeramus sal discrecionis et sapiencie / sal enim est quo in-
est sapidum seu condimentum / prudenciam sapienciam et discrecionem designat / sine
qua nullum sacrificium boni operis aliquid valet Levit. ii° Quicquid obtuleris
sacrificii sale condias / et de omni oblacione tua offeres sal. Nono debemus
offerre vinum devocionis et sermonis / vinum enim quod inebriat et ebrios
ebrios facit / [illegible] cantare / et modum flere / sermonem devocionis significat
/ que in homine ad modum ebrii sensum rapit / laudes et cantica promere
facit / et ad spirituales lacrimas inducit Exod. xxx v. [illegible] obtulerunt
donaria et [illegible] vinum offerunt in odorem suavitatis. Decimo offeramus
oleum compassionis et clemencie / oleum enim quod lenit [illegible] lenitatem
pietatis est. De qua Levit. ii° offerant panes atque similam conspersam
oleo. Et Exod. xxx° hoc oleum unctionis sanctum erit. Undecimo offeramus
thus seu incensum oracionis et eloquencie / thus enim quod in igne fumet
et sursum ascendit oracionem est. De qua [illegible] sacerdotes incen-
sum et panem offerunt deo suo et ideo sancti erunt deo suo et non pollu-
ent nomen eius. Et Num. xxviii° offeretis incensum holocaustum deo. Sed istud
est contra [illegible] qui potius offerunt sulphur quam incensum qui per
eorum malam vitam / magis fetet quam redolet apud deum unde de eis
verificatur illud ysaie. Ut quid offertis mihi thus de Saba calamum
suave olentem / holocaustomata vestra non sunt accepta / victime vestre
non placuerunt mihi / incensum abhominacio est mihi [illegible] Dona sua
super altare [illegible] altissimo que offert ex scelere Malachi i. Offer
[illegible] sanguinem [illegible] offeramus deo sanguinem electum
debemus offerre [illegible] offeretis oblacionem tuam carnem et sanguinem
/ de qua oblacione infra latius dicetur. Insuper offeramus holocaustum [illegible]
et excellencie nam sic antiquitus in [illegible] altaris offerebatur duo ad [illegible]
dum sibi / sic et nos [illegible] holocaustum scilicet mentem et corpus debemus
deo offerre ad [illegible] secundum [illegible] De quo dicitur ad hebreos
x° quod semel semetipsum obtulit immaculatum deo [illegible] ad [illegible] debemus offerre

incre

ad sacrificium seruorum / et offerat ecclesie viros idoneos et ignaros rationabiles et
prouectos / Exemplum Abraham qui vnicum filium voluit offerre deo / sic habetur
Gen. xxij et ad hebreos xj° dicitur fide obtulit Abraham ysaac / In quo
erudiuntur prelati et parentes quod debent personas et meliores in beneficiis
ecclesiasticis deo offerre / et quod ipsis comisisse deteriores anteponant / Unde numeri
viij° scribitur quod omnia que offerebant immaculata offerebantur / Immaculata
inquit offeretis omnia / quod vtinam est contra multos / qui religiosos et clericos faciunt
de filiis debiliores et turpiores / et contra prelatos / qui in officiis et dignitati-
bus ecclesie preficiunt deteriores / figurati sunt Marci vbi dicitur quod illi obtulerunt
christo omnes male habentes / sic habetur Mathei iiij et Marci ij de paralitico et
demoniaco christo oblatis / Et sicut ista sunt prohibita in scriptura veteris testamenti
/ ne cecus aut claudus mactaretur / aut testiculis mutilatus deo offeratur
ad denotandum quod illi qui per ignorantiam sunt ceci / per maliciam sunt claudi /
/ per luxuriam et infamiam sunt maculati / et per ignominiam sunt testiculis
i. generatione bonorum operum mutilati ad offerendum deo in ecclesia sunt indigni
Ecclesiastici xxxv Noli offerre munera praua / Nos ipsi offeramus deo sacrificia
digna et immaculata iuxta illud Leuitici xxij° Mandauit filiis ysrael ut
offerent oblationes immaculatas ut deo sint accepte oblationes mee / requiritur
locus qui consistit in secreta mente / tempus quod est in puri vita / et modus qui con-
sistit in actu / Debet enim oblatio boni operis et virtutis locum secretum habe-
/ tempus contritum i. congruum modum discretum / locum deo secretum habe-
re / vt ergo ad laudem bona opera sint deo offerenda / non publice / sed secrete scilicet mentis
illud deuteronomii xij° Caue ne offeras holocaustum in omni loco / Unde sunt oppositi
quam faciunt ypocrite / qui querunt loca publica / et non oculta / et Malachie primo
dicitur quod omnia que obtulerunt ibi contaminata erunt / Tempus est contritum
et continuum et completum / quod homo iugiter debet offerre ab oblatione boni operis
quod bene figuratur in iugi sacrificio / De quo dicitur Numeri xxviij°. holocau-
stum iuge est quod obtulistis in monte Sinai / Et per Psalmista xxxvii° offerebat
holocaustum in domo domini iugiter / Modus est discretus debet enim in offerendo
quod in omni opere bono debet intervenire prudens discretio que mensuram
exhibeat / Ex quibus colligitur quod in omni oblatione boni operis / debet interesse mens
spontanea / Hesdre ij° Spontanee obtulerunt in domo domini ad extruendam
eam / Et j Paralipomenon vlt. Leuiticus obtuli vniuersa hec / Secundo debet interesse res
idonea quod res et opus quod deo offertur debet esse idonea et honesta sicut supra dictum
est et Numeri xxviij° Immaculata offeretis omnia / Sed est hoc bene figuratum est in fi-
lijs Aaron / quod ignem indignatum scilicet ignem alienum deo obtulerunt / Tertio debet
esse manus congrua quod ille qui offert sacrificium reale / vel spirituale debet
habere manus mundas Leuitici xxj Qui habet maculam non offerat panes / Et ibidem
qui habuerit maculam non accedat offerre hostiam / sicut patet de Saul / qui
cum non esset sacerdos / holocaustum obtulit / et deliquit et Samuelem contra
se irritauit / Item Leuitici xxij° de manu alienigene non offeratis panes
Tertia qui de alieno offert quasi filium in conspectu patris occidit / vt dicitur Ecclesiastici
xxxiiij° Insuper vox debet esse concinna quod iugiter debet offerri deo actu vel ser-
monum / Vox enim debet esse melliflua scilicet vox iubilationis et laudis / quod deum lau-
dando omnia bona opera facere debemus ut et sibi laudis sacrificium offeramus
ij Paralipomenon xxix accedite et offerte victimas et laudes / Et ibidem obtulit
vniuersa multitudo hostias et laudes / Quinto est quod lete offeratur magis
deo placet j Paralipomenon xxix Letus est populus cum se sciat quod toto corde offe-
rent ea / Et ibidem ipse autem vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria
Ecclesiastici xxxv quod electe sint oblationes iustorum que impinguant altare et

que deo sint acceptabiles iuxta illud psalmi Tunc acceptabis sacrificium iusticie
oblaciones et holocausta tunc imponent super altare tuum vitulos / Et est si oblacio
primo dicitur esse deo acceptabilis dicitur esse summe graciosa / que est qua quis offert
semetipsum deo / prout faciunt illi qui se dei servicio deputant / aut voto
stringunt / De quo Judicum v dicitur qui sponte voluntate obtulistis vos di-
scrimini benedicite domino / Alia est oblacio preciosa / quam deo offerimus mal-
taci scilicet filium dei benedictum / qui semetipsum pro nobis obtulit in ara
crucis deo patri sicut dicitur ad hebreos ix se semetipsum obtulit immacula-
tum deo / Et malachi i In omni loco offertur nomini meo oblacio munda /
Oblacio virtuosa est qua quis offert deo opera sua bona sicut quidam
sacrificia matutina in Ro... In simplicitate cordis mei letus obtuli
universa hec / Et i paralipomenon xxix Oblacio autem fructuosa est illa qua nos
offerimus pauperibus elemosinas et qua offerimus proximis adiutorium
et medelam / de qua dicitur ecclesiastici xxix Conclude elemosinam in sinu pauperis et ipsa ... migorem
et oblaciones et potaciones ... premium bonum tibi thesaurizas in die ne-
cessitatis / quia elemosina ab omni peccato et a morte liberat / et non patitur
animam ire in tenebras / Fiducia autem magna erit coram summo deo elemo-
sina omnibus facientibus eam / Thobie supra / Et ecclesiastici iii ignem ardentem
extinguit aqua / et elemosina resistit peccatis / non solum peccatis sed etiam casibus
diversis et fortuitis / Item beatificatur dantes elemosinam psalmus Beatus qui in-
telligit super egenum et pauperem in die mala liberabit eum dominus / Et prover-
biorum Feneratur domino qui miseretur pauperi Et ... Orisostomus super epistolam
ad hebreos et allegatur in sermone ... Cum videas
medium etc. dicit Elemosina dei amica consistit / et semper ei propinqua est /
pro hiis quibus voluerit facile graciam impetrat / et magnam prestat co-
fidenciam / Pro peccantibus ... pro delinquentibus / vincula peccatorum
dissolvit / fugat tenebras / extinguit ignem / mortificat vermem /
repellit dentium stridorem / huic cum multa fiducia porte celi aperiunt
et regnum intrat / nullus ianitor audet dicere / tu quis es / vel unde
... regnum intrat / ... Est ergo vere regina que facit nos deo
... eam in regnum recipiunt / Est ergo ... regina ... hec ... constituit
... solium regale / quia iudicium advenit repente / et nos a suppliciis
imminentibus aliis suis nos contegere / Et dicit gl. ... Unde hec ...
obsecrantes Loth angelis tectum prebuit consuetudine hospitalitatis li-
beratus a pereunte civitate / et evasit incendium / et eciam con-
secutus est premium / discite ... sub dilectione hospitalitatem ...
ne si forte tua domus clauseris / cui ... deneganeris / ipse sit
... Et petrus ravennas dicit ergo manus pauperis est gazophila-
cium / et quicquid accipit pauper christus recipit acceptum / et subdit Da
pauperi terram / ut accipies celum / nummum ut accipies dei regnum
Da micam ut accipias regnum Da pauperi ut det tibi deus / quicquid pau-
peri dederis tu habebis / et quod a te non accepit pauper habebit alter / Sed ... ele-
mosinas ... que ... sunt pauperum sunt / Ex quo dicto ... offertur elemo-
sina est oblacio summe fructuosa ... tam offerenti quam recipienti prodest

Sequitur lectura alberti magni de offertorio

Sunt ergo ad terciam partem misse in qua ordinatur totius vite consu-
macio hoc est professio et hoc est in tocius servitutis perfectione per nostri
ad christum ~~in comparacione~~ incorporacione Circa hoc ergo quatuor sunt notanda.

q^x oblacio:
Graciosa
Preciosa
Virtuosa
Fructuosa

Elemosina
...

xl

inchoatur tota completur oblata fine consumacio sine perfectio scilicet obligacio
sanctificacio / sanctificati distribucio et dispersi communio. Per primum offerimus
munera / per secundum idonea deo efficiuntur oblata / per tercium distribuuntur pro uni-
uscuiusque mensura / per quartum aliquid ad dexteram mittitur corporis. Iuxta prefata
primum facit sanctitatis perfector in offertorio / et primo silencio quod conclu-
ditur prefacione / secundum facit in secundo silencio quod concludit dominica oracione
Tercium facit in tercio silencio quod concludit in agnus dei / Quartum
facit in quarto silencio quod concludit communionem. In primo autem quinque
occurrunt notanda scilicet salutacio qua a sanctitatis perfectore salutatur populus
offertorium oracio secreta et communio que est prefacio. Circa primum attenden-
dum est quod sicut sanctitatis perfector primum salutat populum ad consolandum
de desiderio quo adunatus est dominus / Et secundo salutat ut cum eis sit dominus
ad instructionem perficiendam. Ita modo salutat ut dominus assit qui offerenda
recipiat. Oportet enim est ordo congruus ut instructio exhibeatur / quia sic dicit
Ro x fides est ex auditu / auditus autem per verbum dei / et quod post hoc quisque
fidem perceptam ore confiteatur / quia sic ibidem Ro x corde creditur ad iu-
sticiam / ore autem confessio fit ad salutem. Credidi propter quod locu-
tus sum / et tercio fructus totus est ut credentis populus deo offeratur. Hec
enim propter quod offeramus sacrificium laudis semper deo id est fructum labiorum no-
strorum confitencium nomini eius. Hanc quod intencionem sanctitatis perfector
dicit Dominus vobiscum conuertens se ad populum / domine inquam vobiscum sit ut
in sacrificium deo offeramur / Dominus vobiscum ut certa sape oblacionis affe-
ramur / Dominus vobiscum ut oblato sacrificio incorporemur / Dominus enim vobiscum
est qui nos sibi oblatos suscipit / qui nos circa suum sacrificium affici facit
et qui nos sibi unum facit et unit. De primo dicitur in psalmo ecce dominus
vobiscum / et fuistis cum eo quoniam cum confessione fidei fuistis cum domino
et ideo dominus vobiscum est / et ideo dominus vobiscum erit. De secundo dicitur Genesis xxviii
si dominus deus meus mecum fuerit in via qua ego ambulo et dederit michi
ad edendum hoc est ad gustum suum in specie panis erit michi dominus in deum
Psalmus Gustate et videte quoniam suavis est dominus. I Petri ii si tamen gustatis quoniam
dulcis est dominus. De tercio dicitur Numeri xiiii terram quam circuivimus valde
bona est. Si propicius fuerit nobis dominus inducet nos in eam / et post pauca
dominus vobiscum est nolite timere neque metuere. Hec enim terra est terra nostre
[illegible] fructus qui est corpus domini in quod nos ducit [illegible]
sui / et ad hoc optatur esse vobiscum. Ideo ergo dicitur hoc loco Dominus vo-
biscum. Respondetur autem ex parte offerencium Et cum spiritu tuo quia hoc sacri-
ficium quod in spiritu offertur acceptatur a deo. Daniel iii In animo contri-
to et spiritu humilitatis suscipiamur. Psalmus Sacrificium deo spiritus contribulatus
cor contritum et humiliatum deus non despicias. Hac quod de causa hic
dicitur Et cum spiritu tuo. Secundum in hac parte est offertorium circa quod duo
sunt notanda. scilicet quod sacerdos premittit se ad altare conuertens Oremus / et
in oracionem [illegible] non statim dicat / sed offertorium cantatur. Dicit autem ore-
mus / ideo ut magna et efficax et pura oracio exigitur ad hoc quod populus
deo incorporandus offeratur. Oracio enim est pius affectus mentis in deum
directus / et populus offerendus deo pius affectu toto debet elevari in ipsum
ut dignum deo de ipso fiat sacrificium. Luce xviii oportet semper orare et non
deficere. Et Ephes vi per oracionem instate vigilantes in ea. Tali admoni-
cione facta adorandum vocem laudis et iocunda cantatur offerto-
rium / in quo non tamen offertur munus intrinsecum recognicio est sensualis

populus / si munus est sensuale

quare qui offert munus seipsum offert propter stabilitatis deo offendendi / pri
ad Kaym qui munus deo obtulit et seipsum dyabolo mancipavit / dominus dixit
Gen. iiii^o. Nonne si bene offeras / male autem dividas peccasti. quiesce. Sic tu pec-
casti. Et dicit ibi glosa: quod bene obtulit qui creaturam creatori obtulit / male
autem divisit / qui de bonis suis deo / et seipsum obtulit dyabolo. Est ergo oblacio exte-
rior signum oblacionis interioris / sic homo per censum quem deo suo offert
recognoscit quod dominus in ipso sit dominium. Et hoc Deut. xxvi ubi
dicitur: Tolles de cunctis fructibus frugibus tuis primicias et pones in
cartallo pergesque ad locum quem dominus deus tuus elegit ut ibi invocetur no-
men eius / accedesque ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis et dices ad eum
Profiteor hodie coram domino deo tuo quod ingressus sum in terram pro qua iura-
vit patribus nostris ut daret nobis / Suscipiensque sacerdos cartallum de
manu tua ponet coram altari domini dei tui / et aliquibus interpositis
dicit sic ille qui munus obtulit / idcirco nunc offero tibi primicias frugum
terre quas dominus dedit michi et dimittes eas in conspectu domini dei tui / et
adorato domino deo tuo epulaberis in omnibus bonis que dominus deus tuus de-
derit tibi. Sic iste cum per oblacionem recognoscit se plene ad deum / et obla-
tus illi secum epulabitur in convivio corporis et sanguinis domini. Sic
ergo oblacio exterior interioris oblacionis est signum / Hec autem exterior oblacio
debet esse utilis valore / pinguis devocione / oblata in caritatis dulcedine / et
munda acquisicione / utilis inquam ut possit ministris dei converti ad utilitatem
Unde maledicitur qui debile offert quod ad utilitatem converti non potest. Mal. i
claudum et languidum intulistis munus numquid suscipiam illud de
manu vestra dicit dominus. Maledictus dolosus qui habet in grege suo ma-
sculum hoc est perfectum et valorem et potum faciens offert domino debile
hoc est quod non potest converti in utilitatem / sicut faciunt qui falsam monetam
et alia nichil valencia ad altare et pro decimis offerunt / pinguis autem debet esse
devocione / ut plus de cordis devocione redolet quam de manu. Ps. holocausta
medullata offeram tibi. Eccli. xxxv oblacio iusti impinguat altare et odor
suavitatis est ante conspectum domini. De tercio dicitur Mt. v Si offers mu-
nus tuum ante altare et recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adver-
sum te / relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari
fratri tuo / et tunc veniens offeres munus tuum / quod aliter dicet tibi illud
Mal. i Non est michi voluntas in vobis et munus non suscipiam de manu
vestra. Tunc munda debet esse acquisicione accipit. Prov. iii ubi dicitur. honora dominum
de tua substancia / et de primiciis omnium frugum tuarum da pauperibus / ac
si dicat quod tuum et non alterius sit quod offeres deo. Eccli. xxxiiii immolantis
ex iniquo oblacio est maculosa / et sunt beneplacite subsannaciones iniustorum
Subsannacio enim et non oblacio est qui offert aliquid de rapina vel de usura
vel aliter iniusto lucro / Eccli. xxxiiii dona iniquorum non probat altissimus
nec respicit in oblacionibus iniquorum. Hoc in nichil ne sacrificium [illegible]
vit patris clamat enim rapina contra rapientem / et ideo dominus ad oblacionem
eorum non respicit / Ysa. iii Rapina pauperis in domo vestra. Eccli. xxxiiii qui o-
fert sacrificium ex substancia pauperum / quasi qui victimat filium
in conspectu sui patris. Debet ergo et dicitur debet fieri oblacio de exterioribus
que signum est oblacionis interius / hec autem fieri debet hilariter et iocunde
[illegible] sicut dicit ii Cor. ix hilarem datorem diligit deus. Et hoc repre-
tat dominus qui totus est in sortem dei oblatus cantando offertorium / et io-
cundo cantu et letis neumatibus cantari debet / quod quidem ecclesie

cantant per modum iubili tantates versus offertoriorum et tractus de po
palitus. Vel ubi eum offerret ipsius dona in edificium domus dei dixit
David in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa hec et populum tuum
qui hic repertus est vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria domine
deus Abraham ysaac et israel patrum nostrorum in eternum custodi hanc
voluntatem cordis eorum et sic in veneracionem tui mentis ista permaneat
hoc est legitur ibidem de offertorio dicendum videtur Termini pinta particula
scilicet de offertorio incipit secunda pars missae principalis ubi Suscipe sancta tri-
nitas in qua secundum alexandrum [illegible] declarauit primum est consecrado-
rum oblacio Secundum est oblatarum consecracio ubi Te igitur clementissime
pater Tercium est rei conservatae commemoracio ubi unde et memores
Quartum est rei consecratae perceptio per orationem dominicam immediate
ibi libera nos In prima parte continetur etiam primum est putacio munerum
Secundum est interpellacio precum ibi Suscipe In spiritu humilitatis Tercium
est exhibicio laudis ibi Orate. Quartum secunda secretis ubi incipit prefacio Circa
primam partem sciendum quod sacerdos volens presentare oblacionem deo, pri-
mo manum et primo pro hostia accipit panem triticeum azimum mundum
et purum, pro calice recipit vinum purum et sapidum, miscens modicum aque
quae posset absorbi a vino prout infra dicetur quo facto debet fiat
hec commixtio vini pariter et aque In nomine patris et filii et spiritus sancti. Deinde accipit
sacerdos calicem tenendo vna manu in medio et reliqua sustentando pe-
dem calicis et alte subleuando non ultra caput dicit Suscipe sancta trinitas
hanc oblacionem que oracio de se indicat pro quo tunc dicatur cetera denique
dicta autem ista oracione calicem deponere deorsum et patenam desuper
tollere et panem ad pedem calicis collocare, vel mittere se et calicem secundum
modum magis quem Vel sic In secunda parte misse principali agitur primo de so-
lemni preparatione ex parte ministrorum et de oblacionis putacione de qua plura
sunt consideranda et declaranda et primo qualis talis esse debeat quod auctoris in-
[illegible] Secundo patena que debet esse lata et rotunda sunt corda in perse-
[illegible] nostra que debent esse dilatata in caritate et rotunda per per-
severanciam Item ibi debet poni panis et vinum aqua mixtum De hostia
est sciendum quod ipsa debet esse alba ad designandum Christi innocenciam Secundo
[illegible] ad designandum Christi suauissimam delectabilitatem 3o debet esse te-
[illegible] ad designandum Christi abiectissimam humilitatem Item debet esse non magna ad
designandum Christi [illegible] Item debet esse rotunda ad desi-
gnandum sinceritatem Christi benignitatem Item debet esse sine fermento ad de-
signandum Christi sine cupiditate liberalitatem Sal omnem comestum sitim facit per quod desi-
gnatur cupiditas que est sitis honorum temporalium Vel candida triticea te-
nuis non magna rotunda expers fermenti non salsa sit hostia
cristi hec septem designat ista septem virtutes quas sacerdos debet habere vo-
cibus per mansuetudinem dulcedinis Tercius per abstinenciam et [illegible]
tem debet esse non magnus secundum sui estimacionem per veram humilitatem
debet esse rotundus per caritatis perfecte perfectionem Expers fermenti per
peccatorum mortalium immunitatem non salsus per auariciam cupi-
ditatem Notandum quod hostia habet in se septem proprietates septem virtutibus co-
uenientes contra septem vicia Prima proprietas est quod ibi est impressio nominis
cristi videlicet ihesus siue Christus siue alia imago ad cuius formam passionem

Sip[illegible] hostia
[illegible]
[illegible] vii vicia capitalia

et quod innuit virtutem humilitatis / que totum deo attribuit contra superbiam / que bona opera non deo sed sibi attribuit. Secunda proprietas est quia triticea in unum congesta / sine acervus non potest in se distinctio aliquam / et per hoc innuit virtutem caritatis / que est unitiva contra iram / contra discordiam / contra scissuram. Tercia proprietas est quia illa est azima sine omni fermento / quod est contra invidiam quia invidia enim diaboli intravit mors in orbem terrarum. Sapientie ii° et i ad Cor. v dicit apostolus non in fermento veteri neque in fermento malicie et nequicie etc. Quarta proprietas est figura circularis que adaptatur prudencie illa enim est que mensurat circulos rerum / contra accidiam / que solum est contenta presentibus. Quinta figura quod hostia est pura et non habet aliquam permixtionem / et adaptatur iustitie que unicuique reddit quod suum est nichil de alieno admiscens cum suo / quod est contra avariciam. Sexta proprietas est in hoc quod hostia est parva et quasi modicum / et nichil prestat sacietatis / et innuit temperanciam / contra gulam. Septima proprietas est in hoc quod hostia est alba et rotunda / et sic continenciam seu castitatem / quod est contra luxuriam. Unde Innocencius tercius dicit Eucaristia liberat a malo conservat in bono / delet venialia / cavet mortalia / gratiam confert / virtutes auget / omnia mala annullat, prima causas precludit et ad vitam eternam viam parat hoc ille. Hic non credit miraculo / et opus celestis sui consuevit operari / ut idem Innocencius dicit. Ex quibus dicitur quod sacerdos debet conficere panem triticeum non fermentatum duplici de causa / una ratione facti et alia precepti / nam Exodi xii precepto fuit ubi sic legitur. Mense primo xiiii die ad vesperam comedetis azimos panes usque ad diem vicesimum primum eiusdem mensis ad vesperam. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris / qui comederit fermentatum peribit anima eius in Israel / tam de advenis quam de indigenis terre. Cum ergo xiiii die primi mensis ad vesperam cenaverit cum discipulis et agnum paschalem comederet / et utique ritu legali cum lactucis agrestibus constat quod tunc fermentum non inveniebatur in domibus hebreorum / et ita panem azimum absque dubio consecravit. Unde ex loco patet quod nos in azimis conficere debemus. Secundo hoc debet sicut ratione misterii. Fermentum enim corruptionem sit / apostolo testante qui dicit modicum fermenti totam massam corrumpit / ad Cor. v ut ergo intelligatur corpus Christi nichil corrumpere sed totum esse sincerum in hoc sacramento esse monstret ideo non fermentatum sed azimum consecramus. Nam secundum apostolum ubi supra pascha nostrum immolatus est Christus / ita quod epulemur non in fermento malicie et nequicie sed in azimis sinceritatis et veritatis. Greci tamen primatus in suo errore conficiunt in fermento asserentes in parasceve lunam xiiii etiam in qua verus agnus immolatus est ut legis impleretur figura que xiiii luna mensis primi paschalem agnum iusserat immolari. Dicunt ergo eadem die se passurum esse prenoscens in precedenti vespera noctis discipulis anticipando comedit pascha / et quod pie licite poterat comedi fermentatum / et ita ipsi corpus domini de fermento conficiunt et confirmant. Ex alio quod Joh. xviii° dicitur quod non intraverunt ne contaminarentur sed ut manducarent pascha igitur in parasceve ad vesperam debebat manducari pascha et sic videtur fuisse luna xiiii. Sed isti non recte intelligentes seducuntur quod propter hoc ut dicit quod iudei non intraverunt pretorium ut manducarent pascha / ibi pascha non accipitur pro agno paschali sed pro pane azimo quos septem diebus comedebant. Sed dices quid si sacerdos latinus attentaret consecrare in pane fermentato / an conficeret. Respondeo quod sic licet

permiserit unum errare sive / et in hoc graviter peccaret / quia panem esse fermentatum est pani accidentale / nec propter hoc substantia panis mutatur / ideo potest fieri
consecratio in pane fermentato / nam et sacerdos grecus conficit etiam in
pane fermentato / unde innocencius dicit / Sed adhuc multi de fermento sacri-
ficant quibus tamen propter catholicis romana ecclesia ... quam melius solucio
differam ut alio grecus absolvat / et dicit sanctus Thomas tercia parte q. l. xxiiii
quamvis consuetudo conficiendi in azimo racionabilior sit / tamen apud grecos permittitur
conficiendo in azimis et permittere errare sive unum / Sed q. que est causa quare
de tritico debet fieri hostia / videtur quod una causa est quia inter frumenta triticum
est optimum / Sed quia secundum allegandum papam michael in sacrificio potest esse maius
quam corpus et sanguis christi / ideo et de pane optimi frumenti debet confici / Secunda
causa quia sicut triticum eligibilius et plurimis est certis granis ex quibus
fit panis / ita caro christi formata fuit de purissimis sanguinibus beate virginis et
cuius caro depurata fuit ab omni labe peccati / de qua sumpta fuit caro christi / tercia
ideo quia dominus comparavit se ipsum grano frumenti dicens / Nisi granum frumenti cadens
in terram mortuum fuerit ipsum solum manet etc. Johannis / Sed q. q. Si oblata
facta esset de tritico mixto cum siligine / utrum ex ista possit corpus confici
corpus christi / Videtur distinguendo de mixto / quia vel ibi plus est de siligine vel plus
de tritico vel sunt in equali mensura / primo et tercio modo non potest confici / sed secun-
do modo conficit et graviter peccat / et hoc de hoc penitere / Et magister hostiensis dicit
Si grana alterius generis admixta fuerint tritico ... nisi tantum sic admixtum
sit ut penitus absorbeatur a tritico corpus christi inde non conficitur
Sed de materia eucharistie quo ad sanguinem dicit sanctus Thomas super ... dis-
tinccione quod vinum ... scilicet vitis in quo et consistit est debita materia / et si vinum peni-
tus conversum est in acetum / non potest confici / quia acetum non est / sed sicut vinum
... vinum et acetum / sicut vivum et mortuum ... / Sed si vinum
est ... in principio et in via acescendi potest quidem confici / peccat tamen conficiens et propter
... irreverenciam sacramenti / Idem intelligit de pane mucido vel corrupto / ad idem
concordat Albertus dicens / Si vinum est omnino putridum adeo / quod natura et sapo-
ris vini perdit / non potest confici / quamvis non sit corruptum sed in via ad corrupcionem
non confici quidem potest sed propter irreverenciam sacramenti non debet / Idem intelligendum est
de pendulo vino / et multum acro / Unde de sanctis patribus legitur quod vinum bonum
... melius et preciosius potuerunt pro isto sacrificio
sacrificio aptaverunt ad reverenciam istius sacramenti / Unde quidam doctor dicit vi-
num quanto vigorosius et forcius tanto melius est ad consecrandum / ut sic
... vini ... Innocencius dicit / licet autem diligenter
studendum vinum optimum sit querendum ut in sacrificio offeratur ... non
... sacramenti / quo circa si vinum novum quod dicitur mustum sive aci-
dum vinum quod dicitur acetosum in sacramentum offeratur / sacrificium efficitur / et dicitur con-
secratum / quod intelligitur modis supra positis / Sed dubitatur an agresta possit
confici / videtur sanctus Thomas ubi supra quod non / quia adhuc non habet speciem vini / sed est tamen
in via generacionis / nec potest ex vappa confici / quia vappa nichil aliud est nisi aqua
fusa super feces vini aliqualiter exinde sumens saporem / Sed utrum possit confici
de musto / videtur sanctus Thomas ubi supra et petrus de Tharan. quod sic / et Albertus
~~in exposicione misse dicit Si aliqua esset terra ubi non haberetur vetus vinum~~
Et Raymundus dicit vinum ... vel mixtum ... ad mensam domini non
accipere nec acetum / Sed q. q. quid in illis terris fiat ubi non est vinum / nec potest
haberi / utrum ibi sine vino panis posset confici / Ad hoc videtur quod non est aliqua
terra quin ad eam possit tamen de vino portari quantum sufficit ad celebracionem
/ Sed q. quid si esset ... plenum vino et intromitteretur una gutta aque utrum
possit fieri consecratio / Ad hoc videtur sanctus Thomas quod sic / est racio quia ibi aqua conversa

est in subsidium vini. Circa secundum s. ad additamentum quod vino debet admisceri una gutta aque
due vel tres, et adeo parum quod penitus aqua absorbeatur a vino. Sic quod nec
sint in equali mensura, nec quod in maiori quantitate sit aqua. Et debet esse aqua
naturalis, et non artificialis, si tamen apponitur, nichilominus conficitur, nam ipsa
ita sibi commiscetur in vinum sicut et aqua naturalis. Quare autem fiat huiusmodi commix-
tio vini et aque, huius ponitur triplex ratio. Una est hec: similis facto Christi, qui
in cena miscuit aquam vino, prout dicit Ciprianus et habetur in eodem capitulo
in conse. dis. ii. Et sicut dicit quedam glosa Ieronimi super Math. Secunda est quia
sanguis et aqua effluxerunt de latere Christi. Iohannis xix. Tertia: aqua miscetur vino
ut populus Christo adiungatur, ut ipsius in Christo et Christus in ipso maneat. Nam
secundum Iohannem Apocalipsis populum designat, iuxta illud Apocalipsis xvii: aque multe
populi multi. Et hec Bonaventura. Et sicut aqua est fluxibilis ita et homines labiles.
Sed per vinum sanguis Christi vel eius divinitas designatur. Christus enim sanguinem suum
pro populo effudit. Unde dicit: hic est sanguis meus pro vobis effusus etc. Sacerdos
igitur miscet aquam vino, quia Christus per mortem effusionem sui sanguinis
reconciliavit populum deo. Unde glosa super illud Mat. xxvi dicit: Nec panis sine
aqua, nec vinum sine aqua offertur, per aquam populus fertur, quia nec sine
passione Christus salvatur, nec sine ipsius cruce et amore Christus passus fuit. Sed quid
si sacerdos omiserit aquam, an possit conficere? Videtur quod sic. Graviter
tamen peccat qui negligenter aliter velatam speciem omittat. Gravius qui scienter
aut sponte, maxime si formam intendit mutare. Et hec sim. modo. Dicitur
ergo si per negligentiam omittitur aqua, perfectum esset sacramentum, quia remanet
ibi ea que totum Christum sunt. Sed unio membrorum ad caput, scilicet Christum, non
servatur ibi propter defectum aque. Alia dubia patebunt infra loco suo. Et quia
primo cum aqua in calice debet misceri, ideo de calice et eius materia est viden-
dum. Unde calix quandoque sumitur pro passione, ut in evangelio Math. xxvi: Pater si non
transfer calicem quem ego bibiturus sum. Quandoque sumitur pro sanguine Christi,
et sic dicitur calix ut patebit circa verba consecrationis. Et passio dicitur calix
quia secundum antiquam consuetudinem morientibus vel mori debentibus ministrabatur
amarus potus de calice. Sumitur etiam calix pro sanguine Christi. Et sic dicitur calix
a calida potatione, quia calix et sanguis Christi ad maximam caritatem vel fervorem
devotionis provocant. Sed de materia calicis sciendum quod in primitiva ecclesia
apostoli et eorum successores in quotidianis vestibus et ligneis calicibus ce-
lebrabant et conficiebant, quia ut dicit Gwillermus in Rationali, tunc erant aurei sa-
cerdotes et calices lignei. Nunc vero sacerdotes sunt lignei, calices autem au-
rei. Sed Clemens papa tradente apostolo Petro pretiosum sacerdotium vestium sumpsit
ex veteri lege, et Stephanus papa in eis missas celebrari instituit. Et sic
illud fuit immutatum quod in ligneis calicibus non conficiatur. Et ratio: quia lignum
est porosum, et sic in se potest imbibere sanguinem Christi, nec est etiam in ve-
stibus quotidianis, sed duntaxat in consecratis portari. Ideo illa consuetudo
fuit immutata quod in calicibus ligneis non debeat confici. Severinus
vero papa in vitreis calicibus instituit. Et hec iterum immutata est propter
vitri fragilitatem. Urbanus vero papa in aureis et argenteis offerri
constituit, prout habetur de conse. dis. ii. Vasa quibus sacrata conficiuntur
aurea vel argentea esse precipimus. Si quis autem adeo pauper fuerit quod
ipsa habere non potest stanneum habeat calicem. Et est circa sollemnem sacra-
menti celebrationem corporalia, prout dicitur in canone de conse. dis. i. c. Sic lege
consulto omnium constituimus ut sacrificium altaris non in serico panno
vel tincto quisquam celebrare presumat, sed in puro lineo ab episcopo conse-
crato terreno scilicet de lino procreato seu contexto sicut corpus domini nostri Ihesu Christi

Margin notes: "et in vase aque [illegible] / [illegible]" (beside line 12); "Calix quot modis" (beside line 24); "linteo" (beside second-last line); "[…]anus" (left of line 37).

in sindone munda linea sepultum fuit. Et est hec institucio Siluestri pape et Eusebii et corporalia uel palle que disponuntur super altare sunt linthiamina quibus inuolutum erat corpus christi. Pars autem illa que plicata ponitur supra calicem est sudarium quod fuit super caput eius separatim inuolutum in unum locum, ut dicit Johannes xx. Sed pars extensa est sindonem lineam et mundam qua fuerat corpus christi a Joseph de Arimathia inuolutum. Aliqui vero habent tantum unum corporale ut religiosi. Et ideo quod in euangelio legitur quod Joseph corpus christi inuoluit in sindone munda. Non ergo dicit pluraliter in sindonibus ad designandum sacramenti unitatem. Et tamen in hiis aliquid figuratur: pars extensa est fidem, pars supposita est intellectum, quia cum misterium credimus sed non possumus comprehendere. Aut fides habet meritum cui humana racio non prebet experimentum. Et credamus ergo corde puro et consciencia non ficta sed non presumamus discutere. Omnia secundum Jeronimum defectum scrutantes scrutinio. Et iuxta dictum sapientis qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Nam cum dixisset dominus: Durus est hic sermo, quis potest ipsum audire, abierunt retro et non ambulabant cum eo, Jo vi. Debet autem corporale in latum quater esse plicatum ad designandum quatuor proprietates christi que sunt latitudo caritatis, longitudo eternitatis, altitudo maiestatis, profunditas immensitatis. Et iterum quater autem plicatur in longum, quatuor designat cardinales virtutes scilicet iusticiam, prudenciam, temperanciam et fortitudinem, per quas innatas passiones in nobis reprimimus. Ter vero plicatur in latum, tres theologicas virtutes scilicet fidem, spem et caritatem, per quas deo primum figurant. Sed queritur an talis variacio sit licita circa corporale, scilicet aliqui solum habent unum, aliqui vero duo, quorum quoddam vocatur corporale, similiter et de locatione manuum. Aliqui ante oblacionem sacrificii, aliqui post sectionem, alii post statim ad hoc. Videtur quod sic, quia ad variacionem in nichil officit, id est nocet, diuersa consuetudo ecclesie, dum non seruatur unitas caritatis. De conse. dis. iiii. ter trina dicitur: In una fide nil officit sancte ecclesie consuetudo diuersa, sine cum puer semel siue ter immergatur baptismus creditur. Et consuetudo unius ecclesie quod debet subuerti [illegible] consuetudo alterius ecclesie. Dis. xii. Omnia talia. Et consuetudo pro lege custoditur, de gestis de legibus de consuetudinibus. Et ideo sicut nichil contra legem debet fieri, sic nichil debet fieri contra longam consuetudinem. Codice que sit longa consuetudo lege prima. Et ideo debet puniri transgressor laudabilis consuetudinis sicut transgressor legis. xi. dis. In hiis. Sed hoc intelligitur de consuetudinibus laudabilibus racionabilibus que non sunt contraria, nec obuiant statutis canonicis et diuinis preceptis, et maxime si sint redacte in scriptum, quia tunc vocatur consuetudo. Alius sic disponitur: sacerdos accipiat hostiam in patenam et vinum in calicem cum suis oracionibus offerens illa duo. Species cum veritatem huius sacrificii umbra in Melchisedech sacerdote dei summi in typum seu figuram eukaristie panem et vinum offerente. Quod et hodie in memoriam huius accepta sic sacerdos institutus secundum ordinem Melchisedech christo panem et vinum ante consecracionem offerre deprecans ut deus ea benedicat et sacrificet, et inde sacrificium verum fiat, quod in oblacione Melchisedech figurabatur, et ipsius christi reali exhibicione recognoscat beneficium oblacionis christi pro omnium salute in ara crucis factam, et in sacrato altaris dicens quod offert: Suscipe sancta trinitas etc. In qua oblacione patet cui offertur, quia sancte trinitati, quid offertur, quia hanc oblacionem, quare offertur, quia in memoriam passionis et pro salute omnium. Qua oracione finita locat calicem. Et aliqui secundum consuetudinem romanam locant a dextro latere hostie, quia sanguis domini nostri Jhesu christi de dextro latere creditur profluxisse. Vel secundum communem usum oblata locatur inter sacerdotem et calicem ad denotandum quod christus homo mediator fuit inter deum et hominem. Contra ex primo Deum est. Calix fit ex diuinitatem, patena humanitatem, que dimittit

[Margin:] Et aurifex quando quidam qui ad valescendum mutuo manu debuit [illegible] scilicet quamquam quicumque de [illegible] medicorum quod fuit circa celebracionem sacrificii. Questio que sequitur a [illegible]. Quod si unitas [illegible] fide catholice nil officit consuetudo diuersa. Et si nulla fuit diuersitas, quod ideo in summa sancti [illegible] in [illegible] fidem [illegible] scandalum [illegible] in [illegible] in [illegible] debent quia pietas [illegible] in parte [illegible] tollerandas et scandalis sed scandalo damnandas.

Sic patena calicem contegit / panis sit Christi / et sacerdos [illegible] / et patena dicitur a patendo / que lata est et ex parte profunditatis ad recipiendum hostiam. Signatam latitudinem caritatis apostolorum / qui Christum receperunt / et sic hostiam super patenam offert / ut super latitudinem caritatis sacrificium iusticie offeratur / ut holocaustum autem pinguius fiat / Hanc latitudinem caritatis corda discipulorum habebant / cum Petrus diceret paratus sum tecum in carcerem et in mortem ire / Et similiter omnes discipuli dixerunt / Ceterum quia Christus in aliis dictis predictis promotus est / caritas autem infirma / sed per latitudo cordis ab eis aufugit et latuit / quia omnes discipuli relicto magistro fugerunt ab eo et latuerunt / et ideo post susceptam oblationem / sacerdos abscondit sub corporali patenam / vel ab altari removetur subdiaconus retro continet involutam / per quod discipulorum fuga / vel latibulum designatur / qui cum verum sacrificium offertur relicto Christo fugerunt sicut eis predixerat dicens Mt xxvi omnes vos scandalum patiemini in me in hac nocte / Septimo est quod pertinet pastorem et dispergere oves gregis / [illegible] / Et ideo sacerdos dominice resurrectionis eulogium annunciaturus resumit patenam / Quia cum esset sero die illa una sabbatorum et fores essent clause ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum venit Ihesus / et stetit in medio eorum dixit eis pax vobis Joh xx Resumens oves que trepidantes aufugerant / Sed circa hanc particulam aliquis diceret / Quare subdiaconus qui vinum infundit in calicem non apponit et aquam / Sed sacerdos / Item quare sacerdos non offert calicem cum vino / sed diaconus / sic offert patenam cum hostia / Item sacerdos offerens hostiam dicit offero / Dicit enim Suscipe sancte pater omnipotens eterne deus hanc immaculatam hostiam / quam ego indignus famulus tuus offero tibi / diaconus vero offerens vinum dicit pluraliter offerimus tibi domine calicem salutaris / quod videtur inconveniens / cum quia sacerdos sit persona maioris auctoritatis quam diaconus / modus autem loquendi pluraliter / magis congruit maioribus personis quam minoribus / Ad primum dicitur ut dicit Alexander in expositione misse quod commixtio aque cum vino in calice sit unionem populi fidelis cum Christo reconciliati deo per mortem illius / qui est sacerdos secundum ordinem melchisedech / Ideo in signum huius unionis et reconciliationis apponitur a sacerdote quo Christus significatur / Ad secundum dicendum quod in oblatione veri sacrificii in ara crucis separabatur corpus Christi sine sanguine / in cuius rei signum oblatio hostie qua significatur oblatio Christi secundum carnem / fit a sacerdote / quo significatur et oblatio vini quo significatur oblatio Christi quantum ad sanguinem fit ab alio scilicet diacono / non tamen precise quia et sacerdos et diaconus calicem offerunt cum vino / secundum quod oblatio ad intentionem refertur / Unde uterque dicit proferre verba oblationis sequentis offerimus tibi domine calicem salutaris etc. / oblatio autem illa potius fit a diacono quam ab alio ministro propter dignitatem ordinis diaconatus / que proxima est dignitati ordinis sacerdotalis / Et ex hoc patet solucio ad tercium quod queritur quare sacerdos dicit offero / et diaconus offerimus / Dicitur quod ratio huius est quia sacerdos solus offert / diaconus non solus / sed ipse et sacerdos simul / quantum ad intentionem / Et aliter oblatione autem facta panis et vini consecrandi tres orationes secretiter subiunguntur / secundum consuetudinem ecclesie Romane / In prima postulatur acceptio divina ipsius sacrificii et illorum qui assistunt in illa ibi In spiritu humilitatis / In secunda postulatur consecratio sacrificii in illa Veni invisibilis sanctificator / In tertia postulatur profectus oblationis facte ad honorem sanctorum et nostram salutem / in illa scilicet Suscipe sancta trinitas etc. In multis autem ecclesiis dicitur [illegible] et secundum [illegible] sacerdos dicit

in spiritu humilitatis et animo contrito suscipiamur a te domine quo tangit que oracio efficiat accep-
tabilem se humilitas cordis contricio ps. cor contritum et humiliatum deus non despicies. Secundo
gestionem ipsius [illegible] ad quam requiritur nisi parvipallio(?) spiritu et contricio. Unde
Gilbertus [illegible]. Hic de preparacione qua interim ad offerendum se preparat se sen-
tans(?) preparacionem est dicendum. Preparat autem se tribus incenso loquendo(?) et oracione incenso
per se devocionis odore, locione munditie interioris, oracione cordis fervore. Cir-
ca primum attendendum est quod ea fiebant in lege et in sancta sanctorum. Quod ante velu
vonum(?) in sancta sanctorum propiciatorium erat fuit et thuribulum in sancta altare aureum.
Ad ista ergo ea sacerdos se preparat mactans tantum super altare, ad quod procedit cum
thure, impleto cor suum procedit cum fervore oracionis accedens ad propiciatorium
quasi iam ad locum ubi offerendum fuerit [illegible] thus ergo est in thuribulo quasi sua-
vitatis odor i. devocio. Can. iij. Que est ista que procedit sicut virgula fumi ex
aromatibus myrre et thuris. De mactacione corporis in altari dicitur Ro. xij.
Obsecro vos fratres ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem sanctam deo placentem
racionabile obsequium vestrum. De tercio dicitur in ps. Introibo in locum taber-
naculi admirabilis usque ad domum dei. Ad altare accedens inclinat, hostiam ter
thurificat, et post in circulo thuribulo circumgirat ante propiciatorium, hoc est ante
clemenciam dei stans se elevat et manus extendit, quod inclinat ad altare signi-
ficat reverenciam, quod thurificat significat sui sacrificii [illegible] redolenciam
s. panis vini et aque que in primo est iuncta, quod se elevat extensionem sui
in deum et totum fervorem significat. Thurificat ergo ter, tres in sacrificio spem(?) [illegible]
esse designat, primum prima confitemur, secunda postulamus, et tercia unitati deo offeri-
mus. Sic ergo parat se ad altare accedens ordinando oblata thurificando et
se in conspectu domini erigendo, ac si dicat Introibo ad altare dei ad deum qui
letificat iuventutem meam ps. Secundum autem dicit Dirigatur oracio mea in conspectu
tuo sicut incensum. Per tercium dicit Elevacio manuum mearum sacrificium
vespertinum, hoc est totum ad deum coram propiciatorio et extra velum aperte
elevatum. In tercia parte huius particule agitur de thurificacione altaris. Circa quod
notandum quod talis coopertus fit corpus christi sepultum. Sed thurificacio fit unguenta preciosa
que mulieres emerunt et aromata que emerunt ut venientes ungerent ihesum. Marci
xvi. Vel dicendum quod thurificacio fit quod Maria Magdalena accepta libra unguenti
nardi pistici preciosi effudit super caput ihesu. Io. xij. Et domus impleta est ex
odore unguenti. Unde et salvator ibidem dixit: Mittens hec unguentum hoc in corpus
meum ad sepeliendum me fecit. Et iam utique predixerat fieri hoc quando hoc
in universo [illegible] dicitur quod hoc fecit in memoriam eius. Et ergo dicunt doctores
quod hec thurificacio fit in memoriam sepulture domini. Tu autem sacerdos ter super
ducit incensum, sicut quod Maria ter adhibuit unguentum circa corpus ihesu. Primo
cum unxit pedes ihesu in domo Symonis pharisei Luce vij. Secundo cum in domo
Symonis leprosi super caput eius unguentum effudit Mt. xxvi. Tercio cum ve-
nit ut ungeret ihesum iam positum in sepulcro. Et circumducit cum signo crucis
ut in pluribus ut omnes dyaboli fraudis et malignitatis conatus per virtutem sancte
crucis similiter thuris incensione effugentur, ut nec contra sacerdotem nec contra
sacrificium prevaleat. Fumus enim incensi valet contra demones effugandos. Unde
Thobie vi. Thobias iunior interrogavit angelum dicens: Quod remedium habent
ea que de pisce observare iussisti? Respondit: Cordis eius particulam si super carbo-
nes ponas, fumus eius omne genus demoniorum [illegible]. Et sciendum quod sub-
diaconus vel thuribulum portans accipiendo incensum antequam mittit in thuri-
bulum debet presentare sacerdoti in signum quod nichil est acceptum deo nisi benedictum.
Tunc sacerdos accipiens thuribulum secundum aliquos facit tres ductus in signum vel in
reverenciam trinitatis in circuitu et unam crucem desuper ob reverenciam unitatis

diuine essentie et nunc et semper etc. Post hec vadit ad partem dextram altaris secundum Christi predicationem missam ad iudeos et oues que perierant domus Israel. Sed post dimissam post
dextram vadit ad partem sinistram secundum predicationem apostolorum repulsam a iudeis
et translatam ad gentiles. Itera coram facie altaris a sinistra usque ad dextram thuri
ficat in signum predicationis misse finaliter ad iudeos reuersuram quia in fine
secundum apostolum ad Ro. xi. Reliquie iudeorum salue fiant. Deinde sacerdos thurifi
catur a diacono et minister ab acolito et thuriferario et post totus chorus me
diantibus ministris in signum quod a Christo sacerdote magno cuncta bona procedunt me
diantibus ecclesie ministris ad populum quia influxus diuinus per media descendit ad in
fima secundum dionisium de angelica ierarchia. Adeo dicit per ord. doctor noti
cie sue sparsit super nos in omni loco et notandum quod secundum quosdam sacerdos
thurificans nichil dicit. Sed secundum officium romanum dicit dirigatur ad te
domine oratio mea. Ubi primo optat exaudiri. Secundo acceptari cum dicit
Eleuacio manuum mearum sacrificium vespertinum quod erat sollempnissimum
in lege. Tercio a malis preseruari scilicet in corde a cogitatione et in ore a prola
tione mala dicens pone domine custodiam ori meo. Moraliter autem incensum
deuocionis adolendum est in thuribulo cordis igne caritatis ut odorem suauita
tis emittat. De quo dicit septuaginta fungi sacerdocio et habere laudem in nomine ipsius
etc. Et sic in etc. Hoc enim incensum sacerdos accipit vel episcopus acceptat et incensat
ecce sacrificium et altare. Sequitur quarta particula in qua pretactum facit mentionem de
manuum ablucione. Circa hoc notandum quod quamuis sacerdos in principio misse
~~in principio misse~~ dum se vestibus induerat manus abluit in signum quod carere
debet macula mortali tamen in hoc loco volens sacrificare iterum lauat se in signum
carentie venialium et minorum. Ideo fit in capitibus digitorum. Est sic lotis ma
nibus oblacionem accipiat incensum offerat et orationem effundat. Talia septimum
est. Exodi 30 facies labrum eneum ad lauandum pones quod illud inter testimonium
tabernaculo et altare et missa aqua lauabunt in ea aaron et filii eius ma
nus suas et pedes quando ingressuri sunt in thabernaculum testimonii et quando acce
ssuri sunt ad altare ut offerant in eo thymiama domino. Ista fuit figura ut sacerdotes
sunt ad altare ut offerant in ea thimiamata ... de no
...ablui esset manibus et pedibus quod nunc realiter et mistice debent esse de no
stra sacerdotibus. Debent enim esse purgati a prauis operibus et mundati a nocivis affecti
bus quod pedes affectiones, manus opera assignantur. Sic igitur lotis manibus
et pedibus offerat hostiam immaculatam sanctam deo
corporalem ... ut magis quod mundatus offerat hostiam placentem. Amplius la
...dide Dauid cum esset mundatus petebat mundari dicens amplius la
ua me ab iniquitate mea. Psalmo 50. Sacerdos etiam sacrificaturus debet lauare conscien
ciam lacrimis penitencie secundum illud psalmi lauabo per singulas noctes lectum meum lacrimis meis
stratum meum rigabo. Psalmo 6. Lectus hominis est conscientia sua in qua securi
tatis delectatur et requiescit si bona est. Nam iuxta dicitur sapientie secura
mens est quasi iuge conuiuium. Si vero mala est in amaritudine et timore est
quia non est pax impiis. Ysa. 48. Innocencius dicit: Ipse quoque antequam unum tam
et unicum sacrificium offerret in ara crucis et resuscitatione lazari lacrimas
miseracionis effudit. Unde dicit Johannis 11 Jhesus ingemuit spiritu turbauit seipsum et lacri
matus est. Ideo ex loco quia hoc sacerdos facere debet. Et sanctius sacerdos lauando dicit illud
psalmi xxv lauabo inter innocentes manus meas etc. Et est sensus sic lauabo a
penitendo et confitendo. Faciam munda opera que per manus designat et sic inter
innocentes conuersans mente sancta et corpore sancto. Iterum sicut dicit psalmus Cum
innocente innocens eris. Hoc facto circumdabo altare tuum domine quia nullus nisi
mundus debet accedere ad altare. Unde Albertus magnus. Deinde vadit ad lauan
dum quia cum primo ad missam se parat lauat ab iniquitate, modo oblaturus sacri
ficium ampliori indiget ablucione, circa a venialibus et peccatorum reliquiis
dicens lauabo non inter peccatores sed inter innocentes manus meas et circum
dabo altare tuum domine. Hanc maiorem ablucionem petit Dauid dicens amplius
plius laua me domine ab iniquitate mea quia dicit lauisti a mortalibus laua

post

// Circa ...

int. tabernaculum

Inclinat se

et a uenialibus me laua / quia nemo adeo lotus est quin ulteriori indiget locione
in tanti oblatione sacrificij Hoc significauit dominus Johannis xiij Quia cum loti essent
apostoli et sic accederent ad refectionem domini paschalis agni noluit exhibere eis cor-
pus suum / nisi iterato lauaret pedes eorum / Per pedes significata est affectuum ablu-
tio dicens / qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet / et est mundus totus / Sic
etiam Salomon in templo iij Regum vij fecit mare eneum ad quem ablucionem sacer-
dotum / et fecit luterem specialem ad lotionem eorum qui sacrificio ingrederentur in tem-
plum / hoc ergo modo peracta locione procedit ad medium altaris petens se orationis
suffragio fratrum dupliciter scilicet per se et postulatione adiuuari orationis a populo / Per se pro-
nus inclinatur ante altare dicens In spiritu humilitatis et animo contrito suscipi-
amur domine a te et sic fiat sacrificium nostrum ut a te suscipiatur hodie et place-
at tibi domine deus / et sumitur ista verba Daniel iij ubi ista verba tres pueri in camino
ignis ardentis dixerunt / Sacrificium ergo offertur in recordationem passionis domini
Et sic quando recordamur quod hoc sacrificium in ara crucis pro nobis oblatum est
et pro peccatis nostris offerimus in spiritu humilitatis peccata recognoscentes / et in animo
contrito peccati dolorem in corde sencientes / Psalmista de primo dicit Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco De secundo dicit Et peccatum meum contra me est semper / In hac ergo
humilitate cordis et contricione peccatorum suscipit sacerdos offertorium sacrificij
sui quia certum est quod in hiis maxime requiritur / quia de primo dicit psalmista Sacrificium deo
spiritus contribulatus / De secundo autem dicit simul cum primo Cor contritum et humilia-
tum deus non despicies / Et sic placet deo sacrificium Malachie iij placebit deo
sacrificium iuda et ierusalem sicut dies seculi et sicut anni antiqui / Judas enim con-
fitens interpretatur / et sacerdos iam lotus est ablucione et confessionis orationis
Ierusalem autem est pacis et vnitatis ecclesie / suffragii intercessione et ideo se conuertit ad
populum petens in vnitate ecclesie orationis suffragium dicens / Orate pro me fratres et so-
rores / ut meum pariter et vestrum sacrificium sit acceptum ante deum / Appella-
tione enim fratrum et sororum innuit ecclesie in vnitate caritatis colligationem
et vnionem / In hoc autem quod cum sit loco eius qui omnis est perfector sanctitatis / et
tamen petit orationis suffragium innuit hoc quod dicit apostolus ad hebreos v. c° Quoniam et ipse cir-
cumdatus est infirmitate / et ideo ut homo infirmus indiget ecclesie adiutorio
Jacobi v Orate pro inuicem ut saluemini multum enim valet deprecatio iusti assidua
In hoc autem quod dicit ut meum pariter et vestrum sacrificium etc. Innuit quod dictum est
quod tam offerentes quam oblati in altari offerunt cuius oblationis signum fuit exteriorum
facultatum oblacio Unde hebreos v dicitur propterea debet quemadmodum pro populo ita et
pro seipso offerre pro peccatis / Ipse enim homo est ex hominibus assumptus in locum eius
qui sanctitatis est perfector / Et ideo ut homo indiget suffragio / et ut in loco dei
ecclesie impendit et perficit sanctificationem hebreos v Omnis namque pontifex ex hominibus
assumptus pro hominibus constituitur in hiis que sunt ad deum / ut offerat dona et
sacrificia pro peccatis / qui condolere possit hiis qui ignorant et errant [illegible]

In spiritu humilitatis etc. Ista est quinta particula et penultima inter principales sine
partes principales / in qua fit mencio de cordis humiliatione / Namque sacerdos
post illa que dicta sunt humiliando se et inclinando / dicit illud Danielis iij°
In spiritu humilitatis etc. Quam orationem dicit in medio altaris inclinans
se profunde / et manibus iunctis ante pectus / In qua particula tanguntur
que debent esse in sacerdote sacrificium offerente / quod primo et in omnibus assisten-
tibus presbiteris sacerdos offerens Primum est cordis humiliatio cum dicit In spiritu
humilitatis / Secundum est mentis contricio / ibi et in animo contrito / Tercium
est recta intencio offerentis ibi Et sic fiat sacrificium nostrum / Et hec incli-
natio sacerdotis humiliationem quia fit quia semetipsum exinaniuit formam serui
accipiens ut dicit ad philippenses ij° Ideo etiam sacerdos inclinat se ut per humilia-
tionem corporis ostendat mentis humiliationem / et ut in eo perueniet menta-
lis deuocio Nam cum frequenter aliquis orans humiliat se corporaliter /
inclinando uel genua flectendo / uel manus leuando ad deum in ipso con-
surgit humilitas mentis et deuocio propter quod dicebat apostolus / Volo vos

omni loco orare levantes manus ad deum ~~[illegible] aliqui [illegible]~~ / Sed d. a.
Sacrificium secundum Rabanum dicitur quasi sacrum factum / quod per misterium con-
secratur in memoriam dominice passionis / quod autem tale est omnino est acce-
ptum deo / et benedictum a deo / et consecratum / ideo videtur quod frustra sacerdos
postulat a deo in oracionibus predictis ipsius sacrificii acceptacionem, benedi-
ccionem et consecracionem / Ad hoc videtur secundum Allex. de hales in sexto
quarti / quod sacrificium uno modo dicitur actus consecrativus sive ipsa consecra-
cio actio / et sic sumitur in ista oracione cum spiritu humilitatis etc. / Alio modo dicitur
ipsa hostia consecranda / et sic capitur in illa oracione, suscipe sancte pater [illegible] sanctificator
etc. / Tercio modo dicitur ipsa hostia consecrata / iuxta diffinicionem Rabani supra
de sacrificio sic sumpto non fiunt postulaciones in oracionibus predictis / Sed
ante persionem possibilem ad [illegible] aliquam circa altare / quod sic fiunt / ad secretam
in memoriam pacis inter deum et hominem passione Christi media / quam pa-
cem per acceptacionem huius sacrificii memorativi optat augeri et perpetuari
in secula / Et hinc est quod sacerdos inclinando se orat primo pro se monens
ipsum orare / et per hoc orat exemplo Christi qui primo pro se oravit Luce xxii
dicens Pater si vis transfer calicem istum a me / verumtamen non mea volun-
tas sed tua fiat / Ex quo elicio quod quilibet tenetur voluntatem suam divine volun-
tati conformare / patet quia cotidie dicimus fiat voluntas tua sicut in celo et in terra
Et Johannis xvii Pater clarifica filium tuum ut filius tuus clarificet te / Se-
cundo pro apostolis dicens Pater serva eos quos dedisti mihi, ut sint unum / sicut
et nos unum sumus / Et demum pro omnibus credituris in ipsum exoravit
dicens / non tantum pro ipsis rogo / sed pro omnibus qui per verbum eorum credi-
turi sunt in me / Ecce inclinacio sacerdotis representat hoc quod dominus noster Jhesus Christus
antequam pateretur inclinat se in oracione orans pro se dicens pater ut supra
allegatum est / Unde dixit discipulis suis Sedete hic donec vadam illuc et orem
Et Luce xxii positis genibus orabat / Cum autem sacerdos se vertit ad populum dicens
Orate pro me fratres et sorores / sic Christus ab oracione veniens ad discipulos dixit eis
illud Luce xxii Orate ne intretis in temptacionem / pro se ipso rogo non propter
orare / quia Christum non seratis / quo indiget peccatorum absolucione / nec quia morte
peccatorum potuit redimi / qui venerat pro omnibus mori / Unde Luce xxiii
ad mulieres dixit que sequebantur eum ad passionem plangentes / Filie Jherusalem no-
lite flere super me / sed super vos ipsas flete / et super filios vestros / quia ecce ve-
nient dies in quibus dicent beate steriles et ventres qui non genuerunt et ubera
que non lactaverunt / Modernus autem sacerdos ut homo peccator petit orari
pro se ut sacrificium suum .i. misterium acceptabile sit omnipotenti deo
et ut sibi prosit et aliis / Unde hic debent omnes orare pro eo iuxta in-
iunccionem et orare pro invicem ut salvemini / Nam dominus noster dicit Luce xviii
Amen dico vobis si duo vel tres consenserint de omni re super terram quecumque
pecierint fiet eis a patre meo qui est in celis / Ex quo elicio quod sacerdos hiis
verbis orare implorat suffragium a circumstantibus propter altitudinem sacramenti
et quia ista prius aliqualiter sonore proferuntur / ita quod ab assistentibus audibiliter capi
possunt / et per hoc eum verba ad supplicandum invitant in orando, et ad nos
mutuo amantes inflammant / Ibi ut meum pariter et vestrum sacrificium acceptabile fiat apud deum etc.
Unde ipso sacerdote ad populum cum silencio fit occultatio apparicionis Christi / qui
apparuit Petro / qui licet certum sit quod eodem die resurreccionis apparuit
ut dicitur Luce ultimo tamen incertum est ubi et quando / ideo subsilencio dicitur Orate etc.

Item nota quod secundum diversos ritus ecclesiarum / diverse sunt forme interdum re-
postulandi / dicendi et rudiendi / Nam quidam dicunt Orate fratres ut
meum et vestrum sacrificium acceptabile fiat apud deum omnipotentem
Alii dicunt obsecro vos fratres orate pro me / et ego pro vobis / ut meum

Postrum sacrificium &c. Quidam aut̃ vident sit memor sit omnis sac t. et
ho. t. p. fiat. Quidam sit spiritus sctus supveniet in te, et virtus altissimi
obumbrabit tibi. Nomine hec videntur inconvenientes in tanto officio tot fieri
diversitates / videtur q̃ hec varietas non est permittenda in ecclesia / sed potius
dampnanda. Ad hoc videtur anshelmus in quadam epl̃a ad valeramum maii-
deburgensem epm̃ querentem de diversitate modorum qui fiunt circa celebraciones
sacramentorum dicens / Sic habemus a sctis patribus / q̃ si unitas servatur caritatis
in fide, katholice nichil officit consuetudo diversa / et si multe sunt diver-
sitates que nõ in summa sacramenti neque in virtute eius / aut fide discordant / neque
in omnes in unam consuetudinem colligi possunt / estimo eas potius in pace
concorditer tollerandas q̃ discorditer cum scandalo dampnandas. Ex hiis patet
q̃ diversitas tolleranda est summa sacramenti intelligitur ut estimo illa que
precise requiruntur ad esse sacramenti. Ad hoc quod queritur quare dicitur orate in secunda per-
sona / nõ oremus in prima pluraliter per quod / quare dicitur oremus ante offer-
torium / non statim dicit secretam / sed secretas post demissa / sequens oro-
num sequencium videtur illi invitacionis / cum dicit oremus. Ad primum dicendum
/ q̃ sacerdos cum dicit orate spiritualiter postulat sibi suffragia fieri oracionum / quod patet
per hoc quod dicitur in missis ceteris / orate pro me fratres / similiter / cum dicit orate fratres
&c. ut meum ac vestrum &c. / postulat sibi fieri suffragia oracionum / quantum ad actum
consecracionis. Ad aliud dicendum q̃ in secretis fit specialis mencio ut frequen-
ter de oblacione sive de munere oblato / sic q̃ quemadmodum per oblacionem dicuntur.
Ad aliud dicendum q̃ ab offerenda cantata usque ad prefacionem omnia que di-
cuntur voce submissa dicuntur / ad insinuandum quod scriptum est Joh. xi. scilicet q̃ instante
passione domini Jhesus non ambulabat palam / inter iudeos / quia cogitabant eum inter-
ficere / sed abiit in regionem iuxta desertum in civitatem que dicitur effren
et ibi morabatur cum discipulis suis / ab illo autem die quo congregatis phariseis
et principibus sacerdotum ut inirent consilium quid facerent de Jhesu. Joh. xi.
et caiphas qui erat pontifex anni illius / dixerat expedit ut unus homo
moriatur pro populo / et nõ tota gens pereat cogitaverunt ut interficerent eum / sic ipse ad tempus
cessit et latebat in regione / sic ergo sacerdotis silencium christi signat latibu-
lum. Ad aliud quod queritur que oro videtur invitacioni facte per oremus / dicitur
ante offerendam / dicendum q̃ illa que dicitur invicem per oracionem / aut dilacionis ca-
susa factum est / quia cum signum sancte secrete nõ permittitur oremus / sic et se-
cretis sequentibus / quia aut queritur / quare incipit silencium illud statim
offerenda cantata / dicendum q̃ ratio est / quia tunc incipit misterium passionis domini
s. in oblacione eorum que sunt consecranda / unde ibi presidentur quadam
inchoatur machinacio iudeorum / et tractatus de morte domini / propter quam abiit
dominus in regionem iuxta desertum &c. Joh. xi. Illa enim oblatio initium est mi-
sterii passionis domini / sicut illa machinacio fuit inicium simpliciter passionis
eiusdem. Si aut queritur quare illa pars misse que precedit oblacionem hostie in
sacrificium cum tanta melodia celebratur / potest videri illud quod dicit Rabanus assi-
gnans causam quare introitus misse sollempniter cantatur dicens / Ubi in ingressu
sacerdotis concrepantibus choris audis modulacio divina audit / ut domini-
ce celebracionis misteria misteriorum prima precedat consonancia et corporis
et sanguinis christi venerabile sacramentum accedat digne laudis sacrificium.
In septima particula prime partis principalis fit specialis mencio de secretis / circa
quod notandum q̃ post dicta verba / que dicta sunt / sequitur oro / que dicitur secreta
/ quia secrete et sub silencio ac recollecta mente debet dici / ut devocior menta-
lis conversio in deum / ut sacrificium sit deo acceptum. Cuius aut silencii et alioris

que secreta que sacerdos sub silencio legit causa originalis fuit occultacio
specialium misteriorum huius sacramenti a gentium circumstancia. Vnde b. dionisius
in ecclesiastica ierarchia loquens de ritu sacrificiorum dicit. Sacra hec videntes et au-
dientes irridebunt pietates tam [illegible] nutribus [illegible] et [illegible] non posse messe
tales [illegible] sanctificacionis. Et scito quod tot secrete debent dici quot sunt a principio
collecte dicte, exceptis aliquibus diebus precipue secundum officium romanum sicut
sunt dies quatuor temporum, sabbatum pasche, et alique vigilie paschales, quia tunc di-
cuntur plures singularia quedam. Vnde postquam sacerdos per secreta subiungit oracionem
per hoc insinuatur quod christus demum redit Ierusalem ad templum orationis quod ad
opus deserviebat cum secessisset in effrem ut supra dictum est. Vnde scribitur Luce
xix ingressus in templum eiecit vendentes et ementes dicens domus
mea domus orationis vocabitur etc. Hic sacerdos levat vocem palam dicendo
per omnia secula seculorum. Per hoc insinuatur quod Jhesus iterum palam ambu-
labat, ita quod in crastino turba multa conveniebat ad diem festum ad
audisset quod Jhesus venit Ierusalem, acceperunt ramos palmarum et obviam
processerunt clamantes Osanna benedictus qui venit in nomine domini rex Israel
[illegible] finis enim orationis est inicium prefacionis, per quod sacerdos insinuat
quod christus est lapis angularis quem reprobaverunt edificantes [illegible] enim fa-
[illegible] duos parietes
[illegible] unum iudeos convenies et gentiles ut sit omnium dux et [illegible]
[illegible] quam dicit secrete apte concludit quia consessum
[illegible] et [illegible] quod ordinem quam dicit secrete apte concludit [illegible]
[illegible] et confirmacionem quia ipse christus [illegible] est ipsi. Ideo populus consenciat voci eius
dicit amen, id est fiat. Hoc exemplum in quo exaudivit a patre sic petiisti in secreta, vel per
hoc monet ipsum ut adoptet et petit ut dominus velit eum exaudire, quia peticiones
quas secrete effundit effectum consequatur. Et potest dici quod oratio secrete alte [illegible]
ad designandum publicam predicacionem christi post lazari resuscitacionem quia christus
publice predicavit. Et scito quod sacerdos hic dicendo debet manus depressas tenere
donec dicat sursum corda, quia tunc debet manus levare et ipsas extensas tenere
sic quod assistentes supra humerum suum aliquantulum possit videre. Unde
Albertus magnus dicit quod minimus status [illegible] perfector et pastoris perficiat se-
cretam orationem in qua secundum annum in omnibus misse [illegible] aliud petit
nisi quod populus offerens in fine domino et cum domino deo in unitate christi corporis
incorporandus deo offerat. Hoc autem in secreta prime misse invenimus, que sic dicit
[illegible] hec sacramenta nos domine potenti virtute mundatos ad suum faciat puriores ve-
nire principium quantum ad oblacionem est oblacio quam
[illegible] christus obtulit semper. Hoc autem facile est invenire et videre in omnibus secretis.
Nisi quod aliqua propter festum quod agitur de christo vel sanctis in secretis illius festi men-
cio habetur secreta festi plus offerre christo incorporet. Hec autem oracio ideo secreta no-
minatur quia sub silencio et secrete [illegible] diversi diversas assignant causas de quo
[illegible] parum est curandum. Causa vera est quia iam in ista oratione a sanctis patribus
sanctissima postulantur et offeruntur et hec a populo concelari debent, ut am-
plius venerentur, ostensa enim populo per usum vilescunt et vilipenduntur. Et forte ad
[illegible] alios adhibetur [illegible] omnibus preter sacerdotes aaron
et filii eius sacerdotes [illegible] singulorum et dividit quid portare quis
debeat. Cum in ista curiositate videant que sunt in sanctuario priusquam involvantur, alioquin
morientur, quia nimis usu sanctissima contemnuntur quando eis publice osten-
duntur accipiunt occasionem mortis in eis. Quasi enim opera et munditias ab
eis celata venerantur. Math. vii. Nolite sanctum dare canibus et margaritas
nolite spargere ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis et con-
versi dilacerent vos, quia audita ista vilescunt et sacerdotes [illegible] eorum lacerantur

et sanctitatis

vacat

Vnde dionisius loquens in ecclesiastica ierarchia de ritu sacramentorum dicit hec mysteria sancte videbunt pontifices tam similibus verbis et rebus non posse inesse sanctificacionem. hec ergo est vera causa huius silencii et sequencium silenciorum. Quando enim ante passionem cum iudei quererent iesum interficere, sic dicit Joh. x. recessit iterum ultra iordanem in locum qui dicitur efron et ibi latebat et quod publice tunc non predicabat. dicunt quod hoc silencium suo primo silencio sacerdotes imitabant. sed hec videtur inrationabile quod illud in alio imitatur cuius nulla mencio sit in hoc misterio aut secrete silencio nulla penitus fit mencio silencii illius. Et similitudo quod sacerdos fugiens ab altari non abscondit se, neque latet et ideo apud me nihil valet hec adaptaciones. Sic ergo prefacio secretam concludit alta voce, quod hoc quod in conclusione est omnibus expedit scire, tamen ellas quod idiotis. dicit ergo per dominum nostrum etc. ut sciat quod quicquid petit non nisi in nomine cristi exaudit. de hoc ante satis dictum est. Item autem quidam dicunt quod in exaltatione vocis iterata cristi predicacio innuit cum in septimana pasche inter quartadecimam et quintadecimam lunam in urbem regrediens clamat dominus in templo dicens quod hoc meo iudicio nihil valet ad propositum et quod sensu aliqui hoc dicunt pro eo sunt quadam ex parva convenientia similitudinis adaptaciones. Clamat ergo sacerdos ad populum hoc quod omnium est fides et instructio ac si dicat illud proverbiorum viii. O viri ad vos clamito et vox mea ad filios hominum. abscondit autem ea que non singulorum sed que sunt perfectorum tantum et paucorum et intelligencium. et conclusione perfecta idiotarum is qui loco idiote est dicit amen quod quidem ad conclusionem tantum refertur intelligendum est pro verum et non perficiat ac si dicat tu dicis per dominum etc. et quod vivit et regnat etc. nos corde ore et opere confitemur et dicimus quod hoc est verum ac si dicat illud proverbiorum viii. Recti sunt omnes sermones tui et non est in eis quid pravum atque perversum.

Ista est quarta pars secundum aliquos in qua ipsum altaris sacrificium seu iam appropinquat sacerdos que dividitur in tres partes. In prima premittitur populi et sacerdotis mutua concitacio ad singularem devocionem dum dicitur dominus vobiscum. In secunda subiungitur populi incitacio ad altiorem mentis elevacionem propter sacramentalis misterii magnitudinem ibi sursum corda. In tercia exhortatur populus per hoc revocatus ad memoriam innumerabilium dei beneficiorum et referat graciarum acciones ibi gracias agamus etc. Item sic prefacio seu oracio partitur in quatuor partes in prima populus salutatur cum dicitur dominus vobiscum. In secunda pro racio assignatur ibi vere dignum et iustum est. In tercia laus divina a populo depromitur ibi sanctus sanctus etc. ut dicit Petrus alexander de halis. hec pars dividitur in tres partes. In prima ponitur fidelium congregatorum excitacio. In secunda confessionis exhibende racio declaratur ibi vere dignum et iustum est. In tercia confessionis exhibite acceptacio postulatur ibi cum quibus et nostras voces. In prima parte premissa salutacione fit exhortacio ad duo scilicet ad cordis sublevacionem et laudis sive graciarum accionem sicut per magistrum in allexandro sic continuatur. Ista est secunda pars principalis sancte presentis misse precedens agit in genere de preparacione et de exposicione quod preparacionis et de modo speciali preparacionis et eiusdem exposicione. et prima pars dividitur subdividitur in tres partes. In prima populus excitatur cum dicitur dominus vobiscum. In secunda racio assignatur ibi vere dignum et iustum est. In tercia laus divina a populo decantatur cum dicitur sanctus sanctus. prima pars adhuc in tres. quod primo excitat populus ad attencionem cum dicit dominus vobiscum. secundo ad mentis erectionem ibi sursum corda. tercio ad graciarum acciones ibi gracias agamus. Quantum ad primum notandum quod prefacio dicitur a pre et for faris quod fit ante principale sacrificium ad quod offerendum missa est instituta. Sit enim prologus totius canonis sequentis.

Vnde sacerdos dicturus verba attencione digna maxima premittit salutacionem optans assistentes tales esse cum quibus dominus maneat digne et maxime in studio spirituali in corpore inferendi sub pane vino qui de celo descendit Joh. vi. vii. officium preparandus propter ad illud inferri quod legitur luce 22 misit petrum et Johannem dicens euntes parate nobis pascha ut manducemus et infra ibi. Et ipse ostendit vobis cenaculum magnum stratum ibi parate. Vel propter sic communis

Item quod illa salutatio quam facit sacerdos ad populum non vertendo se ad eum sicut ante fecit dicens Dominus vobiscum, sed stat populo dorsum [illegible] quod deo laus huiusmodi a iudeis exhibita in die palmarum non placuit, quia in veritate prius hic non fecit, quia tunc eum laudabant et [illegible] post quinque dies morti ipsum tradiderunt, et quod de hiis verificatur illud Ps. Et lingua sua mentiti sunt ei. Illa autem prefatio precedit quod post omnia secreta secreta, et Sursum corda, et Gratias agamus domino. Hic quod monemur post omnia secreta id est renatum [illegible] nos gloriando sursum habere corda, et gratias agere deo de dono tanti misterii, quia non fecit taliter deus omni nationi, nec iudeis, nec gentibus, ut carniti ut videtur [illegible] dare sic nobis dedit se in precium et in cibum, in precio se nobis dedit, nos a morte redimendo, quia [illegible]

Quia in ea sacerdos prelocutur gratias et laudes deo, ut melius ad eo sacramentum corporis Christi possit preveniri, hinc [illegible] noiatur prefacio seu prefacio, quia preparat fidelium mentes ad sacre consecrationis reverenciam. Et ab aliquibus noiatur hymnus angelicus, quia angelicis laudibus est plenus. Ab ista enim parte Dominus vobiscum usque ad Sanctus, rite potest vocari hymnus. Ista prefacio continet et potest illud gaudium et precium laudis quo pueri hebreorum exultantes susceperunt Christum venientem in Ierusalem ad suam passionem canentes Benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis. Hanc prefacionem [illegible] papa [illegible] composuit et ad missam cantari statuit. Et est similis prefatio de apostolis. Alia vero dicitur quod Gelasius papa prefaciones composuit et instituit ad missam cantari. Secundo sciendum quod sacerdos dicens tres attendere dignissimas primitie salutacionis dicens Dominus vobiscum, optans nos esse Christi et Christus dominus maneat [illegible] digne, et id [illegible] in quo est fons pietatis et bonitatis sue [illegible] nobiscum celebrat. Et quod dicit Ioh. [illegible] Si quis diligit me sermonem meum servabit et pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Et Apoc. Ecce ego sto ad hostium et pulso, si quis audierit vocem meam et aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum et cenabo cum illo et ipse mecum. Chorus in persona omnium respondet dicens Et cum spiritu tuo, sacerdoti sibi [illegible] recipiat. Sic enim [illegible] ipse orat, iuxta preceptum apostoli [illegible] orate pro invicem ut salvemini. [illegible] et cum spiritu tuo, et non cum corde tuo vel corpore tuo, quia totum id quod agit sacerdos est spirituale et misteriis plenum. Sequitur ibi

est enim quia ipse voluit / Nam cum cohors et ministri venissent cum laternis fa-
cibus et armis ut comprehenderent ipsum / sciens omnia que ventura erant super eum
processit et dixit quem queritis / Responderunt ihesum Nazarenum / dicit eis / Dicat eis
eciam quod [illegible] legitur silenter ad insinuandum quod non debet legi clamosa voce / sed ta-
cita devocione / In quo cessante vocum tumultu sola dirigitur ad deum devota
intencio / Tunc enim sacerdos debet intrare cubiculum cordis / et hostium sensuum
interclauso deum patrem orare / non in multiloquio sicut ethnici faciunt / qui putant
exaudiri in eo / sed corde puro consciencia bona / et fide non ficta / Dominus enim non
est exauditor vocis / sed cordis / nec est admonendus clamoribus / quia scrutator
est renum et cordium / quia anima gerens typum ecclesie legitur obsecrasse

Jeremia xiiii

que non peticione sed clamosa sed tacita devocione quod petiit impetravit

Secreto est ei

Scriptum est enim primi Regum primo quod Anna loquebatur in corde suo tantum quod
labia illius movebantur et vox penitus non audiebatur. Unde Moysi dicit dominus
Quid clamas ad me Exodi xiiii cum tamen ipse taceret. Et ysta Ieronimus iiii° dicite
in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini. Spiritus est deus et eos
qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare Iohannis iiii. Item ne sa-
cerdos clamando in hiis que aguntur minus intendat ideo leguntur secrete. Item
ne sacra lota et sacra verba vilescerent dum homines per usum scientes ea
in plateis et vicis aliisque locis incongruis decantarent. Refert enim ecclesiastica
ut hec observacio que secreta censetur a sacerdote secrete dicatur. Ut asserunt
quod ante consuetudinem que per modum inolevit cum quidam pastores ea in-
decantarent in agro et panem super lapidem posuissent ad ipsorum verborum pro-
lacionem panis in carnem conversus est. Sed ipsi divino iudicio igne celitus
misso percussi sunt. Propter quod sancti patres statuerunt verba ista sub silencio dici inhiben-
tes sub anathemate ne proferantur nisi a sacerdote super altare et in missa
etiam vestibus sacris consecratis. Ideo mens sacerdotis sole ut premissum est
ad illud solum debet esse intenta. Nam eos qui adorant in spiritu et veritate
oportet adorare ne musce pereuntes perdant suavitatem unguenti. Id est
ne importune cogitaciones tollant devocionem oracionis. Flabello spiritus ab-
igantur id est inspiracione gracie repellantur. Hic auster veniens id est spiritus sanctus
accedens perflet ortum id est scindet ut aromata fluant id est ut virtutes abun-
dent. Ad quod designandum estivo tempore dum secreta dicitur flabellum adhibetur.
Et sciendum quod ministri infra canonem stant post tergum ad signandum hoc quod instante
passione domini relicto eo omnes fugierunt. Et hoc fit aliis in exemplum
quod si ipsi ministri pro sui recedunt multomagis alii retro recedere tenentur. Sed du-
bium est quomodo facta fuit conversio panis in carnem ad verba pastorum cum
non essent sacerdotes et tamen de necessitate requiritur quod celebrans sit sacerdos. Di-
cendum quod illa conversio non fuit facta virtute verborum quia tradicionem non
habebant sed fuit quedam apparicio carnis nobis in exemplum ne facile inconsul-
tas faciamus. Vel potuit esse conversio virtute dei que non est alligata ali-
quibus verbis. Item verba canonis dicuntur sub silencio propter maiorem reverenciam
et intencionem quia que enim in publico in minori sunt reputacione quia nimia
familiaritas parit contemptum et ideo non licet quod hec sacratissima
verba a laicis audiantur. Videmus enim quod reliquie que rarius et tardius osten-
duntur in maiori reverencia habentur. Et est sciendum secundum Innocentium quod inter
prefacionem et canonem fere in omnibus libris ymago crucifixi depingitur
ut non solum intellectus litere verum etiam aspectus picture memoriam dominice
passionis inspiciat. Unde de conse. ... di. 3. Gregorius Sere-
nino episcopo picture historiam quid sit adorandum addiscere. Nam quod le-
gentibus scriptura hoc et ydiotis prestat cernentibus pictura quia in ipsa igno-
rantes vident quid sequi debeant in ipsa legunt qui literas nesciunt. Unde et
precipue gentilibus pro lectione pictura est. Secundo hoc fit ut incarnacionis
et passionis misterium et sanctorum exempla magis in mente essent me-
moria dum quotidie oculis nostris recitantur. Tercio ad excitandum devocio-
nis affectum qui ex visis efficacius excitatur quam ex auditis. Quantum
ad secundam partem principalem est sciendum quod in canone recolitur memoria dominice
passionis et generaliter omnium que gesta sunt per ebdomadam immediate ante
festum pasche usque dum resurrexit a mortuis. Traditur autem quod Gelasius
papa vel secundum alios Scolasticus romanus canonem principaliter ita ut habetur
ordinavit. Sed plures alii sancti patres per partes ipsum apposuerunt. Non enim canon simul
totus ab uno est compositus ut infra patebit circa singulas partes. Aliqua
etiam verba sunt addita ab aliquibus quod non ignoramus ut dicetur circa sancta
consecracionis. Nulli tamen subtrahere vel addere licet aut mutare nisi forte corrigere

nomina eorum pro quibus nominatim sacrificium offertur · quia illa non sunt de essencia canonis vel de verbis eius

Transgressuri canonis et eius expositione secretis secreciorem sufficit. Sed omnis
deficit ymmo non solum lingwa humana sed et angelica deficit exprimere
sermo desperat sed inspirat ingenium exprimere intelligere confisus tamen de divina
gracia et pius auxilio pulsabo ad hostium divine maiestatis ut amicus
i. cristus accomodet michi tres panes qui maxime in hoc convivio sunt necessarii vel utiles
scilicet fidem que petit et accipit spem que querit et invenit et caritatem
que pulsat et aperitur ei. Christus enim petite et accipietis quantum ad primum
querite et invenietis quo ad secundum pulsate et aperietur vobis quantum ad tercium
Canon autem secundum aliquos continet quatuor partes que patebunt in processu
licet alii eo ipso dividunt in sex partes. Secunda ibi In primis. Tercia ibi Communicantes.
Quarta ibi Hanc igitur oblacionem. Quinta ibi Supplices te rogamus. Sexta
oremus preceptis salutaribus moniti etc. Secundum vero Alexandrum de Hales
hic incipit secunda pars principalis in qua agitur de consecracione rei oblate
et dividitur in duas partes. In prima exprimitur consecrationis interpellacio. In
secunda consecrationis consumacio ibi Qui pridie. Prima partitur in tres. In
prima postulatur hostie deo accepte benediccio. Secunda fidelium promocio ibi In
primis que tibi offerimus. Tercio hostie benedicte in corpus christi et sanguinem
transmutacio ibi Quam oblacionem. Et dicit quod hec pars misse
ab oracione dominica cum sua prefacione scilicet preceptis salutaribus moniti etc.
dicitur canon misse quia regulariter in hac parte memoria dominice passionis
recolitur que gesta sunt per ebdomadam ante pascha a so-
llempnitatem a decima luna primi mensis quando ihesus adiit ultimam
usque ad xvii quando surrexit a mortuis. Propter quod inter prefacionem et
canonem in pluribus sacramentariis ymago crucifixi depingitur ut non
tantum intellectus litterarum sed eciam aspectus picture memoriam dominice passionis
inspiraret de qua infra dicitur. Secundum vero alios canon dividitur in
quinque partes et hoc racione quia in canone quinque concluduntur per christum dominum
nostrum. Alia quod per quinque partitam passionem christo fidelium vel exhalacionem et eciam
dicitur i. per quinque fusiones sanguinis christi de quibus supra dictum est. In prima
parte sunt oraciones et obsecraciones pro ecclesia sancta et pro tota congregacione
fidelium in generali et pro aliquibus in speciali et invocaciones pro suffragiis
sanctorum. In secunda parte petitur dei patris benigna placacio et peticio pro
huius sacrificii consecracione que incipit ibi Hanc igitur oblacionem. In
tercia ponitur ipsa consecracio tam corporis quam sanguinis et sig-
nificacio et efficacia ibi Qui pridie etc. In quarta agitur de consecracionis
rememoracione et in quorum memoriam offertur et pro quibus ibi Unde et me-
mores etc. In quinta parte oratur pro refrigerio et gloria mortuorum et
fit secunda commemoracio sanctorum ibi Memento eciam domine. Prima pars divi-
ditur in duas partes. In prima sunt memorie eorum vivorum et oraciones pro
eisdem. Secunda sunt memorie aliquorum sanctorum et invocaciones eorundem
ibi [illegible] Communicantes. Prima pars subdividitur in tres. In prima dirigitur
peticio ad deum ut has oblaciones acceptet et benedicat. In secunda sunt
oraciones pro hiis qui in dignitate et potestate sunt constituti sive pro gladio
spirituali et seculari et tota ecclesia que utroque gladio gubernatur. In tercia
parte speciales sunt oraciones pro quibusdam personis viventibus et circumstantibus
ibi In primis que tibi etc. Secunda ibi Memento domine. Omissis aliis divisio-
nibus secundum ulteriorem circa canonem procedam.

vitam

vel verbis

del.

vel dicitur

vel suffragiis

Te igitur clementissime pater per ihesum christum filium tuum dominum nostrum supplices rogamus ac petimus uti accepta habeas et benedicas. hec dona hec munera hec sacrificia illibata. In hac parte canonis dirigitur peticio ad deum ut has oblaciones acceptet et benedicat et exponitur sic. Te igitur i. certe assertive sumitur vel exponitur ergo sumitur continuative. clementissime i. misericordissime clarissima mente super habundantissime mentem clarificans. pater scilicet creacione pietate conservacione. pater essencialiter pater per amorem per ihesum christum scilicet tamquam per mediatorem filium tuum dominum nostrum. scilicet non adoptivum quemadmodum nos sumus filii per graciam dei adopcionis sed naturalem ex utero tuo genitum ante luciferum. supplices rogamus ac petimus i. humiles non presumentes de nostris meritis sed confidentes de tua benignitate uti i. ut accepta i. grata habeas i. suscipias et benedicas scilicet ad veritatem et salubre sacrificium commuteris hec dona scilicet nobis collata hec munera scilicet a nobis oblata hec sancta sacrificia scilicet que ad consecracionem que continent corpus et sanguinem ihesu christi illibata i. immaculata. Sed dices quare sacerdos hec verba sancta inclinando se deorsum inclinat cum facti contrarium videtur debuisse fieri. Ex quo supra in prefacione corda iubentur sursum elevari. Dico primo ut in hoc facto considerat suam infirmitatem recognoscens se de limo terre formatum sive creatum. ideo humiliare se debet coram suo creatore qui eum de nichilo aliquid fecit et de modico magnum tractatorem tanti sacramenti. Secundo per hoc designatur inclinacio sive humiliacio sui id est eius sive inclinacionem petri in monumentum christi per eius resurreccionem prospicientis. Tercio inclinacio sacerdotis in principio canonis signat humilitatem et obedienciam christi ad suam passionem in qua ut dicit ut exinanivit seipsum factus patri obediens usque ad mortem. mortem autem crucis. ad philippenses ii° ca. Item Wilhelmus in racionali. Quarto ut sic christum orantem et prostratum ad patrem cadentem in faciem quando sudor eius factus est ut sanguinis fluentis in terram luce 22 et mathei xxvi°. Circa quam literam sexto est notandum quod canon incipit a littera t sic formata

T

quod forte divina clemencia est factum vel verisimiliter licet humana industria non sit procuratum ut ab illa littera canon inciperet sed sua forma signum crucis ostendit signum thau super quam moyses serpentem eneum erexerat in deserto et de qua dicit Ezechiel ix signa thau in frontibus virorum dolencium et gemencium super iniquitatibus ierusalem. directe formam et figuram crucis exprimit et eius utilitatem ut infra dicetur. Nam secundum ysidorum in libro ethimologiarum thau signat crucem christi cum sit litera mistica quia in ista litera tria sunt Primo est ibi basis sive fidei fortitudinem. est ibi stipes sive spei altitudinem Et est ibi linea transversalis sive latitudinem caritatis. Secundo notandum quod hec coniunccio igitur est nota consequencie que sequitur aliquid premissum ad quod refertur et inducitur et refertur ad illud quod dictum est in cantico. Sanctus sanctus sanctus te ut sit sensus. Ex quo tu domine deus sabaoth es sanctus et gloria tua plena sunt celi et terra. Igitur clementissime pater te supplices rogamus. Ex quibus verbis infero duo correlaria probabiliter. Primum quod plures consistunt se verbis canonis. Et ex hoc melius apparet quod locio sancta fiet ante sanctus. Ex post sanctus patet ex iam dictis silogismis. Secundum est quod admonendi sunt sacerdotes seculares quod nichil interponant inter sanctus et inicium canonis scilicet Te igitur. [illegible] quidam enim ibi interponunt Salve crucem domine ihesu christe adoramus te. postquam revertimur a locione quod non debet fieri. patet ex dictis quia hic igitur refertur ad sanctus et non ad aliud. Tercio notandum quod differencia est inter clemenciam et mansuetudinem. Mansuetudo est virtus que mitigat iras. Cleme-

vel tu es clementissimus quia clemens [illegible] filii [illegible] [illegible]
clemens [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ut altera [illegible] est clemencior [illegible] oblacio [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et clemens [illegible]
es clementissimus [illegible] filii benedicti [illegible]

cia remittit penas et spectat hoc ad iudices et ad presidentes. Deus
pater est clementissimus i. in remittendo penis misericordissimus. Primo dicitur
clemens quia protegit nos ab hostis impugnacione. Secundo dicitur clemencior
quia protegit a carnis infectione. Et tercio dicitur clementissimus quia protegit a
mundi oblectacione. Secundo nota pater quandoque sumitur personaliter cum ponitur
in ordine ad filium ut hic, quandoque essencialiter sic attribuitur toti trinitati et hoc sic
cum adiungitur termino qui significat opus tocius trinitatis ut in cantico Moysi
Numquid non ipse est pater tuus qui possedit fecit et creavit te. Pater namque
est nomen amoris unde lex nova que est lex amoris sepius utitur per vocabulo
appellando deum patrem, dilectio est non timoris. In lege vero antiqua que fuit timoris
hoc nomine deum frequenter exprimit. Tercio nota quomodo sacerdos petit deum
patrem per Ihesum Christum. Nam ipse Ihesus Christus est mediator dei et hominum per quem
fideles reconciliantur et salutem consequuntur. Ergo deo patri supplicamus
per Ihesum Christum tamquam per mediatorem. Ihesus enim interpretatur salvator, quia per ipsum sal
vamur. Secundum enim nomen eius est opus eius quia ipse enim salvum faciet populum su
um a peccatis eorum Mat. 1o. Christus interpretatur unctus et sic describitur quantum
ad eius dignitatem regalem. Reges enim prophete et sacerdotes ungebantur
in veteri lege. Christus autem fuit rex. Unde [illegible] Deus iudicium tuum regi da
[illegible] Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Et item Noli
timere filia Syon ecce rex tuus venit tibi. Fuit etiam sacerdos iuxta illud
ps. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Iuxta illud
et [illegible] Deut. xviii prophetam suscitabit deus de fratribus vestris et ipsum sic
me audietis. Fuit ergo Christus unctus quod non intelligitur de oleo materiali sed
oleo spiritus sancti scilicet gracie pre participibus suis iuxta illud ps. [illegible] Unxit
te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Et ergo Christus iste
[illegible] quadrupliciter describitur. Primo quantum ad effectum salutiferum cum
dicitur Ihesum. Secundo quantum ad eius dignitatem regalem cum dicitur Christum. Tercio
quantum ad specialem personam vel filium, quia personat enim divinam. Ipse quo
dicitur filius. Unde Athanasius: alius pater alius filius etc. Quarto qua-
tum ad dignitatem imperialem cum dicitur dominum. Ipse enim est imperator et dominus
[illegible] quia emit nos sanguine suo. Unde apostolus i ad Cor. vi Empti estis precio
magno. Quinto quantum ad carnalem connexionem cum dicitur nostrum.
Gen. xxxvii Caro enim et frater noster est. Et nota quod hic multiplicat
verba peticionis scilicet rogamus ac petimus. Ad significandam inter [illegible]
magnitudinem caritatis. In oratione enim debet esse humilitas [illegible]
humilitatem pertinet eo quod sic rogantis ut sic est inferior et rogatus ut sic
est superior [illegible] propter hoc dicit i. humiles rogamus quantum ad illa que no
bis desunt ac petimus quantum ad illa que ad salutem nostram sunt necessaria.
Item nota quod petit ut sit accepta habeas et benedicas. Accepta quantum ad conside
randum [illegible] et salubre sacrificium et benedicas faciendo ut optatum salu
tis effectum habeant in ipsis pro quibus offeruntur. Et dicit hic uti [illegible] in fine in
ultima ad [illegible] uti quod est infinitivus huius verbi utor uteris. Dicit ergo uti accepta
i. ut accepta i. grata habeas et benedicas benedictione scilicet disposicionis et [illegible]
[illegible] sic disponendo et [illegible] que pertinet ad hoc sacrificium. Et benedicas bene
diccione consummacionis scilicet quod fiat transsubstanciacio. Sed dices quare posuit uti
et non ut cum tamen [illegible] idem sit. Ad hoc dicendum quod sicut et sicuti sunt duo
Remigius [illegible] et uti que quandoque sunt adverbia similitudinis aliquando causalia
et causam importantes. Aliquando [illegible] optativum importat. Sed tamen
[illegible] uti dicit expressionem optacionem [illegible] ut quam sacerdos quanto
expressius potest debet optare. Igitur hic ponitur uti q. d. opto hec a te pater clementissime

vobis [?]

Zach. 9

multiplex benedictio

ut hec sibi et tuo nomini prime indignius oblata accepta et accepta facere. Et hic secundum Guillelmum osculatur sacerdos altare christo compati se ostendens, et hoc quidam faciunt et servant et plures religiosi, et quidam non, ymmo ex quo auctores libri in rubricis de hoc osculo mencionem non faciunt, ipsum introducere non presumo. Sed videtur michi quod osculum quod religiosi faciunt in hoc loco seculares anticipant et statim post secretas ante canonem incipiendum. Ad predicti mysterii significationem complendum. Et benedicas. Nota quod multiplex est benedictio. benedictio purgationis sicut benedicitur aque ante baptismum ut sint structe divina purgatione scelerum et omnium cogitationum. Item est benedictio significationis qua benedicuntur candele cineres et rami quia benedictiones candelarum sunt benedictionem qua deus benedicit bene operantes. Alia fuit benedictio qua ysaac benedixit filios suos iacob et esau. Benedictio ancilium significat benedictionem qua deus benedicit humiles et penitentes. Item est benedictio transmutationis qua deus benedicit panem et vinum quam sequitur transmutatio in corpus et sanguinem christi, et de ista pertinet intelligi littera nostra. Nota quod oblationes panis et vini vocat hec dona hec munera et sacrificia dicens. Uti accepta habeas dona hec munera et hec sancta sacrificia. dona sunt ratione datis, munera ratione accipientis, sacrificia ratione offerentis. Panis namque et vinum que dedit nobis deus in donantia accipit a nobis in munera, et in quantum sibi ea offerimus deo sacrificia dicuntur. Unde innocencius exclamat. O liberalis gratia, o liberalitas graciosa, que nobis deus dedit in donum, hec accipit a nobis in munus. Et subiungit eadem quia sacrificia dona simul sunt et munera, dona sunt nobis collata, munera pro nobis oblata. Nam que sacris offeruntur altaribus et munera nuncupantur et dona. Unde dominus ait: Si offers munus tuum ad altare vade prius reconciliari fratri tuo. Et apostolus ad hebreos v. de pontifice dixit ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Daniel quoque dixit ad balthasar munera tua tibi sint et dona tua altari da. Illa enim eadem sunt, sed diversis nominibus, et idem hic iteratur sub diversis verbis propter excitandam devotionem vel propter commendationem ineffabilis sacramenti quod ex hiis conficitur. Unde innocencius. Sermonum enim multiplicitas et iteratio prime devotionis est excitatio, vel ineffabilis commendatio sacramenti. Non enim aliquod invenitur vocabulum quod tantum sacramentum valeat explicare, nisi quodam grece melius eukaristia dicitur quod exponitur bona gracia. Vel dicuntur dona quia dantur a superiori. Iacobi primo: Omne datum optimum et omne donum perfectum etc. Dicuntur munera quia offeruntur ab inferiori, vel quia mittuntur nobis inferius. Sacrificia dicuntur quia offeruntur pro peccatis. Dicuntur etiam dona per comparationem ad donantem, munera per comparationem ad offerentem, sacrificia per comparationem ad effectum. Vel etiam per imitationem quia christum passum et crucifixum representant. I ad cor. xi. Quotienscumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem domini annunciabitis. Vel dicuntur dona quia christus fuit nobis a deo datus. Munera quia a iuda traditus. Sacrificia quia a iudeis ad mortem fuit traditus. Vel secundum innocencium deus pater quia donavit ab auctoritate ideo dicuntur dona. Filius quia se sacrificavit ex caritate, ideo dicuntur sacrificia. Spiritus sanctus acceptavit et accepit ex liberalitate, ideo dicuntur munera, ut sic ostendatur totam trinitatem fuisse operatam ad christi passionem. Septimo nota pluraliter dicitur hec dona hec munera etc. cum tamen ex hiis solum unus christus consecratur ad designandum quod panis et vinum antequam consecrantur diverse sunt species et substantie, postquam vero celestis consecratio accesserit species quidem remanent sed substancie mutantur. Itaque diversa erant tunc continencia et unum contentum. Nam idem christus sub utraque specie continetur, licet non in idem utraque species convertatur, ut infra declarabitur. Octavo nota illa sacrificia dicuntur sancta et illibata. Sancta dicuntur quia panis et vinum sunt sacrosanctum corpus et sanguinem

Ad sacrificium [illegible] quod soli deo offertur vel illud est sacrificandum vel munus dandum nisi deo qui est sanctus scriptum est qui se obtulit sacrificium [illegible] deo patri. Sacrificia [illegible] quod sunt [illegible]

9

102

... 2m allegata de hailes in exposicione divini officii

...a illibata / Sacerdos facit tres cruces in signum triplicis tradicionis christi / super hostiam scilicet verbis / hec dona / hec munera / hec sancta sacri-
prima tradicio ad ... nos ... verum deum ipso filius suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum / a iudeis / a iudeis
...querebat oportunitatem quomodo eum traderet / De 2a ... / De 3a mat
... prima tradicio fuit ex gracia dileccionis / Io iijo / Sic deus dilexit mundum ut unigenitum suum daret / Sca
... ex avaricia unde Mat xxvj / Quid vultis michi dare et ego eum vobis tradam / Tercia fuit ex
invidia phariseorum et scribarum / Marci xv / Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum / Deus enim pater
tradidit filium ex dono / donum enim est datum non reddibile / unde pater dedit / filius obtulit / spiritus sanctus accepit
... / singuli tamen dederunt acceperunt obtulerunt / Sed pater dicitur dedisse propter auctoritatem / filius obtulisse propter
... suscepcionem / spiritus sanctus accepisse propter appropriacionem benignitatem sive liberalitatem / Iudas vero
... munere / Iudas in sacrificio illibatum / ad quorum ergo designacionem sacerdos facit tres cruces super hostiam / cum dicit
hec dona / hec munera / hec sancta sacrificia illibata / quasi concorditer illam tradicionem quam deus fecit
de dono et gracia / Iudas pro munere / Iudei in sacrificium illibatum / Singuli autem tradiderunt christum ad mor-
... cum ... iudei utique non sunt libati / sed ... / quia ablatum est ab eis regnum dei / et datum est genti facienti
... / ad quod ergo designandum sacerdos facit tres cruces super oblatam et calicem simul ut cum dicit
... dona hec sancta qui dicit offerimus tibi clementissime pater / hec dona / hec sancta / hec munera / concordando illa
... tradicionem singuli tamen ad mortem crucis tradiderunt / Nam licet diversa fuit operancia,
... unum et idem est tamen operatum / hec tria tradicio incepit in filio ex decreto dei patris / ex consilio
... / ut non ex ipso beneplacito veniens usque in ... exposuit passionem quam exponens
... quod iret dixit Io iij ego si exaltatus fuero / omnia traham ad me ipsum / Et aut dicebat significans
... morte esset clarificaturus deum / Vel hec tria dona munera / sancta sacrificia illibata / ad indivi-
... trinitatem / cuius opera sunt indivisa / possunt referri / quia tota trinitas tradidit christum ad mortem
... tota per christum redimet nos a morte / hec alibi ubi supra ...

... illam particulam sacrificia illibata / licet invenerimus in tractatu de exposicione divini officii
... sacrificia ecclesie nove legis / que figurata erant in veteri lege / per propiciatorium et thuribulum
... altare / que sunt sacrificium penitencie / sacrificium iusticie / et sacrificium ... eucaristie
... ps ... sacrificium deo spiritus contribulatus / De 2o ibidem tunc acceptabis sacrificium iusticie
... tibi sacrificabo hostiam laudis / Super altare ... mactatur / infra turibulum / thus adoletur
... propiciatorium sanguinis infertur / caro mactatur in ... / thus adoletur ex devocione / sanguinis
infertur per redempcionem super altare ... infra tabernaculum ... / ad propiciatorium dei per ... ge...
... panis et vinum et aqua speciatim offeruntur / In sacrificio penitencie / vinum doloris et com-
punccionis / aqua meroris et ploracionis / panis laboris et afflictionis / dolorem in corde / merorem in
... / altare in opere In sacrificio iusticie / panis est fortitudinis et constancie / vinum ... et ...
aqua mansuetudinis et ... / fortitudinis inter adversa / Mansuetudinis inter obprobria / In sacrificio
... eucaristie / panis unitatis / vinum caritatis / et aqua fidelitatis / panis pro corpore / vinum pro anima
... / de quo infra amplius dicetur / Sunt hec sacrificia nove legis / primum emundat / 2m dedicat / 3m in-
... / emundat inmundos / dedicat perfectos / et induit perfectos / ... per defectum in presenciam
... consiliorum per defectum per consumacionem In presenciam glorificacionem / Hec enim tria sacrificia sacerdos offert
in missa / primum in confessione / 2m in prefacione / 3m in accione / Hec enim tria 2m ... deus requirit
ab homine / Dilige ... / facere iudicium / et sollicite ambulare cum deo / Diligat ergo ... qui

vult offerre sacrificium penitentie confitetur iudicium / qui vult offerre sacrificium iustitie Ecce deo soluit
cymbalum(?) qui vult offerre sacrificium diuine eucaristie innocentie qui innocentiam ubi supra

Significat tres xpi crucifixiones quia passus fuit in corde iudeorum Mat. xxvi. Et Jo. xi. Colle-
gerunt pontifices et pharisei concilium ut ipsum dolo tenerent et occiderent / Secunda fuit in ore
iudeorum clamantium crucifige crucifige eum Jo. xix / Tertia fuit in opere in manibus
figentium manus et pedes Jo. xix. baiulans sibi crucem exiuit in locum qui dicitur
caluarie ubi crucifigerent eum

Vel significat eos tres cruces quas facimus ut patet supra [illegible] / Ea que apposita sunt super al-
tare sunt hec aut sic tria scilicet panis vinum et aqua / panis significat tria scilicet
ad perfectionem sancte et adquisitionem salutaris / Per aquam designatur fides que de se
per aquam [illegible] [illegible] [illegible] vitiatus fuit ut / Vinum significat spem que ui-
tam exigit ad pugnam / et cor hominis letificat ut dicit propheta / panis vero con-
roborat et caritatem significat / que omnes virtutes solidat et validas facit
Unde abel [illegible] [illegible] [illegible] qui hanc oblationem offerre vult / unde dicit [illegible]
super malachiam super Mos(?) et purgabit filios leui / Malachie iii. dicit ut iudicaui a d[illegible]
[illegible] dei [illegible] / per filios autem leui sacerdotes [illegible] intelligit [illegible]
[illegible] ut offerant deo iusti-
tiam / [illegible] [illegible] et [illegible] fuerunt per [illegible] / ut offerant deo [illegible] ad [illegible]
sacrificia / et tunc placebit deo sacrificium eorum / quod offerunt per [illegible] ad [illegible]
[illegible] qui [illegible] [illegible] et [illegible] deo in [illegible] offerunt / [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

ihu xpi / Sone cuius sancta dicitur illibata vel dicitur non ideo quod nondum sint
gustata sed potius dicitur illibata .i. immaculata que ~~sunt~~ sine macula cordis
et corporis conferri debent. Oratiamus cor ab omni inmundicia purget et corpus ab
omni inmundicia mactetur quicunque scienter optulerit indigne manducat(?)
manducat. reus erit corporis et sanguinis domini / qui ergo indigne
non quod substantia panis et vini non potest corrumpi sed corpus et sanguis xpi que ibi
continentur corrumpi non possunt quia illud dicitur illibata .i. incorrupta
corruptionem. Secundo nota quod ad hec verba tres sunt cruces non dabis sanctum tuum videre
et non solum ad ista verba sed ad multa infra / et consecracio et ceterus sunt
signum crucis / quod ut dictum est in canone representatur dominica passio et me[moria]
moratur que in cruce totaliter est consumata / et xpus factus est pro nobis
obediens patri usque ad mortem / mortem autem crucis / quod in profundum vero
sic crucis misterium et grandium sacramentum patet et multis figuris / legitur
enim Num. 21. Moyses ad mandatum domini serpentem eneum erexit / pro signo
quem aspicientes qui percussi fuerant a serpentibus curabantur / pro signo
ponere in xpo. inquit / sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto ita oportet
exaltari filium hominis. ut omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam
eternam. Johannis 3o. Omnes enim percussi a ue[n]enatis morsibus antiqui serpen[tis]
tis scilicet diaboli invocatione et protectione crucis xpi muniuntur et salvantur / quod
contra signum nullus stat pericul[um]. Ezechiel 9 / audivit dominum
dicentem ad virum vestitum lineis et habentem atramentarium scriptoris ad renes
transi per mediam civitatem et signa thau in frontibus virorum dolentium
et gementium / post hoc dixit sex viris transite per mediam civitatem et per[cu]
tite omnes super quos non videritis thau / neminem parcat oculus vester. Ezechiel
ix quod signum thau signum est crucis / Crux enim secundum quemdam sanitatem
tatem restituit / benedictionem impendit / discernit a perfidis / liberat a periculis
hostes expellit / victores constituit. Crux munimentum fidei / firmamentum spei
clavis sciencie / forma iusticie / magnificencia regum / gloria sacerdotum
sustentacio inopum pauperum consolacio / tecorum due[?] / claudorum baculus
spes desolatorum / resurrectio mortuorum / et humiliatio malignantium quia
humiliat et deicit et debellat demones / Unde Augustinus / Ubi signum crucis cum fide
et dei timore precesserit hostis nichil nocere poterit / et ponit exemplum de quodam
iudeo qui in templo idolorum de nocte recumbebat / videns demones suum pre[?]
lamentum tenentes / solum quia quidem audierat crucis signum accenisse demones
terrere / signavit se cum eo / propterea cum ei nocere vellet demones dixerunt vas
vacuum quidem sed signatum et mox fugerunt / Idem legitur de constantino imperatore
qui viso signo crucis in celo dictum est ei Constantine in hoc signo vince
quo viso signo crucis milites tradidit et sic adversarios superavit
quod ponit historia tripartita / Dicamus ergo illud per signum crucis de
inimicis nostris libera nos deus noster / 4 Est cum conciliatrix discordancium quia per eam
homines et angeli sunt concordati. Unde Apostolus ad Romanos pacificans in cruce
in sanguine [illegible]. Augustinus lectum suum xpus dimisit discipulis suis / Si quis ergo
vult cum xpo quiescere in celo / in isto iaceat lecto / moriatur in cruce
si vult xpm placatum videre / 5 Est crux auxiliatrix impotencium quia per eam
impugnatos auxiliatur et adiuvat / et in quolibet prelio temptacionis potens in
dubitanter / si habeat in memoria signum crucis / Unde Origenes dicit Tanta
virtus crucis / quod si in mente fideliter habeatur / nulla libido / nulla peccati procella
possit invadere / sed continue ad memoriam illius omnis peccati et mortis
fugit exercitus / 6 Est crux remediatrix peremptorium quia nulla peccata desperat
peccatum / qui per devotionem ad remedium crucis fugit / Unde dicitur plurimus
li [illegible] xpm conficientibus nullum contra morsum canis rabidi inveniebatur

remedium. Sed mater cuiusdam militis canis morsu qui propter hoc sine remedio
periclitabatur vidit in somnis radicem silvestrem cynorrodon appellatam
sibi pro remedio ostensam quam cum lacte dedit ad potandum filio et sanatus
est. Sic etiam est sancta crux. Rosa enim ratione ruboris sanguinis ... dicitur et
silvestris id est inculta et inhonorabilis appellatur quia enim crux erat confusionis
supplicium non honoris iuxta illud Maledictus qui pependit in ligno. Deut. xxi.
Contra hoc morsu diabolicorum temptationum periclitantes crucem pro devotione
in memoriam et compassionem sumant cum lacte dulci caritatis et pietatis bibat
et ipsa absque dubio liberabit et sanabit eum. Unde i. Cor. i. Verbum enim crucis
pereuntibus stultitia est, hiis qui salvi fiunt id est nobis virtus dei est. Est etiam
crux navis ad transfretandum. In ista enim et per istam navem transivit
et transfretavit et de hoc mundo ad patrem, et nos per eam debemus transire
de hoc mundo ad paradisum. Ipsa enim est navis que servat homines ne in maris
pelago submergantur. Sap. xiiii. Exiguo ligno credunt homines animas suas
transeuntes per mare liberati sunt. Ipsa est navis ad secure ad patriam
navigandum. Ut enim dicit Crisostomus Crux est spes desperatorum, crux
navigantium gubernator, crux periclitantium portus, crux oppressorum mu-
rus, crux pater orphanorum, crux defensio viduarum. Est baculus
ad sustentandum. Videmus enim quod debiles et senes ... in
baculis sustentantur. Elephantes dum capiunt dormire se ad arbores susten-
tant, peregrini quando fatigantur super baculos innituntur, infirmi senes decre-
piti baculo ad sustentandum utuntur. Quibus ... peccatores ... ex-
cuderunt quod sive sive sit sicut vinea aliorum letificativa, sicut ... medullosa
aliorum per elemosinam nutritiva, sicut elephas aliorum
in preliis adiumentivus, sicut peregrinus mundi laboribus fatigatus, sic
infirmus ... pluribus peccatis ... sicut senex fortitudine insuper ...
ciosus, sic indiget quod isto baculo sustentetur et quod cum fiducia devotione
firmiter et totaliter innitatur ut dicat illud Psalmi Virga tua et baculus
tuus ipsa me consolata sunt. Et Crisostomus ubi supra. Crux est desperatorum via,
crux claudorum baculus, crux consolatio pauperum, crux resurrectio divitum,
crux destructio superborum. Crux etiam est lancea ad repugnandum, cum lan-
ceis enim ligneis et ferreis solent homines pugnare contra hostes. Sancta crux
de ligno et ferro fuit composita quibus a longe hostes repellantur. Ita nobis
crux et fidelibus est pro lancea, in qua fuit lignum et ferrum. Per ipsam
enim Christus demones superavit et per ipsam quottidie hostes superamus si
eam in memoria et devotionem istam lanceam habuerimus. Nunquam canis infer-
nalis nos mordebit, nunquam hostis subdolus nos invadet, nunquam leo
rugiens nos consumet. Ista est ergo lancea quam rex Saul ad caput
habebat una cum cypho plenum aqua. i. Reg. xxvi. Et sic nos sicut rex si in
corde nostro dormiat lanceam crucis id est memoriam passionis et vas aque
id est liquorem devotionis nobiscum habere debemus. De qua lancea magister
Crisostomus ubi supra. Crux adversus demones triumphus, crux depressio diaboli,
crux adolescentium pedagogus, crux sustentatio inopum, crux spes
desolatorum et desperatorum. Ex quo elicio quod quilibet debet crucem non
solum mentaliter in devotione sed etiam realiter in exteriori gerere signatione. Secundo
quod crux est navis pro transfretatione de hoc mundi ad celestia. Tertio quod
est baculus peregrinantibus ad sustentandum in via. Quarto quod est lancea

in itinere pugnantibus propter quod dicit veritas Luce nono [9 c.] Qui vult venire post me
abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Sed istam crucem portandam
notata est sic voluntatis abdicatio quod abneget semetipsum / carnis cruditatis
castigatio et sequatur me. Proximi voluptatis detestatio quod tollat crucem
suam. Et ideo ut dicit Augustinus in quodam sermone Christus in cruce positus exhi-
bet humilitatem commendat / obedienciam implet / perficit caritatem. Quatuor
nempe virtutum gemmis quatuor crucis cornua decorantur. Nam summe-
citas eius superius est caritas / a dextris obediencia / a sinistris paciencia / radix
autem omnium virtutum est humilitas in profundo. Et idem in sermone de sancto Andrea
Si fuerit qui colligat flores et fructus sancte crucis. Iste lignum sancte crucis vi-
tam germinat / iocunditatem fructificat / oleum leticie stillat / spiritualium
carismatum balsama sudat. Et in eodem. Non est silvestris hec arbor sancte
crucis / lignum enim vite est apprehendentibus illam / arbor enim salutifera ar-
bor fructifera est / alioquin quid dominicam occuparet terram. Illam dico
graciosissimam quam sanguis clavorum est infusa radiatur caritas
Si enim non esset hec arbor preciosior cunctis et fructuosior paradisi / nunquam
illo plantaretur morte cui fons signatus est quidem in cruce pendet
omnis fructus vite et ipsa est arbor vite que stat in medio paradisi. Ipsa
est enim longitudo et sublimitas et profundum. Ipsa bonos colligit et re-
munerat. Ipsa malos dispergit et condempnat. Ipsa est mestorum consola-
cio / christianorum defensio et gloriacio peccatorum. Hec ille. Et Rabanus
in libro de laude crucis inquit. In cruce insinuatur a morte redempcio sancto-
rum commissio / intimatur omnium virtutum perfectio / promittitur ad vitam
eternam resurrectio / speratur eterne beatitudinis adepcio / et vere felicitatis
acquisicio. Idem ibidem. In te cruce sancta angeli sua gaudia conspiciunt
cumulata / in te homines precium sue salutis agnoscunt / in te inferi in-
stantem [illegible] sue fraudis perpetuam. Omnibus es equa / omnibus
bona / omnibus iusta / omnibus sancta / perdita renovas / privata illu-
stras / futura demonstras / perdita requiris / quesita invenis / inventa
custodis. Idem. Tu sancta crux peccatorum es remissio / pietatis exhibicio
augmentum meritorum / remedium infirmorum / auxilium laborancium
/ ardorum refrigerium / sanorum incolumitas / et felicitas fortunatorum
Idem. Tu status es recte credencium / tu firmitas bene operancium / tu beatitudo
vite perseverancium / tu medicina egrotorum / tu gaudium et consolacio
mestorum / tu pia / tu bona / tu iusta / tu dulcis es suavitas et leti-
cia omnium hominum et angelorum. Unde Cassiodorus super psalterium. Crux est
humilium invicta tuicio / superborum abiectio / victoria Christi / perdicio diaboli
/ destructio inferiorum / reformacio celestium / mors infidelium / vita
iustorum. Ysidorus de summo bono. Agens humana quid trepidas / aut quid
times / qui huiusmodi navigas procellis inter demonum [illegible] sive tenebris involu-
eris / considera lignum crucis / ut a tempestatibus omnibus liberis. Sozome-
nus dicit in historia tripartita quod Sibilla de ligno crucis prophetaverit
in hunc modum. O ter beatum lignum / quale repertum / in quo creatum est
creator videret extensum. Nota quod in codice prohibetur ne signum crucis scul-
patur vel depingatur in aliqua materia posita in terra ut in marmore
vel silice vel sepulcris et hoc ideo ne signum venerabile et tam sanctum
pedibus conculcetur. Et qui posuerit in terra signum sancte crucis
sic positum non levaverit pena gravissima puniatur quam penam
dicit ergo [mortem] inspectatur ut ff. de penis l. ultima. Unde Ambrosius

Nota cruces in missa
fiunt / secundum verba misse [illegible]
[illegible] est / [illegible] sacerdos al-
taris / quoniam alia ecclesia
sancta consecrat et sanctificat
Propterea in canone [illegible]
prius ponit ad [illegible]
[illegible] / [illegible] ad [illegible]
[illegible] recolendam

Hoc ergo dominico signo sanctificatur mare / terra colitur / celum regitur / homines conseruantur / inferna reserantur Adam ex quo dicit ysidorus qui crucem gestabat in humeris sepultus est in terris / velut dicitur ab eo exarata terra omnes quos tenebat mortuos germinabat Adam Non solum fidem firmat sed eciam auget deuocionem / quod dominus noster voluit pro nobis in cruce susceptam celo voluit inferre / noluit enim illam penitus abolere, ut deo patri suo precia sue liberationis se ostenderet Crisostomus super math In iudicio finali crux christi multo lucidior sole erit / Si enim corporalia sicut sunt elementa et corpora celestia immutabuntur multo forcius illud corpus quod est misterium nostre redemptionis scilicet crux nostri saluatoris Adam ibidem Vbi namque dominicum signum viderint demones illico fugiunt timentes baculum quo plagam acceperunt Adam Eruando te signaueris signo crucis / tunc recogita causam et recogita condicionem crucis cum multa et plena fide christianitatis non dubium si sic te signaueris nullus demonum iuxta te stare poterit, videns enim sine baculum crucis quo plagam acceperit Adam in ser. Crux est adolescencium pedagogus / sustentacio inopum / spes desperatorum / gubernator nauigancium / et portus periclitancium / murus obsessorum Adam Crux est spes egrotorum / resurrectio mortuorum / dux cecorum / baculus claudorum / consolacio pauperum Adam in ser. Crux est insensatorum sapiencia / imperatorum potencia / crux est libertas seruorum / lex impiorum [illegible] imperatorum Crux est prophetarum promissio / apostolorum annunciacio / martirum gloriacio Crux est abstinencia monachorum / castitatis signum / gaudium confessorum / gloria sacerdotum / consolacio viduarum / et tocius ecclesie fundamentum Est autem signum crucis tribus digitis exprimendum quod sub inuocacione trinitatis exprimitur / et a superiori tendit ad inferius / quia christus de celo descendit ad terram / et producitur a sinistra in dextram quia de miseria transiuit demum ad gloriam / sicut christus transiuit de morte ad vitam / de inferno ad paradisum Decimo nota quod ad hec verba scilicet dona. munera. sacrificia. fiunt tres cruces ad designandum triplicem christi tradicionem / traditus est enim a spiritu sancto a patre et iuda et a iudeis / De prima tradicione dicit apostolus proprio filio suo non pepercit deus sed pro nobis omnibus tradidit illum / De secunda dicitur Mat 26 Iudas querebat opportunitatem ut eum morti traderet et alius eciam addit sine turbis / et de tercia dicitur Iohannis 18 gens tua et pontifices tui tradiderunt te michi quid fecisti Prima tradicio fuit ex gracia qua deus dilexit mundum ut unigenitum suum daret Iohannis 3 Secunda ex auaricia. Unde dicit / quid vultis michi dare / et ego vobis eum tradam / et constituerunt ei triginta argenteos Math 26 Tercia ex invidia sciebat enim Pilatus quod per inuidiam tradidissent eum Marci 15 Deus ergo tradidit illum ex dono / Iudas pro munere / Iudei in sacrificium illibatum / quod utique iudeos non liberauit sed gentes quia ablatum est eis regnum / et datum est genti facienti fructum eius / Est enim sensus secundum commemorationem illius orationis Te igitur tibi clementissime pater / hec dona etc. Quasi commemorantes illam tradicionem quam deus fecit ex dono Iudas pro munere Iudei in sacrificium illibatum / sed magis tamen ad mortem / mortem autem crucis Nam licet diuersa fuit operancium voluntas tamen fuit operatum / hec autem trina tradicio bene incepit cum filius ex decreto dei patris ex consilio spiritus sancti necnon ex suo beneplacito veniens ierosolimam se ipsum spontanee obtulit passioni / Nam cum venisset exposuit quod quid venit dicens Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit etc. / et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum / Vel ille tres cruces significant [illegible] quod christi crucifixio a tota trinitate ordinata fuerit pro mea salute / pater enim dedit filium / filius obtulit / spiritus sanctus acceptauit pro benignitatem Alii dicunt quod ille tres cruces significant christi triplicem passionem / Prima fuit in voluntate persequencium Iohannis [illegible]

Collegerunt pontifices et pharisei concilium etc. Sub illo ergo die cogitaverunt ut
ficerent eum dicentes. Secunda fuit in voce clamancium crucifige crucifige eum
Johannis xix. Tercia in perforacione manuum et pedum in cruce Johannis xix super
et crucifixerunt eum et cum eo alios duos latrones. Propter tria sacrificia
deo in veteri testamento accepta. Abel obtulit agnum Gen. iiii Melchisedech
panem et vinum Gen. xiiii Abraham filium suum ysaac Gen. xxii. Aliter di-
citur quod fiunt tres cruces in honore sancte trinitatis cuius virtute sit ista conversio
vel in signum triplicis unionis in incarnacione salvatoris. Fuit enim divinitas uni-
ta anime christi et carni et anima mediante se ad. Undecimo nota quod sacerdos dicens
illam oracionem coram altari devote se inclinat propter humilitatem. Unde
dicit Ambrosius super Luc. Quisquis cupit divinitatis tenere fastigia [illegible] in-
fima sectetur. Alterum propter exaudicionis impedimentum. Unde [illegible] respexit in oracionem
humilium et non sprevit precem eorum. Alterum inclinatio sacerdotis quando orat
illam oracionem Te igitur clementissime pater etc. humilitatem christi figurat. Christus humi-
liando se et exinaniendo seipsum voluntarie et humiliter ad passionem [illegible] obtulit
quos sacerdos cum reverencia ad misterium crucis accedit. In hoc notatur quod sicut
legalis sacerdos intravit sancta sanctorum cum sanguine sic et noster sacerdos ad
sanguinem i. cum memoria passionis christi in qua sanguinem suum effudit debet animo
[illegible] intrare

Sequitur lectura alberti magni super canonem que ponitur sic
Te igitur clementissime pater. Hiis diuinis hiis que pertinet ad oblacionem
et consequenter annectenda sunt que pertinet ad huius oblacionis sanctificationem
communia enim que ad oblacionem pertinent in prefatione conclusionem accepe-
runt que non recipit narrationem mysterii ex aliquo proprio illius festi quod agit-
ur interponit in quo festo cum angelis ad maiorem laudem attinguntur
sicut in festo natiuitatis epiphanie crucis resurrectionis ascensionis et
aduentus spiritus sancti et sicut in festis sancte trinitatis et apostolorum et sicut in
tempore quadragesime ubi enim specialis gratie ostensio specialem compunget ad laudem
et hoc vide in singulis non est difficile et ideo hoc singulorum meditatio-
nibus et studiis relinquentes et huius oblacionis sanctificationem pertractamus
que autem supra quatuor partes in canone esse diximus iam vna hita sequitur
incipimus que inchoat ex Te igitur clementissime. Et habet tres partes ex quibus
et in quibus integre continetur. Quarum prima per sanctificationem idoneitatem
efficit in oblatis ut transsubstantiatione sanctitatis eorum compleatur. In secunda autem
complencia transsubstantiacionis panis et vini et consecrationem sacramenti efficiencia ponitur
ponit ubi Qui pridie quam pateretur etc. In tercia autem ut in altari perfecta perfecta
ad ea que in conspectu dei gloriosa sunt ut in celum eleuata supplicat deus ex
orat manibus angelorum presentari ubi Vnde et memores domine et nos
serui tui etc. Adhuc autem in prima harum particularum duo continet quorum primum
quorum continet enim istud sacrificium offerendum communionem et secundum ipsam
quam diximus ad ydoneitatem innuerunt oblacionis continet sanctificationem et
incipit ubi Hanc igitur oblacionem. Super communionem enim hoc sacramentum commu-
nio siue sacramentum communionis vocatur quia nemo est particeps ad sacramentum
qui aliquo scismate vel heresi a communione ecclesie est separatus. Dicit enim dauid
propheta passer inuenit sibi domum et turtur nidum ubi reponat pullos suos
altaria tua domine virtutum. Passer enim mobile et inquietum animal seculares
et in inquietudine seculi pauperes significat. Turtur autem castum simplex et
innocens auis clericum significat et siue sit clericus siue laicus extra alta-
ria domini que in vnitate ecclesie sunt offerre aliquid de suo gratum deo non
potest et ideo sic canon est ordinatus ut in fine simplices pro omnibus deo
fiant ut de vnitate et communione sint quam significat sancta communio et sic
sit deo significentur oblati. Sancta enim communio in panis substancia que conuenit
in corpore christi conficiatur ex multis granis frumenti purissimis ex quibus
panis conficitur et sancta vnitas ecclesie ex multis fidelibus adunatur ut vnum
corpus misticum efficiat. Ad Cor. x. Multi vnus panis in christo quotquot ex
vno pane participamus. Similiter etiam calix ex multis fit vuis vinum calicis
presentibus et sic vnitas ecclesie et communio in ipsis elementis sacramenti desi-
gnatur et ideo primo de perfectione huius communionis premittit. Sunt enim in
corpore membra nobilia que a physicis officialia vocantur que ex officio suo
bonitates suas in totum influunt corpus sic est caput quod a cerebro quod
est in ipso sensum influit et motum in totum corpus et in omnia singula
membra corporis et ideo oportet quod omnia membra ad caput habent colliga-
tionem et vincula sic ligancia membra ad caput ut sensum et motum
capiant a capite dicuntur nerui a physicis sic epar est membrum prin-
cipale quod haustum a stomacho cibum nutrimentalem omnibus ministrat
membris per vias quibus sibi membra colligantur que vocantur vene
sic etiam principale membrum est cor quod influit vitam et pulsum et ideo
sibi omnia colligantur membra et vie quibus ligantur ad cor membra vo-
cantur arterie per quas fluit vita et pulsus ad omnia membra. Alia co-
mmunicatio est membrorum simplicium ad inuicem simplicia eorum
dico que simpliciter sunt membra et officia quibus influant super alia

[margin:] meza [?]

membra non homini / sicut est pes et manus manus / et oculus / et singula
hec enim communicant sibi in corpore / quia pes sibi non ambulat soli / sed
omnibus aliis membris / nec oculus sibi soli sed toti videt corpori / et ita est
de aure de ore / et aliis omnibus membris / quod quodlibet illorum toti subser-
uit corpori / Tercia communio in corpore / quia virtutes corporis celestibus vir-
tutibus communicant / sine quibus sua non possunt explere officia / Sicut
calor naturalis qui est in epate / non digerit cibum ad formam membro-
rum / nisi forte celesti virtute adiuvaretur / sed potius incineraret cibum
et totum consumeret eum / Similiter calor cordis non esset purificans / sed
potius vstiuus et similiter destructiuus / nisi informaret celesti virtute ad
vitam / Similiter etiam spiritus animalis in capite qui virtutem et motum largi-
tur / non veheret formas cogitacionis ad ymaginacionem et memoriam
et intellectum / nisi communionem et convenienciam haberet cum celestibus / Sicut er-
go tres communiones sunt precipue in corpore humano / et ad modum istarum
trium communionum sunt tres communiones in corpore mystico / Quarum
prima est ex connexione obediencie et auctoritatis quam habemus cum
nobilibus membris ecclesie que sunt papa patriarche / archiepiscopi / et episcopi et
alii secundum ordinem descendendo inferiores prelati / quorum officio deus toti
corpori mystico gracia influit / ad sensum spiritualem / et motum meritorum
/ et nutrimentum spirituale / quod est in verbo doctrine et eukaristia / et singulis
aliis / Alia autem est communicacio societatis et caritatis / qua fideles sibi in-
vicem communicant illam placionem super se mutuam habentes / et in caritatis
et iusticie operibus et in hiis et huiusmodi / Tercia autem communio est qua militans
ecclesia tota communicat triumphanti in celo ecclesie / cuius adiutorio iuvatur et suffra-
gio adiuvatur et in cuius gaudio hostia offertur regi celorum / Sic enim Can-
tica quod vna est columba / hoc est ecclesia / siue in celo siue in terra conversetur
omnium autem horum qui ad corpus domini pertinent oportet esse in hiis tribus co-
munionibus sanctorum / Et primum quidem scindunt scismatici et heretici / Secundam
autem per malum exemplum violant falsi christiani / Sed tercium autem nullo modo
percipit dampnati / Et ideo fideles non pertinent ad oblacionem sacramenti istius / Iste er-
go tres communiones in quibus offeratur sacrificium huius / et extra quas non offer-
tur / Vnde Gregorius ordinator canonis / tangit in tribus primis capitulis per or-
dinem positis / prima tangit ibi Te igitur / Secunda in illo capitulo quod incipit
Memento domine / Tercia vero in illo quod incipit Communicantes / In pri-
ma horum tria dicuntur / quorum primum est quod hostiam oblatam deus acceptat
similiter exoratur / Secundo quod in communione offeratur ipse prefator sanctitatis
profitetur / Tercio ipse modus istius communionis describitur / In primo
horum adhuc tria dicuntur / in quorum primum hostia offertur / et oraciones porri-
guntur exprimuntur / in secundo modus supplicacionis innuitur / et in tercio quod
ab eo petitur exprimitur / Dicit ergo / Te igitur / et continuatur ad sanctus / quod
est cantatum / Ex quo sanctus est omnis sanctitatis prefator in unitate trin-
tatis / et omnis terra et celum / per hoc sacramentum impletum est gloria tua / Er-
go te rogamus / Racionem enim et causam rogandi te dedisti per hoc quod ce-
lum et terram gloria tua per sacramentum implesti / Et hoc est quod Te igitur
roratur autem clementissime / clemencia est virtus que facit prestabilem et
condonabilem super malicia que commissa est contra ipsum / Et in sacramento
hoc fit quod pro condonacione peccatorum offertur Luce xxii Calix pro
multis effunditur in remissionem peccatorum / Iohelis ii benignus et mi-
sericors est / et prestabilis super malicia / Pater qui virtute paterna
nos formas affectu paterno / dulcissime de nobis cogitas providencia

patterna / nos heredes bonorum tuorum / nos ordinans / disciplina paterna instituens utiliter nos sanctificans / non enim nisi virtute paterna / nos formare ad imaginem suam / et nullius virtutis / nec in celo nec in terra est proprium formare naturam ad imaginem suam / nisi paterne virtutis ipsa enim tunc dominus per ... et ... autem ... et secundum ... et opera manuum tuarum omnes nos / Gen. xxi quod ad imaginem suam fecit hominem / et secundum se ipsum vestivit illum / virtute formavit autem dominum invisibilis imaginis dei / hoc est filio in sacramento unimur et incorporamur / imaginem eius portantes Coll. / qui est imago dei invisibilis / de formacione viri adeamur dicit i Cor. xv Sicut portavimus imaginem terreni / ita et portemus imaginem celestis / qualis terrenus / tales terreni / et qualis celestis tales celestes / de dulcedine autem affectus patris quam maxime exhibuit filiis in sacramento dicit Sapie. xvi ubi sic dicit de sacramento Sacramenti ipsi ... paratum / paratum panem de celo prestitisti illis sine labore / habentem in se omne delectamentum / et omnem saporis suavitatem / substanciam enim tuam / et dulcedinem tuam / quam in filios habes ostendebat / et voluntati uniuscuiusque eorum deserviens / ad quod quisque volebat convertebat. Unde eccl. hic panis dicitur panis filiorum / qui non est proiciendus canibus / hoc est indignis peccatoribus Mat. xv. De ordinacione nostri in heredes / quod in sacramento efficimur / cum corpori eius incorporamur / et veri heredes spiritu / qui nascitur de sanguine eius preciosi / sicut dicit apostolus i Cor. xii ... Ro. viii quoniam estis filii dei misit deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem abba pater / et post si autem filii et heredes / heredes quidem dei / coheredes autem Christi / hoc enim nullo convenienciori modo fieri poterat quam quod per sacramentum verum incorporantem heredes. De disciplina qua nos in instituendo instruit dicit Heb. xii pater spirituum erudit nos ad id quod utile est in recipiendo sanctitatem eius / hanc enim licet multis recipiamus modis / in sacramento maxime quo illi ... qui nunquam recessit a disciplina patris. Te igitur clementissime pater per Ihesum Christum filium tuum dominum nostrum sicut per mediatorem et nostri sacerdotii pontificem / quod ut deus humanatus mediat / et ideo dicit Ihesus / et ut homo deificatus mediat / et ideo dicit Christus / et manum in te ponit per naturam quam a te per generacionem accepit / et identitatem et ideo dicitur filius tuus / et manum mediantem in nos ponit deitatem nobis debitam per nostre nature conformitatem / et ideo dicitur dominus noster ut sit velud verus et pleno nomine pontifex sit assistens tibi et assistens nobis Sicut dicit Hebr. viii. Te igitur sic per Christum supplices modum tangit oracionis / cum orante quod est dicit supplices. Cum oracione autem quod dicit Rogamus ac petimus supplices quod est pronum ad propiciacionem tuam / Ephe. iii huius rei gracia flecto genua mea ad dominum patrem / ex quo omnis paternitas in celo et in terra / et ideo sacerdos in modo isto inclinat se pronus ante altare / Ys. ii oculi ... in sublimius hominis humiliati sunt et incurvabitur altitudo virorum / exaltabitur autem dominus solus. Rogamus. Rogacio est inclinacio eius qui rogatur ab eo qui rogat ad exaudicionis consensum. Peticio autem expressio eius quod desideratur fieri ab eo qui exauditur ut rogatur. In Philip. ult. peto rogamus te domine Philippenses in omni oracione et obsecracione cum graciarum actione peticiones vestre innotescant apud deum. Uti accepta tangit hic quid a clementissimo patre petit dicens uti accepta habeas per acceptacionem / quia licet dona ista de frugibus terre / sicut et in ipsis tibi tui fideles offerant / et quo ad hoc indigna videantur tue maiestati / tamen quia per filium tuum qui hec instituit tibi offeramus petimus ut in honore eius tibi sit

acceptum / ps. acceptabis sacrificium iusticie oblaciones et holocausta / le-
gis enim oblata nunquam sunt tam accepta / sicut dicit ysa. Hoc tunc sacrificium et
oblacionem noluisti / corpus autem aptasti michi / sic dicit ysa. Ita ysa. quo
michi multitudinem victimarum vestrarum dicit dominus. plenus sum holocau-
sta arietum et adipe pinguedinum / et sanguinem vitulorum et agnorum / et hirco-
rum nolui / ibi dicit glosa nunquam volui / ex quo ergo illa reprobantur / sic non e-
rant accepta / petimus ut hec in quibus nostrum est / nisi acceptum habeas / accepta per fi-
lium tuum / hec instituentem / et benedicas benedictione virtutis et gracie in
ea diffundendo / ut idonea sint tanto sacrificio / non enim nimium est benedicere
sed tantum sed ipsum esse te invocare / ps. benedicam nunc et invocabunt nomen
tuum super filios israel / ego autem benedicam eis / que autem sunt que petimus be-
nedici exprimit / cum dicit hec dona / et quod quod offerimus triplicater conside-
ratur / si ut ex liberalitate dei in nos profluens / et sic dicitur donum / quia sic dicit
philosophus donum est donacio irredibilis / et ut consideratur ut a nobis acce-
ptum / et sic dicitur munus / quia donum datum est datum / munus autem acce-
ptum est / ps. Ascendisti in altum dedit dona hominibus / hoc ideo largitus est munera / magnificenciam principalem / Sacrificium autem dicitur / secundum quod a nobis deo est
oblatum / et a deo sacratum / ps. voluntarie sacrificabo tibi / oblata autem ad
altare / et dona dei sunt / sic dicit David in ps. o pauper plebs / que de manu tua acce-
pimus obtulimus tibi / hec offerri possunt nisi dona dei / quia iniuste
acquisita et turpia lucra offerri non possunt ut in auctoritatibus dictum est / nec
offerri posset nisi esset in ea munera / que munera sunt voluntaria / et hec
reponi possunt in dei donaria / et alia / ps. filie thiri in muneribus vultum
tuum deprecabuntur / filie thiri sunt anime in angustiis istius seculi / et in labo-
re / ut acquirentes / ut possidentes ea que deo debent offerri / Et ideo in bonis eius inve-
nimus gaudere eum / Sic ergo et hoc quod dona dei sunt oblata sunt bona / et ideo sunt
munera sunt voluntaria / et devota / et cetera quod sacrificia sunt sancta / Si accessit fili-
us dei gloriose venire per ipsa dona et munera et sacrificia dominus prius
nobis donatus / ysa. ix filius datus est nobis / Ro. viii / Quam et proprio filio
suo non pepercit deus / sed pro nobis omnibus tradidit illum / Ex hoc autem quod
se ipsum obtulit est munus / ysa. liii pro eo quod tradidit in mortem animam suam
/ et cum iniquis deputatus est / et ipse peccata multorum tulit / et pro transgresso-
ribus rogavit ut non perirent / et ibidem oblatus est quia ipse voluit / In eo
autem quod a se et pontificibus ad crucem oblatus est sacrificium est / quod et pila-
tus confessus est dicens / Johis. xviii / Gens tua et pontifices tui tra-
diderunt te michi / scilicet ad crucifigendum / Sic igitur et offerentes et oblata et
ille qui in eis offerendus patri significatur / sunt dona et munera et sacrificia
Crux autem fit super quodlibet istorum / quia in cruce totius sanctificacionis procedere
intelligitur a sanctificatore sanctitatis / qui loco dei stat ad aram in toto oblatum
sive sit signum ut panis et vinum / sive sit significatum / sicut ex toto suis
offerentes ea accepturus / sive sit is qui sacratur ibi offerendus supplicatur
Et ille cruces tres sunt propter tres illusiones Christus coram pontificibus et co-
ram herode / et coram pilato illusus legitur / de quibus in canone de hoc nulla fit
mencio in littera / Sacrificia autem dicuntur sancta quia sunt virtute sua sanctificancia / non
a sanctitate vacua / sicut veteris testamenti sacrificia / nec sunt in nostra
pecorum cruoribus fedata / et ideo omni sanctitate munda / sicut talia que debent
esse divinitatis sunt vasa divinitatem continencia / ysa. lii mundamini qui
fertis vasa domini / Unde sacerdos Abimalech i Reg. xxi dicit ad
David de figura huius sacrificii / non habeo panes laicos ad manducandum

ad manum. sed tamen panem sanctificatum et panis primis communis est qui sacer-
dotibus in officio non committitur. Sed panis deo sanctificatus et sanctus ministra-
dus. dicitur etiam illibata, hoc est non degustata. quia libare est idem quod degustare.
et ideo illibata dicitur quia ad usum humanum non sunt adhibita ne aliquam
contagionem contraherent manibus quod gustum libantium ea. hoc autem non videtur
competere quia et secundum populum fiebant libatoria pasculla quibus libentes in
quedam sacrificia verum sunt digna ad ea deo offerenda. et ex hoc forte pos-
set dici aliter quia ea ipsa essent ante libanda. sed hoc dicendum quod libatoria fuit
ad ea libanda in quibus suspicio est corruptionis et contagionis. quia non in
sacrificio nove gratie quia illa omni puritate munda nullam habent suspicionem con-
tagionis et macule. et precipue quantum ad datum qui orationem venire ut in sa-
crificium offerantur. et ideo libatoria essent hec nocina quia suspicionem inducerent
aliaminis contagionis. et ideo in veteri testamento de sacrificio illibato nichil invenitur
quia nullum fuit illibatum. sed figurative dicitur de agno Exodi xii erit autem masculus
agniculus absque macula. Et ideo dicit Petrus I Petri i in precioso sanguine
tamquam agni inmaculati Christi. de speciebus autem istis oblatis hoc frumento et vino
dicit Zacharias ix Bibentes inebriabuntur quasi vino et replebuntur ut phiale. et
quasi cornua altaris et salvabit eos dominus deus eorum in die illa. ut gregem populi
quia lapides sancti elevabuntur super terram eius. Quid est enim bonum eius et quid
pulcrum eius nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines. hoc enim de
sacramento altaris intelligitur quia bibentes calicem domini inebriabuntur. ad ob-
livionem sui et terrenorum quia vino quod cor hominis letificat et homines. et illo calice
replentur devocione ut quedam phiale spirituales. quarum intima sanguinis de
sacramentis efficitur cornua altaris ad ventilandum omne quod deo non militat. et
sic salute sacramenti salvabit eos dominus eorum in die nove gratie quia tunc sol clare
fulget ad tenebrarum purgationem. salvabit autem sic peculiarem gregem
populi sui. cui de seipso pabulum preparavit. lapides enim sancti hoc est ministri novi
testamenti. solidi et vivi et preciosi tunc elevantur in dignitates super terram ecclesie
quibus merito precio sanctitatis sacramenta committuntur. et hec refectionem
in illibato sacrificio determinat dicens. Quid enim bonum eius quod omnia
boni bonum. quod omnia perficit sine quo nichil bonum est. et quid pulcrum
eius quod omnia mundat et omnia pulcrificat nisi frumentum. quo toto anno
reficiendum est. et cui soli inhiandum est electorum. qui a massa perditionis per
graciam vocationis et electionis divine separati sunt qui electi sunt ante mundi
constitutionem ut dicit Ephe. I. Et ipse de quo dicit Can. viii. Dilectus meus
candidus et rubicundus. electus ex milibus. hoc autem frumentum illibatum
sacrificium est quod ad gustum vel usum alicuius a deo numquam libatum fuit. Apoc.
ii. Dabo ei manna absconditum. quod nemo novit nisi qui accipit. San-
guis autem est vinum germinans virgines. hoc est virginitatis nutriens. et has
tamen virginitatem non germinaret omni germine virtutis nisi et ipsum esset
virgineum. et ideo penitus illibatum.

In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta quam
pacificare custodire adunare et regere digneris toto orbe
terrarum una cum famulo tuo papa nostro N. et antistite
nostro. rege nostro et omnibus orthodoxis atque katholice
et appostolice fidei cultoribus. In hac parte secundum allegandum
de hellis postulatur fidelium promotio a consecrante. et primo innuitur
a deo. secundo mediantibus sanctis ibi Communicantes. In prima primo po[nit]

per ecclesiam katholicam pro qua sacerdos in primis orat. intelligunt iusti qui in presenti diversis tribulationibus, ut victores existant qui idcirco tribulantur ut probantur, ideo probantur ut coronantur multi enim 2

turbatores et adversarii ecclesie fuerunt et erunt 2 in septuplice eius statu, prout in Apo-
calipsi beato Johanni fuit revelatum. primo fuerunt iudei pro statu appostolorum, secundo tempore neronis
et domiciani prout greci dicuntur scribit beatus Augustinus li. xviii de civitate dei c. quadragesimo
viii et quadragesimo ix. tertio pro statu martirum qui fuerunt
sub diocleciano et decio etc. Quarta fuit heretici pro statu confessorum sicut arrianus
etc. Quinta ypocrite qui fuerunt in quolibet statu reperitur. Sexta pro statu religiosorum
Septima pro statu antichristi. Septima malum antichristi. Contra quas tribulationes et persecutiones
ecclesia petit hoc sacrificio muniri et custodiri. Sicut beatus Johannes in Apocalipsi ubi supra et
Augustinus in li. de civitate ubi supra ponit persecutiones quando cum plagis ciprior[um]

stulat pro modo ipsius ecclesie et membrorum in gradu secundo personarum [illegible] in speciali ubi memento domine etc. et dicit sic. Ista est secunda pars huius partis principalis in qua fiunt orationes pro hiis qui in dignitate sunt constituti scilicet tam pro gladio spirituali quam seculari et tota ecclesia que eis gubernatur et regitur. Unde sic dicit in primis i. principaliter scilicet dona munera et sacrificia ubi scilicet deo patri offerimus i. sacrificamus pro ecclesia tua i. pro congregatione omnium tuorum fidelium sancta i. confirmata et sanctificata quam scilicet ecclesiam pacificare scilicet ut pacem ab hereticis et scismaticis habeat custodire scilicet a viciis adunare scilicet que dispersa est inter providos et paganos et regere digneris scilicet in prosperis et adversis toto orbe terrarum scilicet diffusa fide quam sacramentis imbuitur una i. pariter cum famulo tuo papa nostro N. et antistite nostro i. pontifice nostro romane diocesis rege nostro scilicet romanorum et imperatore et omnibus orthodoxis i. rectis qui sub pastoribus prelatis fidem venerantur katholicam atque i. etiam katholice i. universalis et apostolice fidei per apostolos fundata et doctrinas eorum cultoribus i. veneratoribus. Notandum primo sacrificium huius sine altaris offertur pro cunctis generaliter et specialiter pro aliquibus prelatis et subditis pro viris et mulieribus pro sacerdotibus et astantibus pro nobis et nostris prelatis et subditis ibi una cum famulo tuo pro viris et mulieribus ibi memento domine etc. pro sacerdotibus et astantibus ibi et omnium circumstantium etc. et qui tibi offerunt pro nobis et nostris ibi pro se suis quos. In ista enim parte sequenti primum innuere [illegible] secundum [illegible] quibus et pro quibus et quare sacrificium altaris debemus offerre que quatuor ex ipso canone possumus advertere scilicet soli deo et individue trinitati pro quibus quia pro ecclesia katholica et omnibus orthodoxis qualiter scilicet in unitate fidei et communione sanctorum quare scilicet pro beneficiis temporalibus spiritualibus et eternis. Unde pro omnibus predictis debemus notare cum dicit reddant vota sua eterno deo etc. Secundo ibi pro ecclesia tua sancta katholica. Tercium ibi communicantes. Quartum ibi pro redemptione animarum. Secundo nota quod sacerdos gerit typum persone cuius repraesentans episcopo nostro orat pro bono quo vult ecclesie quod possidere est bono primatus et petit quatuor scilicet tranquillitatem pacis custodiam ab adversariis adunationem omnium in una fide ad colendum unum deum et credendum unum. Quarto convenientem ut ecclesie gubernacionem pro salute omnium fidelium. Primum notatur ibi pacificare secundum ibi custodire tercium ibi adunare quartum ibi regere. Tercio nota sacerdos in plurali dicit offerimus ad denotandum quod sacerdos non tam in sua sed totius ecclesie persona sacrificat quapropter in sacramento corporis christi nichil a bono magis nichil a malo minus perficitur sacerdote quia non in merito sacerdotis sed in verbo conficitur creatoris. Non enim sacerdotis iniquitas effectum impedit sacramenti sicut nec infirmitas medici virtutem impedit medicine. Quamvis ergo opus operantis aliquando sit immundum tamen opus operatum est mundum sed sicut omnia munda sunt mundis sic omnia sunt immunda immundis. Malus ergo cum vitam accipit mortem incurrit etc. sic econverso bonus cum mortem sustinet vitam acquirit. Nam qui manducat indigne iudicium sibi manducat etc. Quarto nota de hoc quod dicit pro ecclesia scilicet tua sancta quia non intelligimus de ecclesia i. congregatione malignancium de qua dicit in psalmo odivi ecclesiam malignancium etc. ecclesia enim grece latine idem est quod convocatio pro eo quod omnes ad se convocat. Christi enim fidelium ipsius ecclesia dicitur iudeorum vero sinagoga que interpretatur congregatio congregatio. Congregatio enim proprie pecorum et irrationabilium est. Unde greges pecorum proprie dicuntur congregari. Convocatio vero ratione utencium. Unde apostoli et sancti ecclesiam magis quam sinagogam scilicet sic ecclesiam nuncupaverunt. Cum autem ecclesia enim sit una a parte [illegible] apostoli descendit nisi ut una katholica [illegible]

1° in primo ordinis quia primo intercessores nobis sunt avandi ut primo ad regem intercedant [illegible] vero est petendum illis mediantibus [illegible] primo [illegible] deum [illegible] quamquam et orat et propter ea stati intercessores nominantur [illegible]

[illegible] / Moyses levi. 21 ... non debet
offerre sacrificium deo / primo ille qui habuit
maculam / non offerat panem dei sui
nec accedat ad ministerium / 2 ...
... levitici 21 loquere ad aaron ...
... de semine tuo per familias qui habuerit macu-
lam / non offeret panes deo suo nec acce-
det ad ministerium eius / 2 ... si fuerit
... qui superne contemplationis lumen ignorat /
... presentis vite tenebris pressus ... diligendo
... conspiciat quo gressum operis porrigat nescit /
... pedes ... et impii in tene-
bris conticescent / claudus in infirmitate et perget
... quo pergere debeat aspicit /
sed per infirmitatem mentis vite viam perfecte non potest
tenere / si parvo naso fuerit / per nasum discretio
... naso namque odores fetoresque discernimus ergo
recte per nasum discretio exprimitur / per quam virtutes
eligimus et delicta reprobamus / si grandi seu tor-
to naso fuerit discretionis / per quod intellige subtili-
tatem immoderatam ... quibus vult plus sapere quam
oportet ... et ... et incidit ... qui ...
plus in discretione immoderata / fracto pede
... manu ... qui viam dei pergere non valet / atque a
bonis actibus funditus exsors vacat / si gibbo-
sus fuerit quem terrene sollicitudinis pondus deprimit
ne unquam ad superna respiciat / sed solum quibus
in infimis calcantur intendat / quod et per dominum
de bono celestis patrie audierit / ad hoc ...
... consuetudinis pondus ... faciem
non attollit / quia cogitationes status erigere non valet
... terrene ... sollicitudinis curvum tenent
... lippus fuerit ... ad cognitionem veritatis
... quia carnalia opera obscurant / in lippis quippe
... pupille sunt sane / sed humore defluenti
infirmate palpebre grossescunt ... unde lippo
... dicitur per angelum / sed grossescunt ...
... apocalypsis in collirio inunge oculos tuos
ut videas / collirio oculos inungimus ut ad cognoscen-
dam veri luminis claritatem intellectus nostri aciem medica-
mine bone operationis adiuvamus

Item si albugine in oculo [illegible] [illegible] que intus [illegible]
[illegible] est et [illegible] sibi bonum arrogatur quod in[illegible]
[illegible] qui debito bono [illegible] Item si [illegible]
[illegible] stabi[illegible] que est [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
stabile est [illegible] [illegible] ad [illegible]
[illegible] vite [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ad opera [illegible] [illegible]
[illegible] usque ad [illegible] [illegible]
[illegible] corpus [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] non [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] quod ordo [illegible] sit [illegible]
caritas ordinata incipit a se ipso [illegible]
[illegible] in me caritatem igitur [illegible]
sacerdos in canone primo debeat orare
[illegible] quia [illegible] in [illegible] caritas
in diligendo [illegible] ordinem quia [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ibi est ordo
caritas omnia que diligit et quod [illegible]
[illegible] illud diligit [illegible] quia [illegible]
igitur [illegible] ordinem [illegible] [illegible]
primo diligendum est illud quod [illegible]
[illegible] deus [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] sicut corpus [illegible]
quod [illegible] est in [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] alit est [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible]
cum caritate [illegible] [illegible]
publicum orandum est [illegible] et [illegible]
[illegible] matris ecclesie et [illegible] in alta[illegible]
[illegible] ordine [illegible] et vite caritatis
persona [illegible] primo orandum est [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
delegatur [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ad [illegible] [illegible] ad [illegible]

plena designet sicut et dum nominat salomonem dixisse sapia edificauit sibi domum excidit columnas septem hec tamen septem vnam esse non ambiguum dicente apostolo gratia dei vivi que columna et firmamentum veritatis dicitur in choante autem ecclesia eo loco ubi venit spiritus sanctus et impleuit vno loco sedentes et vocatur ecclesia sion ecclesiam quoque ierusalem pro peregrinatione presenti sion dicitur eo quod ab huius peregrinatione longitudine posita promissionem rerum celestium speculatur et idcirco sion id est speculacio nomen accepit pro futura vero patrie pace ierusalem vocatur ierusalem enim pacis visio interpretatur ubi enim absorpta ab omni aduersitate pacem que est christus presenti possidebit obtutu Tercio nota catholica dicitur katholica id est vniversalis non enim sicut conuenticula hereticorum in aliquibus partibus regionum coartatur sed per totum orbem terrarum dilatata diffunditur Vnde et apostolus ad Ro. apertus dicens gratias ago deo meo pro omnibus vobis quia fides vestra annunciatur vniverso mundo hic et vniversitas aqua agnominata est id est quod in vnitate colligitur vnde dominus in ewangelio qui non colligit mecum dispergit hec ysidorus 8 ethimologiarum capitulo Sexto nota aliter de hiis dicit dignetur pacificare per caritatem Vnde dominus inquit quam modo pressuram habebitis in me autem pacem custodire ne pereat vel succumbat in temptacionibus adunare per conformitatem regere per progressum virtutum quamuis non exponitur ut dictum est supra legitur etiam sub hiis verbis quidem presentis videtur esse pacificare quod adunare custodire regere tunc enim pacificat cum mentes fidelium adunat ut in preceptis sancti caritatem diffusa in animis credentium sit cor vnum et anima vna Tunc custodit cum inter pericula mundi regit ut de sancto mittens auxilium de syon cum tuetur sic enim exposuit vim sensatum orationis vna tamen causa supius dicta quamuis ille pacificat adunat custodit et regit qui inter ipsius munimen et regimen vnitas consistit vniuersis pro quo statim oratur cum dicit vna cum famulo tuo quod addidit clemens papa vnde constat quod pellagius dicit ab vniuerso orbe separatos esse qui quali dissensione inter sacra misteria apostolicorum pontificum memoriam secundum consuetudinem non frequentant hic tangit quatuor virtutes que debent esse in papa primum fidei vnanimitas quod dicit vna vnde secundum canones si papa esset hereticus posset deponi secundum est humilitas cum dicit famulo dum scribit se seruum seruorum quod beatus gregorius inuenit Tercium principalis auctoritas et quod subdit papa id est pater pauperum Quartum est caritas ut creditur psit et caritate et quod dicitur meo capitulum enim ad nos venimus Et sub diam antistite nostro quecumque enim ecclesia pro suo debet orare pontifice quatenus vnitatem spiritus in vinculo pacis obseruet et debet referri ad episcopum in cuius diocesi quis celebrat non a quo est ordinatus nec cuius diocesis est oriundus Antistites celebrantes non debent dicere pro antistite meo similiter si quis celebrat rome vel in diocesi romana non debet dicere pro antistite meo quia ista diocesis non habet antistitem sed solum papam et subiungit pro rege meo credimus esse pro principibus apostolus docet scribens ad thimotheum 2o dicens obsecro primo omnium fieri obsecraciones orationes postulaciones graciarum actiones pro omnibus hominibus regibus principibus et omnibus qui in sublimitate constituti sunt ut quietam et tranquillam agamus in omni pietate et castitate Sicut enim due sunt vite scilicet celestis et terrena vna qua spiritus viuit ex deo altera qua caro viuit ex spiritu sed vtraque vita nutritur ut possit subsistere celestis spiritualibus terrena carnalibus ita sunt due potestates ecclesia et mundana vna que moderatur spiritualia altera que moderantur carnalia ista per clericos alia per laicos ista vacat celestibus quantum ad animam ista terrenis quantum ad corpus et pro istis duabus potestatibus hic oratur fecit enim deus duo luminaria magna vnum ut preesset diei aliud ut preesset nocti Verumque vtrumque magnum alterum tamen magis agitur ad firmamentum celi et vniuersitatis ordine

Fecit deus luminaria etc. id est instituit duas dignitates que sunt pontificalis au-
ctoritas et regalis potestas. Duo quippe sunt quibus principaliter hic mundus regitur
scilicet auctoritas sacra pontificis et potestas regalis. Dicit ergo duo. Ecce inquit Petrus
duo gladii sunt hic. Et dixit dominus: sufficit. Et sicut aurum preciosius est plumbo
ita pontificalis auctoritas regali dignitate et imperiali maiestate. 2 q. [?] dist.
duo. Papa potest penitus tam corpus quam etiam officium. Imperator non nisi cor-
pus scilicet potentatum 2 [?] q. 2 Si hec [?]. Nota per hoc quod dicitur orthodoxis ab esse-
ctu hinc [?] sacrati [?] hypocrite et falsi katholici excluduntur. Orthodoxi enim sunt recte glo-
riantes, qui sic fidem ore confitentur ut eam opere demonstrant. Hec sunt veri
katholici. A Christo enim christiani sunt cognominati, a Juda iudei. De integro quippe no-
mine cognomen sectatoribus datum est. Christiani autem olim a iudeis quasi
opprobrio nazareni vocabantur, pro eo quod dominus noster atque salvator a vico gali-
quodam galilee nazarenus sit appellatus. Non autem glorietur se christianum
qui nomen habet et facta non habet. Ubi autem nomen secutum fuerit opus
certissime ille est christianus qui se factis ostendit christianum ambulans sicut et
ipse ambulavit a quo nomen traxit. Orthodoxus est recte credens et ut
credit recte vivens, hoc est pure recte gloriens, quo nomine non potest vocari qui
aliter vivit quam credit. Hec Ysidorus. Et nota quod necessarium est orare pro pacifi-
catione ecclesie quia fides multas impugnaciones scilicet passa est ab adversa-
riis multis et turbatibus [?] tam secundum eius septem status prout in apocalypsi
est revelatum. In statu apostolorum iudei fidem impugnabant. In statu mar-
tirum tyranni. In statu doctorum heretici. In quarto statu hypocrite. In quinto
prave religiosi. In sexto antichristi satellites. In septimo antichristus met. Quam
que omnia ecclesia petit muniri, pacificari et custodiri. Et quod dicitur esse ora-
dum pro rege hoc nova est tradicio et intelligitur de rege romano. Et quia
papa et rex romanorum tenent apices gubernacionis ecclesie. Post utramque
potestatem est oratio pro omnibus orthodoxis qui sub utraque potestate fidem katho-
licam et apostolicam venerantur et colunt. Orthodoxi dicuntur id est recte gloriosi
et sunt hii qui deum fidei confessione glorificant ut dictum est. Alii dicunt
quod debet referri ad regem in cuius regno sacerdos celebrat, sicud illud de
antistite referri debet ad ipsum in cuius dyocesi celebratur. Lectura magni
Alberti. In primis que tibi offerimus. Tangit hic communionem primam

Lectura Alberti

in qua offerendum sacrificium. Et hoc quod dicit in primis notat ordinem com-
munionis ad alias communiones. Prima enim inter illas est secundum quam di-
stillat unguentum in barbam a capite et per barbam in horam vestimenti et
tocius ecclesie fimbrias. Hanc autem communionem tangit sub triplici gradu, singu-
lariter, sublimiter et ordinabiliter. Dicit ergo in primis quia ista communio est prima
in corpore mystico, et ideo secundum ordinem caritatis in primis est pro ea et in ea
offerendum. Cant. 2 Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinavit
in me caritatem. Ad Tim. 2 Obsecro ergo primo omnium fieri obsecraciones, orationes,
postulaciones, graciarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus
qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam et tranquillam vitam agamus
et cum pietate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram salvatore
deo nostro, qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnicionem veritatis venire.
Que tibi offerimus. Non enim offerimus nisi tibi, quia tibi soli clementissime
patri est offerendum. Exo. 20 Non adorabis ea neque colas, quia ego sum
dominus deus tuus. Offerimus, hoc est ad te porrigentes et elevantes sermones [?]
ut sicut diximus Sursum corda habemus ad dominum, ita nos ad te extendentes

2o

deuamus oblacionem cordium eleuacione et manuum protensione ad te domine
clementissime pater. Leuitici x. Pectora eorum et armos dextros separauit aaron
eleuans coram domino, pectora quidem pro cordis eleuacione, armos autem dextros pro operis
perfectione eleuans per intencionem et deuocionem coram domino. Sic enim et moyses
extensis in celum brachijs Exodi xvij stabat coram domino cum pugnabat israel con-
tra amalech sustentantibus brachia eius aaron et hur quia virtus oracionis in
vna parte price aaron eleuat et caritas in altera eleuat inter pr[…] et sic
pie in oracione perfectionis sanctitatis ipsius dei pro ecclesia tua, que hic generaliter
exprimitur ista prima commemoracio quia nulla commemoracio est extra ecclesiam. Dicto enim nomine
ecclesia latine dicitur conuocacio. Et quia potest et conuocaciones irracionabilium ani-
malium et tamen homines racionabiles non sunt nisi fideles verbum racionabile fidei au-
dientes et intus percipientes, ideo dicitur ecclesia congregacio fidelium. Aliquando
enim dicitur synagoga in hijs que irracionabiliter conueniunt. Apocalypsis ij Probasti
eos qui se dicunt iudeos esse et non sunt sed sunt synagoga sathane. Vnde
conuentus hereticorum scismaticorum et peccatorum in ecclesia non sit. Eccli xxj
Stuppa collecta synagoga peccancium. Psalmus Non congregabo conuenticula eorum
de sanguinibus. De ecclesia autem dicitur Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo
graui laudabo te. Ipsius enim ecclesie dicitur esse grauis maturitate virtutis et illi sunt
qui solum racionem colunt et racionabiles dei voces intelligunt et audiunt vocatorem
per ecclesiam. Dicitur sancta quia spiritu sancto sanctificata sicut in antedictis in exposicione
simboli dictum est. i Petri ij Genus sanctum ipsius acquisicionis ut virtutes eius
annuncietis qui te de tenebris vocauit in admirabile lumen suum. Dicitur
katholica quia vniuersaliter principia eius sunt vera absque instancia, et quia vbique terra-
rum diffusa et diffundenda sunt, in antedictis dictum est. Vnde ipsa ecclesia cla-
mat dicens A finibus terre ad te clamabo. Ysaie xxiiij A finibus terre lau-
des audiuimus gloriam iusti. Pro huius ergo ecclesie commemoracione rogamus dicentes
Quam scilicet ecclesiam pacificare. Hec est triplici pace pacis, temporis, pectoris
et eternitatis. Custodire a malo incurrente et in bono ad vtriusque vitam con-
seruare. Psalmus Custodi me domine ut pupillam oculi, sub vmbra alarum tuarum
protege me. Pupilla enim custodiatur ne aliquid incidat quod turbet, et custoditur
in visus sui limpiditate ut perfectam speciem non amittat. Vmbra autem protectionis
domini veritatis et virtutis est superalis sue ut veritate illuminemur et virtute ad
bonum proficiamus. Adunare hoc est ad vnum redigere, hoc in signum vnum quod est
commune per eam ordinem graduum ecclesie quo ad vnum caput ordinatur in celis
quod est deus et in terra quod est dei vicarius. Actuum iiij Multitudinis crede-
ncium erat cor vnum et anima vna. Psalmus Confitebor tibi domine in toto corde
meo in consilio iustorum et congregacione. Hec enim congregacio et ordina-
cio in celo refulget, in naturis ostenditur, in operibus exemplificatur, in di-
uinis legibus precipitur et in toto Christi corpore mistico obseruatur. In celis enim
angeli ad archangelos, archangeli ad principatus, principatus ad potestates,
potestates ad virtutes, et virtutes ad dominaciones, et dominaciones ad thronos,
et throni ad cherubin, et cherubin ad seraphin secundum obediencie et illumina-
cionis ordinem ordinati ordinantur, et ipsa multitudo angelorum que in exer-
citu agmine ad vnam personam que in quolibet ordine preeminet adunatur
et ideo ordo celi vocatur quia omnis ordo est religio multorum in gradibus
differencium ad vnum. Job xxxviij Numquid nosti ordinem celi et racionem eius
pones in terra. Hoc in naturis ostenditur, vbi multi ramusculi ad virgas,
vbi multe virge ad ramum, vbi multi rami ad stipitem vnum, vbi multi
stipites in vnam radicem insigunt ut omnia folia fiant et parti-
cipia sunt qui est in radice. Ro xi Socius radicis oliue in pinguedinis

hur

Et que ponatur con-
dictum et quia
irracionabilia aliqua
habitu dicuntur
ad se inuicem
ideo synagoga

Aduna ce

factus est / sic multi grues unam secuntur ordine litterato / Sic multa membra
in corporibus unius capitis percipiunt beneficia j cor xij sicut enim multa membra
in uno corpore habemus / omnia autem membra non eundem actum habent / ita
multi unum corpus sumus in christo / in christi operibus hec adunacio exemplificatur
/ Ecce eius opus Luc. [illegible] in unum colligere dispersa / Opus autem opus est adunata dividere et dispergere / hic est quod dicit Johannes x fiet unum ovile et unus pastor / Mathei
xij Qui non colligit mecum dispergit / et qui non est mecum contra me est
hec reperitur in legibus divinis / est sicut dyonisius lex divinitatis est per prima media
in ultima reducere / Eius autem reductio ultiorum ad media / et ultimorum et mediorum
ad prima / non potest esse / nisi in ordine ad unum primum / Sic ergo divinitatis sicut de-
scensus est illuminacionum et carismatum ab uno / sic reductio est ad primum / hec enim lex
sicut superiora movet et ligat ad inferiorum providenciam et curam / contra infe-
riora ligat ad superiorum obedienciam / ut omnia hoc modo sint coniugata / Propter
dependencie gradus eius ut ewangelistis in progenie altera / Da lex sancta in gra-
du tuo / Sicut enim viij gradibus ascenditur ad divinitatis templum et altare / ut
dicitur Ezech. xl papatu scilicet patriarchatu primatu episcopatu abbatiatu / ecclesia prepositura
decanatu cura parrochiali / Cura enim archidiaconorum sub prepositura compre-
henditur / hic in toto mistico corpore quod est ecclesia observatur / in quo omnia ad unum
rediguntur / que petri clavibus committuntur / Mathei xvi tibi dabo claves regni celo-
rum / et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in celis / et quod cumque solve-
ris super terram erit solutum et in celis / et porte inferi non prevalebunt adver-
sus eam / Ecce celum inmixte clavibus / et claves celi dicitur terra clavibus
subiacet / et quicquid in terris ligatur / ad solvendum coram deo ligatum / ad solvendum
reputatur / Infernum comprehenditur in potestate / et non prevalet tenet quem clavis
vult de inferno / hec clavis primi committitur / ut plenitudo potestatis in primo osten-
datur et in alios ab illo secundum partem sollicitudinis in quam vocatur committatur
Ysa. xxij Dabo clavem domus david super humerum eius / et aperiet et non erit qui
claudat / et claudet et non erit qui aperiat / et figam illum paxillum in loco fide-
li / et erit in solium domus patris sui / et suspendam super eum omnem gloriam do-
mus patris sui / paxillus dicitur clavis eo quod sibi innititur totum ecclesie tabernaculum
/ gloria que tota non est suspensa in eum nisi in disposicione et patrocinio et
regimine habet omnem gloriam ecclesie / que est domus dei patris sui / Et quod dicitur
loquar trinitatis ipsa hanc custodit adunacionem / in qua pater ordine nature princi-
pium est totius divinitatis / filius a patre solo per generacionem omnia accepit et
accepit / et spiritus sanctus a patre et filio accepit unitas per communem patris et
filii spiracionem / hanc ergo adunacionem petimus / o pater ut adunare velis eccliam
et regere / Regere est regulis et principiis legalibus et canonicis universitatis in
expletionem sui officii dirigere / Propter virga directionis virga regni tui / Enim virga
significat regis potestas / In virga autem rectitudinis significat precepta et principia
legalia / quibus est regendum / vel cum Exo. iiij dicitur matri moysen ad regem
dum ipsum dixit virgam quoque hanc tolles in manu tua / in qua facturus est si-
gna / hec ergo quatuor que distinguimus oramus sic diversificatur / ut duo
sunt secundum recessum a malo / et duo secundum ordinem ad bonum / Secundum recessum
a malo / dupliciter enim malum ecclesie extrinsecus illatum impugnans / et
est malum intrinsecus surgens bonum ecclesie adversans / Contra malum
quod extrinsecus impugnat ecclesie tranquillitatem / petimus pacificare
Hester xiij ut absque ullo terrore vitam silentio transigentes optata cunctis
mortalibus pace fruerentur / Contra malum autem a nobis factum bonum ecclesie
adimens petentes divinam custodire / hoc autem malum est petim / a quo nos
custodiri per gratiam oramus / Propter nisi dominus custodierit civitatem frustra vigilat qui

Rege

custodit eam. Sap. x Custodivit illum ab inimicis et a seductoribus tutavit
illum. Gratia autem dei sit in ordine ad bonum quod dupliciter accipitur scilicet in par-
ticipatione boni ecclesie et perfectione boni persone et ut percipiamus bonum ecclesie
non percipit nisi in adunatione cum membris ecclesie. Ps. Particeps sum deus
omnium timentium te et custodientium mandata tua domine. In perfectione autem boni
persone indigemus divino regimine ut longinque et recte tendamus in bonum spirituale
vite persone et ideo dicimus regere. Apoc. vii Agnus dei reget eos et adducet ad
vite fontes aquarum. Hec autem omnia secundum ordinem a capite descendit in corpus
quia pacificatio ecclesie est in prelatis sicut ab incursu malorum preservatis eccle-
siam et ideo murum se debet ponere pro ecclesia et suscipere in se ictus et insultus
hostium sicut dicit Johannes x Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis et
ideo dominus increpat quosdam Ezech. xiii dicens Non ascendistis ex adverso nec oppo-
suistis vos murum pro domo Israel. Similiter ad prelatos spectat custodia quia ipsi
sunt custodes ecclesie sicut dicit Ys. lxii Super muros tuos constitui custodes tota
die et tota nocte non tacebunt. Adunatio ecclesie est in ipsis quia ab ipsis profluant
carismata quibus adunantur. Unde Ephe. iiii Solliciti servare unitatem spiritus in
vinculo pacis. Regimen autem totum est in manibus eorum. Act. xx Attendite
vobis et universo gregi in quo posuit vos spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam dei quam
acquisivit sanguine suo. Sic ergo summam quatuor significatis dicimus quia pacificare
custodire adunare et regere digneris quia sue dignationis est quod facit et non nostri
meriti. Ps. Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam. Toto or-
be terrarum quia sicut dicimus ecclesia tua diffusa et diffundenda est in toto
orbe terrarum sicut vocata est de omnibus finibus terrarum et hoc significatum
Actuum ii cum omnibus linguis inceperunt predicare apostoli erant in Ierusalem habitantes vi-
ri iudei ex omni natione que sub celo est. Ys. xlix Dedi te in lucem gentium ut
sis salus mea usque ad extremum terre. Act. i Eritis mihi testes in Ierusalem et in omni
Iudea et Samaria et usque ad ultimum terre. Una cum famulo tuo papa nostro N.
Hic tangit membra officialia a quibus principaliter hec profluit unitas
et hoc cum dicit una. Una est adverbium quod idem est quod simul et notat associationem
capitis cum corpore. Dicitur autem famulus eo quod ad ecclesiasticum huius sacrificii
pertinet famulatum. Papa autem dicitur quia est pater patrum et successor Petri et
vicarius Ihesu Christi. Noster autem dicitur quia per ipsum nobis hec influitur communio et ideo
non valet oblatio si ab unione ordinis et obedientie scindatur ut supra. Un-
de Leo magnus papa sic dicit Divine religionis cultum quem in omnes gen-
tes omnesque nationes dei voluit gratia coruscare ita dominus noster Ihesus Christus
humani generis salvator instituit ut huius muneris sacramentum in beatissimo
Petro apostolorum omnium summa principaliter collocaret atque ab ipso quasi quodam
capite dona sua vellet in corpus omne manare ut exortem se misterii
intelligeret esse divini qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hunc enim in con-
sortium divine unitatis assumptum id quod ipse erat voluit nominari dicendo Tu
es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et ideo pape
nomen sicut ab eo a quo hec profluit ecclesie unitatis communio est hic expri-
mendum. Unde Pelagius papa dicit ab universi orbis communione
separati sunt qui quacumque dissensione inter sacra misteria apostolici pontificis
nomen secundum consuetudinem non frequentant. Et antistite nostro N. Secundo
gradu quia antistes noster est quasi canalis per quem nos a primo capite pa-
pa ista communio descendit unitatis sicut unguentum primo descendit a ca-
pite in barbam que capiti adheret et a barba stillat in superiora et a superio-
ribus in media et fluit usque ad oram in fimbriam vestimenti.
Papa enim et episcopi quamvis super sint constituti et in hoc sint loco pastoris

secularis / tu et ipsi homines sunt et fragiles / et ideo indiget ut oret pro ipsis / et magis ceteris indigent quam alii / quia quantoplus innititur eis ecclesia / tanto indigent maiori adiutorio gratie / quia plus eis quam aliis diabolus insidiatur / Unde dicitur Threni. i. facti sunt hostes eius in capite / et inimici eius locupletati sunt / Et regi nostro casimiro / hic enim in exterioribus defendendis et regendis unitati pacis et communionis ecclesie subministrat / et fluit ab eo in nos rectitudo iustitie et pacis / Unde secundum ieremiam / inuenimus scripsisse per manum baruch notarii sui / sic dicentis Baruch i. orate pro uita nabuchodonosor regis babilonie / et pro vita balthasar filii eius / ut sint dies ipsorum / sicut dies celi / Unde cum dixit dominus luce xxii / cum diceretur / Ecce duo gladii hic / satis est / quia feritas quorundam saeuiens in ecclesiam comprimenda est gladio materiali / et aliorum contumacia / se unitati ecclesie obiciens gladio spirituali est scindenda / et ideo per personis illis quibus usus gladiorum dei commissus est / quia continet ecclesie unitatem specialiter est orandum sicut supra in quarto capitulo apostoli ad thimotheum est ostensum / hiis autem sic membra simplicia adiunguntur omnes / cum dicit / Et omnibus orthodoxis / orthodoxum dicitur a greco orthos quod est rectum et doxos quod est doctrina / id est regula / hoc est qui rectam et sanam tenet fidei doctrinam / Sic dicitur Galla. vie. Quicumque hanc regulam secuti fuerint pax super illos / et misericordia et super israel dei catholice et apostolice fidei que est tota et ab apostolis fundate fidei / cuius simbolum expositum est / Cultus autem est seruitus dei / et tali debita fidei que seruitus theosebia uel eusebia uocatur / hoc est dei seruitus / id est bona seruitus qui cultus sacrificiis et oratione et bonis exhibetur operibus / ut in antichitis diximus omnes omnes fidei cultores in ciuitate ecclesie / hoc est congregatione ciuium unitate et ideo orandum est in oblatione sacramenti pro ipsis / ieremie querite pacem ciuitatis ad quam transmigrare uos feci et orate pro ea dominum quia in pace illius et pax vestra / hanc huiusmodi expositionem orationem quidam dicunt a pelagio papa factam quam aliquis solus et nullo alia consecrationi sacramenti premittebat / quia beatus petrus antiochie primam dicens missam dicitur / non nisi tres in missa orationes dixisse ante consecrationem unam / et eam quam dixit in consecratione / et dominicam orationem post consecrationem / quidam autem dicunt quod eam fecit Gregorius

Ex ista predicta sacri canonis luculenter claret quod alma mater ecclesia a spiritu sancto edocta / et ab eodem recta rationabiliter / et merito orat pro tota congregatione fidelium / et principue pro personis eam dirigentibus et regentibus / tam in statu spirituali quam seculari / et signanter pro uicario beati petri in domo apostolo / cui subest potestas secularis / tamquam membra capiti / Occasione horum etiam predictam moueo presentem questionem /

tam secularis
quam spiritualis

Utrum pape vero successori petri principi apostolorum qui est caput ecclesie / unione katholice / quilibet homo de necessitate salutis teneatur subesse / Et quod

q^o

quod sit sic ad arguitur sic / Summo pontifici quilibet homo de necessitate salutis tenetur subesse / ergo pape / ista quia papa non est summus pontifex / probatur quia summus pontifex est ille / de quo dicit apostolus ad hebreos. vii capitulo cum dicebat / ut nobis congruit pontifex sanctus / innocens / impollutus segregatus a peccatoribus / et excelsior celis factus / modo talis non est papa ut notum est / Sed ante principale arguitur sic quod nemo potest saluari nisi subsit meritorie ihesu christo ut notum est / Sed ipse est summus pontifex ut patet ex dicto apostoli iam allegato et per consequens quod sic / In oppositum per ueritate eius est decretalis extravagans bonifacii que dicit / Subesse romano pontifici omni humane creature est de necessitate salutis / talis autem est papa / ergo etc. / Videndum in ista questione sunt duo articuli In primo ponentur notabilia expositiua terminorum in titulo questionis positorum

In secundo ponentur questiones cum earum corollariis. Et cum sit argumenta
contra eas mouebunt. Quantum ad primum videndum est primo dicit
in titulo questionis pape. Unde papa est persona dignissima ecclesie katholice
in officio ecclesiastico cognoscendi et diffiniendi communicam matrem catholicam et er-
rores circa illam corrigendi et purgandi atque in vniuersa illa matre ecclesia curam
habendi omnium ecclesiarum et omnium christi fidelium super terram. Et dicit persona dignissi-
ma in officio ecclesiastico etc. quia non oportet quod sit dignissima simpliciter quia alias solus christus
esset papa. Et addit super terram quia non habet curam christi fidelium super terram ut illo-
rum qui sunt in celo, nec sub terra ut illorum qui sunt in purgatorio, quia non est
sibi dictum quodcumque ligaveris super terram vel sub terra, sed super terram
etc. Et sic nomen papa non exprimitur in sacra scriptura, sed est sumptum ab interiectione
pape quod est admiracionem. Unde olim quamvis episcopi sunt vocati pape, quod tamen
ex causa precatoria soli romano pontifici est reseruatum. Nec quia episcoporum ecclesiarum
esse auctoritatibus ecclesiasticis sicut pontifex romanus. Hoc tunc erat quando ecclesia
adhuc novella ab opportunis ecclesiasticis decretis et legibus erat nuda. Et quamvis auctoritas
pape non erat ita cognita et manifesta. Sed cum spiritu sancto inspirante qui in-
fallibiliter regit ecclesiam christi doctores et prelati partim cognouerunt ex scriptura quod
christus constituit unum apostolorum generalem vicarium ecclesie sue in terris scilicet beatum
petrum et partim doctrine luminis naturalis quod non est bona pluralitas principatuum et quod
principatum eo quod optima policiarum est ubi unus monarcha principatur, statue-
runt et decreuerunt per canones quod illius episcoporum patriarcharum et ceterorum
prelatorum principem sacerdotum summum sacerdotem plenum episcopum vel romanum
pontificem sic appellat ut patet de [illegible] et talo sequenti illius patriarchatus
ex ista nomina romane auctoritatis ecclesie [illegible] et qualis precatoria ex inspiracione spiritus
sancti sunt pro supremo episcopo reseruata quidem et precatoria specialiter appellauerunt quod
tractum est ab interiectione pape quod est admiracionem. Unde eis conuenit
pape qui in potestate et auctoritate in conuersacione et sanctitate vel in auctoritate et potestate
sola sunt admirabiles racione primi cuius est summus papa possessor. Et precatoria primus
summus pontifex fuit beatus petrus apostolus et similiter sui successores qui in tam auctoritate
et potestate admirabili extiterunt vita sancta et moribus claruerunt racione sancti summi
pontifices, et si iniqui in vita et ut sic fures et latrones et tamen racione auctoritatis
et potestatis plus pontifex et vere dicuntur pape, quia papa est nomen officii principatus et non
non vite. Unde ergo dicere quod illis pape sit nomen quod est capiendo pape sic quod debetur
illis et non aliis qui in conuersacione et sanctitate sunt admirabiles est error
grauis. Et qualiter hus in pluribus punctis sui tractatus de ecclesia affirmat
et supposuit. Sequitur enim illo sequeretur quod beata virgo maria hic in mundo fuisset papa
similiter Johannes baptista, Jeremias fuissent pape, quod in conuersacione fuerunt
admirabiles et sanctitate. Item etiam sancti Anthonius et Benedictus et ceteri qui sunt
sanctitate admirabiles fuissent pape, immo sancta vrsula et Elizabeth, Katherina,
Margaretha, Dorothea, Barbara etc. et omnes tales ut habetur ex legendis sunt ad-
mirabiles in conuersacione et sanctitate. Sed quis hoc dicet nisi insaniatus. Item
sequitur quod illi romano pontifici qui est malus sit non papa non pape conueni-
ret et sic non est verum et sic papa suumque oppositum infra ostendetur. Hoc
enim nomen datum est soli romano pontifici propter potestatem et auctoritatem ecclesia-
sticam admirabilem qua omnes iudicat et ab nullo iudicari [illegible] regulariter
nisi in casu heresis vel etiam in aliis casibus ante expressis. Unde quamvis beatus
Jeronimus sanctum Augustinum vocauit papam epistola viii ubi sic scribit: Domino vere
sancto et beatissimo pape Augustino Jeronimus salutem. Item Augustinus beatum Ambrosium

ymo

scribens ad Paulinum in epistola xxxiiii ubi sic scribit libros beatissimi pape Am-
brosii credo herere sanctitati tue. Item epistola x Olipius et Augustinus domino beatissimo
pape Innocencio / hic fuit iste Anclitus sed Innocencius episcopus Rome. Item Bonifacius comes
in epistola ad Augustinum dicit contra novitates ipsa, ut de multis plerisque sepe pre-
cedat / dum et quidam vocat auctores presbiteros papas etc. hoc est ideo quia tunc
hoc nomen quod fuit episcopis / qui et propter sanctitatem et propter auctoritatem fuit ad-
mirabiles propter eorum paucitatem / invenitur tamen beatus Jeronimus beatus Augustinus et
aliqui beatum Ambrosium etc. asserunt fuisse tante auctoritatis et potestatis
etc. sicut Romanum pontificem. Vel dicendum quod fuisset de gremio illius ecclesie
Romane. que est congregatio ex papa et cardinalibus. Sed qua infra dicetur
hereticus tantum auctoritatem indicabat in premissa materia katholica et ecclesia / sicut
unus ex illis / quod tamen Wiclefiste hereticus mittit ubi supra et stulte errat

Secundo est notandum quod dicitur in titulo questionis vel successori / quod papa dupliciter potest
dici verus successor Petri. Uno modo veritate se tenente ex parte vite. Alio modo veritate
se tenente ex parte officii. Primo nullus malus papa est verus successor Petri prin-
cipis apostolorum / sed solum bonus qui tenet et sequitur vitam Petri. Sed
secundo modo quilibet papa rite et legitime electus sive bonus sive malus est verus
successor Petri principis apostolorum / quia succedit Petro in officio ecclesiastico diffiniendi
et cognoscendi universam fidem katholicam et cetera ut patet supra dictum est

Unde hereticus eratius non distinguens inter veritatem vite et veritatem officii heretice
negat esse verum papam / verum episcopum / vel prelatum / vel sacerdotem in peccato morta-
li existentem / volens astruere illum articulum etc. si papa episcopus vel prelatus vel sacerdos
est in peccato mortali tunc non est papa episcopus vel prelatus vel sacerdos. Quem
errorem videtur probare multis auctoritatibus / quas tamen non probat, ut infra pate-
bit / non distinguens inter predictas veritates. Preterea cum officii quod sibi et aliis
et aliorum utilitate data est / non degenerat ex veritate vite / alias nullus malus
existens in officio suum officium vere gereret. Et sic nullus malus sacerdos vel prelatus
vere consecraret / vere conficeret vel vere absolveret / et alia sacramenta vere ministraret / quod
esset error nimis magnus. Et fideles essent in nimia positi perplexitate / quod
cum servata forma ecclesie in sacramentorum consecratione et applicatione
sine revelatione nullus esset certus et securus quando essent vera sacramenta
et si esset vere baptizatus vel absolutus etc. Cum nullus esset certus et se-
curus de prelato vel sacerdote si sit probus vel malus. Sed hoc esset nimis
periculosum contra religionem christianam. Item quia si sacerdos malus vel prelatus non
vere consecrat / non vere conficit / non vere baptizat non vere absolvit. igitur pre-
tense consecrat conficit baptizat et absolvit / et per consequens non consecrat non
conficit etc. Si autem adversarius dicat quod vere consecrat / vere conficit / vere ab-
solvit etc. igitur malus prelatus vel sacerdos vere gerit officium suum et per consequens
est verus prelatus et sacerdos. Item verum est corpus Christi, quod et vere conficitur
misterialiter per sacerdotem malum. Similiter verum est baptisma quod
et vere consecratur misterialiter per sacerdotem malum. Similiter ordinandi non
ponentes obicem vere sunt diaconi subdiaconi diaconi / ad sacerdotes ordina-
ti per episcopum malum. Similiter baptizati vel absoluti per malum prelatum vel sa-
cerdotem per se non ponentes obicem verum suscipiunt sacramentum quo ad sacramentum
et effectum sacramenti / igitur malus sacerdos vel prelatus vere consecrat / vere conficit
/ vere ordinat / vere baptizat / et vere absolvit / quia illa est nota a passivo ad suum
activum / quia si a sacerdote malo vel prelato vere conficitur corpus Christi / igitur sacerdos
malus vel prelatus vere conficit corpus Christi etc. Ista notatis rectificando quas ad
formam / et cetera patet per beatum Augustinum in multis locis etc. in libro de corpore

domini autem et habetur 1 q 1 Intra catholicam ecclesiam in misterio corporis et sanguinis
domini nichil a bono maius nichil a malo minus conficitur sacerdote quia non in merito con-
secrantis sed in verbo conficitur creatoris et virtute spiritus sancti Idem contra petilianum
et habetur 1 q 1 dominus declaravit sic dicit xxiiii cum solo sacramento gerit ordine officio
et non misterio est sacerdos sicut fuit pontifex Cayphas persecutor domini et ve-
rissimi sacerdotis Caritatem ipse habere non est subaudi quo ad pietatem quod dat
tamen verum est quia non dat suum sed dei Idem in libro de verbis et habetur 1 q 1
Christus quid facit quid nobis facit Christus qui eandem tradicionem quam dixi ad-
noravit qui autem tradicionem domini in loculis dominicis fidem posuit ex-
hibere cum ceteris discipulis ad predicandum regnum celorum misit ut monstraret do-
na dei pervenire ad eos qui cum fide acciperent et si talis sit per quem accipiat
qualis Judas fuit Ambrosius in libro de omni veteris testamenti et habetur 1 q 1 dictum
dictum est a deo tibi filiis Aaron vos ponite nomen meum super filios Israel
ego dominus benedicam eos ut graciam traditam per misterium ordinati transfunderet
hominibus nec voluntas sacerdotis obesse aut prodesse possit Sed meritum be-
nedicenti non posceret Quanta autem dignitas sit sacerdotalis officii in ordinis
hoc adverte animus dictum est nequissimo Cayphe interfectori salvatoris ut me-
recetur hoc a semetipso non dixit sed cum esset pontifex sacerdotum anni illius
prophetavit per quod ostenditur spiritum sanctum datorem graciarum non personam sequi digni
aut indigni Sed ordinem tradicionis ut quamvis aliquis boni meriti sit
tamen possit benedicere nisi fuerit ordinatus ut officium misterii exhibeat Dei
autem est effectum tribuere benedictionis Et ex hoc idem Augustinus dicit Dedit bap-
Judas et non est baptisatus per Judam Dedit Johannes et baptisatus est per
Johannem quia qui datus a Juda baptismus Christi est qui a Johanne Jo-
hannis erat non Judam Johanni Sed baptisma Christi tantum permanet quod
datum baptismo Johannis prepositum invenitur secundum canonica testimonia quod quicquid
sacerdos ad plebis malus cum fide facit pro officio suo licet indignus sit
et indigne ministrat tamen divina gracia cooperante ratum esse concedimus et
perquirit quales talis vere conficit vere consecrat vere absolvit vere ordinat veri-
tate scilicet tenentes ex parte officii non ex parte vite et per omnis qui vere officialis
domini Jhesu Christi ut quod Christus fideles suos securos redderet noluit salutem eorum
a vita sacerdotum que incerta et variabilis est dependere Sed ab officio quod est
certum et permanens et quamvis ex illo faciat deus ratificat circa fideles
non quod malicia sacerdotum obest fidelibus quia ad sacramentorum confectionem ad collatorem

Tercio est notandum quod dicitur in titulo hodie petri principis apostolorum Circa petrum
apostolus principes apostolorum fuit multipliciter ex scriptura ostendi potest Primum quia ewangelista describens
nomina apostolorum dicit Duodecim autem nomina apostolorum sunt hec primus Si-
mon qui dicitur petrus et Andreas frater eius etc. Secundo manifeste petrum
habuisse primatum apostolice dignitatis quem de prioritate vocacionis non dicit hic
cum frater eius Andreas prius vocatus fuit quam frater petrus Sicut legitur
Johannis primo pro quo facit quod sibi singulariter dicit salvator Mathei xvi Et ego dico
quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi
non prevalebunt adversus eam et tibi dabo claves regni celorum et quodcumque
ligaveris super terram erit ligatum et in celis et quodcumque solveris super terram erit
solutum et in celis Et nusquam legitur in scriptura quod alteri quam petro dedit claves
regni celorum Sic etiam legitur Johannis 1 in sua prima vocacione ubi dicit sibi
Tu es Simon bariona tu vocaberis cephas Cephas autem non tantum signat
idem quod petrus Sed ut dicunt periti linguarum quod sonat idem quod caput Ideo excella

tionis in disputatione / videtur omnino expresse ipsum in caput preficere intendebat
ista ut apostolorum esset capitaneus. Unde beatus dionisius in libro primo de divinis no-
minibus capitulo iiij^o vocat ipsum petrum verticalem i. capitalem seu capitaneum
Et in libro de ecclesiastica ierarchia vocat eum discipulorum verticalem i. capitalem
sive capitaneum. ubi iste sanctus doctor et magnus qui pauli erat discipulus
petrum vocat verticalem discipulorum. per hoc innuens quod erat princeps omnium
discipulorum. Item christus post resurrectionem suam apparuit petro thome
nathanaeli iacobo et iohanni et aliis duobus discipulis sicut legitur iohannis
xxi. et sumpto cibo cum ipsis specialiter / commisit petro curam sive pastum agno-
rum et ovium dicit soli petro / presentibus ceteris pasce agnos meos / et pasce
agnos meos / et pasce oves meas. Unde constat quod christus loco sui curam
omnium sibi commisit / et claves regni celorum sibi dedit singulariter. Ex quo in genere
sibi dicit pasce agnos meos pasce oves meas. Curam tamen nec dilecto
suo iohanni nec iacobo fratri suo commisit. Unde constat per hoc quod petrus
primatum loco sui super gregem suum singulariter voluit obtinere / immo si secun-
dum rectius inspiciamus. Ecce plana ratio huius prelationis petri in primatu. Cer-
tum ille ex lege dei pro christo debuit in gradu cure succedere / qui christum plus ce-
teris diligebat / sed non est dubium quin ille circa gregem christi magis sollicite
vigilaret / qui christum amplius diligeret. Unde hic christus premisit querendo Symon
iohannis diligis me plus hiis / quod dictum licet possit dupliciter accipi / aut
ut sit sensus diligis me plus hiis i. diligis me plus quam istos / aut sit sensus
diligis me plus hiis i. plus quam isti me diligunt / quia tamen primus sensus in-
quisitionis ipsius a petro qui propter christum relinquit uxorem et filios et cetera
sicud ipse de se et aliis dicit mathei xix / Ecce nos relinquimus omnia et se-
cuti sumus te. fuisset inutilis / quia dubium non erat apud petrum sicut
aliorum apostolorum / quin cum christum plus dilexit quam suos apostolos / ideo videtur
secundus sensus esse tenendus. Constat autem quod illum sensum christus nullatenus
ab eo quesiuisset / nisi dilectionem maiorem eius quam aliorum ad se in eius
corde vidisset. Unde merito apostolorum dilectionis curam generalem ovium et
et agnorum singulariter ipse accepit. Item dionisius beati pauli discipulus et ei assi-
stens in morte scribit in epistola de morte apostolorum petri et pauli ad thimotheum
beati pauli discipulo quod paulus dixit petro cum separarentur ab invicem ducti
ad supplicia hoc verbum pax tecum fundamentum ecclesiarum / et pastor ovium
et agnorum christi. Et econverso petrus sic paulo respondit. Vade in pace predicator
bonorum ... mediator et dux salutis iustorum. Dionisius vero scribit
tunc se hoc illo tempore audisse ab eis. Unde constat paulum reputasse petrum
fundamentum ecclesiarum / et sic principem inter apostolos. Item soli petro osten-
sum est linteum submissum de celo et solum super eum submissum
est in quo erant omnia quadrupedia serpentia terre et volatilia. Sicut
legitur actuum x. Et insuper soli sibi dictum est / de illis omnibus animalibus Surge
petre occide et manduca / quod linteum non ambigitur universum mundum ad cunctis
hominibus diversorum rituum designare. Hoc dictum est enim occidere et ma-
nducare non aliud erat petro quam perversos mores in ipsis rescindere et eosdem
sua persona toti incorporare ecclesie. Unde apparet eius primatus in omnes
In cuius signum singulariter legitur iohannis xxi. quod petrus traxit rethe in
terram plenum magnis piscibus. Item circa exactionem didragme

discipulis christi petentibus exactores dixit petro magister vester non solvit didragma
sicut legitur matthei xvii quod videtur esse factum non ex alio nisi quia petrum ma-
iorem ceteris estimabant / quod christus volens et effectu ostendere petrum fore
successorem suum in solucione didragmatis sibi iunxit Vade inquit ad mare
et mitte hamum et piscem qui primo ascenderit tolle et aperto ore eius invenies
staterem et illum sumens da illis pro me et pro te / Et hoc ex eo quod sequitur liquet
legitur enim in alia quod accesserunt discipuli ad ihesum dicentes / Quis putas maior
est in regno celorum Ubi videtur eos conturbatos fuisse ob hoc quia petrus
reputatus est in facto illo maior ceteris Et ob hoc esse celatus hoc quesierunt cau-
sam maioritatis contra principatum petri sub christo / Ex hoc ostenditur cum christus doctri-
nam quam omnibus apostolis tradebat / per petrum in ceteros diriuari voluit matthei xviii
ubi sic scribitur conspiciens ihesus in discipulos suos dixit simoni petro Si pec-
cauerit in te frater tuus / vade et corripe eum inter te et ipsum solum etc. / Item
eius principatus ostenditur Et iterum ex hoc / quod ipse a christo scire voluit de
christi doctrina / nunquid solis discipulis eam tradidit an omnibus luce xii ubi sic scri-
bitur ait autem ei petrus domine ad nos dicis hanc parabolam an ad omnes / Item
ex hoc quod ipse solus petrus super mare iussus est venire ad christum matthei xiiii
ut daretur intelligi quod totum mare per orbem designatum sub sua dicione te-
neret Ex hiis patet petrum fuisse principem apostolorum

Quarto notandum dicitur caput ecclesie / quod est duplex scilicet principale prima-
rium et auctoritatiuum Aliud est secundarium vicarium et officiale / Primum
est christus / secundum est papa Sicut enim christus dominus est per se pastor gregis sui
Apostoli vero sui fuerunt vicarii pastores ut canit sancta ecclesia Sic christus est ca-
put per se auctoritatiuum totius sancte ecclesie super terram / Papa vero est eiusdem
ecclesie vicarium officiale et ministeriale ministerium et ecclesiasticum caput secundum
fontalem et capitalem in eo plenitudinem potestatis ecclesiastice officialis vicarie
et ministerialis / Et licet christus hic viator existens fuit papa / fuit tamen principale
et primarium caput / fuit enim papa secundum esse. Christus enim tunc non vocabatur
papa / quia adhuc ille terminus non fuit inuentus / quia non est nomen scripture
/ sed a gentilibus introductus Unde Canus si ad rem potius oculum retorque-
rem appositum nominato termino unde certum habetur christum fuisse papam Si ea-
nus est negare non potest / et hoc secundum esse quia supremus in dignitate et
officio ecclesiastico / dico quod supremus pontifex et christus alterum omnium aliorum viatorum
hic super terram / et christus est idem caput ecclesie post ascensionem / quod fuit ante
ascensionem / quia idem christus in mundo / quia hic viauit idem ascendit in celum
/ et per quem est et fuit idem caput spiritualiter ecclesie militantis / Sed aliter fuit caput
cum ascensione ecclesie militantis conuersando hic in terris / quia sua presencia
et conuersacione corporali / qualiter post ascensionem / non sit iam caput ecclesie
predicte cum ab ea per ascensionem suam subtraxerit conuersacionem et pre-
senciam corporalem iuxta illud Iohannis xvi Exiui a patre et veni in mundum
iterum relinquo mundum et vado ad patrem / nec recedens ex hoc mundo
desiit esse / caput extra corporale ecclesie militantis / cum idem caput sit con-
tinue et manebit ad consummacionem seculi Sed desiit esse caput corpora-
le per subtractionem conuersacionis presencialis et presencie corporalis Nec igitur ecclesia mi-
litans manet acephala carens tali capite in humanis presencialiter et cor-
poraliter conuersante ad quod debet esse respectus et recursus in vniuersa
ma katholica et ecclesiastica / Et quod visibiliter debet regere / dirigere et emendare

pete vniuersorum xpi fidelium sup terram habendo usque ad consumacionem
seculi / dicens ei singlariter pre ceteris Tu es petrus et sup hanc petram edificabo etc
Et iterum dicens ei ter Pasce oues meas / vnde Cris[ostomus] i loco mei prepositus
et caput esto fratrum tuorum / ad idem Ambrosius sup lucam / Denique et si
aliis imperatur / ut laxent recia sua in capturam / soli tamen petro dicitur Duc
in altum / Et idem est aliud apostolicum piscandi genus / quo genere solum petrum
deus iubet piscari dicens / mitte hamum / et eum piscem / qui primus ascenderit
tolle / et habetur xx c. i / ubi glosa Per hamum ego intellige iurisdictionem
qua petrum prefecit aliis / quia hamo i. ferro resecantur carnes putride / dis-
trictio enim plumas et ideo solus piscatur hoc genere piscandi quia eum potestatem
ligandi et soluendi pre aliis habet ibi / Et cum omnes apostoli fuissent habituri eandem
potestatem in piscando Cum singlariter petro dixit Tibi dabo claues regni celo-
rum / nullibi legimus xpistum dixisse ad omnes vobis dabo claues regni celorum
Sed dixit Johannis xx Quorum remiseritis peccata remittuntur eis etc Cui ita
facile fuit dicere sicut dixit petro Tibi dabo claues regni celorum / Cur
singlariter a petro inquirens ter / si diligeret eum sibi singlariter oues pascen-
das esse commisit dicens ter / pasce oues meas / et agnos meos Cur soli
petro dicitur / duc in altum / Ceterum et aliis imperat ut laxent
recia sua in capturam / Cur soli petro dixit mitte hamum et eum piscem
/ qui primum ascenderit tolle / et aperto ore eius inuenies staterem illum sumens
da eis pro me et te / Et non videtur alia racio precipua nisi / quia eum in pote-
statem curie pastoralis aliis preferre voluit ipsum generalem vicarium et sup-
remum / Et sic caput ecclesie sue statuendo / et exponunt sancti doctores et canones
multi / Sed hus in libro suo de ecclesia negat petrum apostolum fuisse caput ecclesie
militantis / Et similiter nec papam dicens Tu xpistus solus est post ascensionem
et fuit ante ascensionem caput ecclesie / Et dicit quod gracia predestinacionis est vin-
culum / quo corpus ecclesie et quodlibet membrum eius alligatur ipsi capiti insolubiliter
/ Cuius oppositum deductum est supra / et deductum est quod petrus fuit caput
ecclesie corporale et spirituale / et sic sui successores similiter / potestas enim et auctoritas
creata generalissima sibi a xpisto concessa sup ecclesiam militantem cuius in pre-
sentem ecclesiam visibiliter conuersante et corporaliter fuit vinculo quo petrus
ecclesie sicut caput corpori fuit colligatus / Auctoritas et potestas spiritualis fecit eum
esse caput spirituale / et conuersacio sua visibilis cum ecclesia militante fecit
ipsum esse caput corporale / et ad hanc colligacionem sic capitis cum corpore
predestinacio vel gratia secundum presentem iusticiam fuit impertinens / licet enim secundum
illam fuit continuus ecclesie / sicut membrum corporis non tamen ut caput corporis
/ Sola autem auctoritas creata quae fuit in officio habendi curam omnium ecclesiarum
et vniuersorum xpi fidelium / fecit ipsum sic caput corporis ecclesie colligari / Et
in ista prerogatiua petrus omnes excessit apostolos / quia in solo petro fuit
illa auctoritas capitalis / fontalis / et generalissima Cui singlariter dictum
est a deo Tu vocaberis cephas / vbi [illegible] in sermone / Duc in
altum Cephas enim licet secundum syram (?) linguam interpretatur petrus / secundum aliam
tamen dicitur caput / quia sicut plenitudo sensuum consistit in capite / in ceteris autem
membris pars est aliqua plenitudinis / Sic ceteri apostoli vocati sunt in partem
sollicitudinis / Solus autem petrus assumptus est in plenitudinem potestatis
Tamen cum deus omnibus simul apostolis simul loquitur particulariter ait Quorum
remiseritis peccata remittuntur eis etc / Cum autem soli petro locutus est vniuer-
saliter ait Quodcumque ligaueris sup terram / quia petrus potest ligare ceteros sed non potest

legari / ut pote summus et summus magister et princeps ecclesie / quasi omnibus prius sit dictum legatur / non tamen aliis sine ipso / sed ipsi sine aliis quia ipse sine aliis hoc intelligatur posse de plenitudine potestatis / hic est etiam cum quibus et petrus dictum sit a aliis ligare ecclesia in capturam / singulariter dictum est petro duc in altum hec innocentius

Sciendum est notandum quod quia in hoc modo ecclesia est duplex / quedam est constructa ex lignis et lapidibus mortuis que est ecclesia materialis / et dicitur domus dei / de qua propheta dicit domum tuam domine decet sanctitudo ps. xcii°. Alia est ecclesia que est constructa ex vivis lapidibus / et illa est duplex scilicet katholica id est universalis et particularis / et utraque multiplex. Universalis est triplex / prima sancta katholica et apostolica ratione congregationis omnium canonicorum / secunda est sancta katholica et apostolica ratione unificationis auctoritatis sive ecclesie potestatis / tertia est tota multitudo predestinatorum que est triplicem familiam secundum tres mansiones / quarum una est celum / et familia in illa existens dicitur ecclesia triumphantium / in qua sunt omnes fideles adhuc in carne mortali contra insidias hostium spiritualium pugnantes / Tertia mansio est purgatorium / et familia in illa existens dicitur ecclesia expectantium / quia adhuc expectant in purgatorii penis / vel dicitur ecclesia dormientium / quia omnes anime in purgatorio existentes dormiunt / quo ad meritum quia ibi non amplius in merito proficiunt / sed in eodem gradu meriti in quo finaliter sunt arrepte ibi continue perdurant et sic perdurabunt iuxta illud Ecclesiastes xi si ceciderit lignum ad austrum / aut ad aquilonem / in quocumque loco ceciderit ibi erit. Ideo consulit sapiens fideli cuilibet dicens ante obitum tuum operare iustitiam quia non est apud inferos invenire cibum / et apostolus ad Ephesios v° estote imitatores dei sicut filii karissimi / et ambulate in dilectione fratres / sicut christus dilexit vos / hic ergo fideles in dilectione possunt ambulare amplius et amplius proficiendo / in celo autem sancti iam consistunt in dilectione / qui in purgatorio dormiunt / sed non cessant / sed continuiter patiuntur / et per satisfactionem purgatorii finaliter in celum deducuntur et ibi in patria requiescent / hec ecclesia est archa noe ratione salvationis / quia sicut solum animalia inclusa in archa noe salvata sunt a diluvio / sic soli isti et omnes isti salvabuntur a diluvio dampnationis eterne / et iam alii qui salvati sunt / et hec incepit ab abel secundum augustinum super johannem / unde christus xxiii dicitur ut veniat super vos omnis sanguis qui effusus est super terram a sanguine abel iusti. Dicitur autem potius incepisse ab abel quam ab adam / quia fuit prius iusticia continuata non interrupta per lapsum peccati / ut ostendatur quod ecclesia dei continue fuerit et nunquam desistat / includens primum iustum / et omnes inter medios / usque ad ultimum iustum includens / Abel dicitur principium ecclesie triplici de causa / scilicet quia virgo / quia iustus / quia martir / et illam tertiam solum ponit hugo in libro suo de ecclesia / et nullam aliam / Secunda est ecclesia militans presentis temporis / hec usque ad diem iudicii in se congregat bonos et malos / hec est archa noe congregationis et inclusionis / quia sicut in archa noe fuerunt animalia inclusa munda et immunda / sic hic / et sicut extra archam noe non fuit salus / sic extra ecclesiam non est salus / unde beatus augustinus in libro de fide ad petrum firmissime tene et nullatenus dubites / non solum omnes paganos / sed et omnes iudeos et hereticos / et omnes alios scismaticos / qui extra katholicam / presentem finiunt vitam / in ignem eternum ituros / qui paratus est diabolo et angelis eius / hec est sagena / in qua sunt pisces boni et mali / Matthei xiii° et sicut zizania cum tritico videntur / et hec est regnum celorum / in qua sunt quinque virgines prudentes / et quinque fatue Matthei xxv / ubi beatus gregorius / in genere sancta ecclesia decem virginibus similis denunciatur / in qua quia mali cum bonis / et electi cum

Nota quod ecclesia spiritualis seu mistica est corpus organicum misticum fide christi animatum in qua diffinitione corpus ponitur loco generis / additur organicum id est habens organa / quia secundum apostolum sicut in uno corpore naturali multa membra habemus / omnia autem membra non eundem actum habent / ita multi sumus unum corpus in christo / singuli autem alter alterius membra / et sicut unum membrum servit sibi et toti corpori / sic in ecclesia militante diversi in diversis statibus et officiis / sibi et aliis in ecclesia subministrant. Additur misticum / quia secundum apostolum sicut corpus unum est / et multa membra habet / omnia autem membra corporis cum sint multa / unum corpus sunt / ita et christus / nos qui in christo baptizati sumus unum corpus constituimus ecclesie prime ad Corinthios xii° / Additur fide christi animatum / quia sicut anima corpus sic fides est animam vivificat Abacuc / Iustus ex fide vivit. Sequitur quod omnes baptizati habentes fidem christi

R. Extra quam neque salus neque remissio

Et adversus sathanam spiritualiter triumphavit et iam in regnat in celis. Secunda mansio est terra / et familia in illa existens dicitur ecclesia militantium in qua

Sive in formatam sive informatam constituunt ecclesiam militantem ad Ephesios iiii° unum corpus habentes unum spiritum unum dominum unam fidem unum baptisma subiectando causaliter vel quod ecclesia est unum corpus habens unum spiritum / unum dominum / unam fidem / et unum baptisma. Ergo sequitur quod nulli heretici sunt in ecclesia militante / quia possunt esse in militante / sunt in ecclesia malignante et possunt esse / quia heretici non sunt fide animati quia quamvis appareant fidem sed per gratiam fuerint / quia heretici et scismatici non sunt

Nota

Abel

reprobis sunt commixti. Recte sicut virginibus prudentibus et fatuis esse prohibe-
De eadem dicit Crisostomus super illud Matth. xxii Congregaverunt omnes quos invenerunt bo-
nos et malos. Sic inquit ecclesia media est inter celum quod est locus tantum bonorum
et infernum qui est locus tantum malorum. Propterea ecclesia media eo quod intra se
bonos et malos colligit. Et hec multis aliis rebus comparatur sicut patet ex
evangelio. Sed hec propter infinitatem [illegible] brevitatem. Sed notandum quod autem katholica
quod scriptura non potest intelligi de ecclesia katholica que est universitas omnium prede-
stinatorum. Illa enim non congregat in se singulos prescitos sive bonos secundum
presentem iusticiam sive malos secundum presentem iniusticiam qui signantur per ma-
los pisces zizaniam paleam per non habentem vestem nupcialem per fatuas vir-
gines per hedos per vasa contumelie et per alia innumerabilia de quibus in evangelio
et illius potest esse pars nullus nisi predestinatorum. Oportet ergo preter ecclesiam predestinatorum
ponere aliam ecclesiam que in se congregat et includit omnes katholicos bonos
et malos predestinatos et prescitos de quibus similitudines et auctoritates scripture
et doctorum supra adducte sunt. Et hec est multitudo omnium sub baptismo et credu-
litatem articulorum fidei tenentium et quorundam operum in eisdem sacramentis. Et
hec est ecclesia militans. Et hec ecclesia incipit ab Abel ex causis supra dictis.
Unde Vincencius in speculo historiali dicit ab Abel dicitur incepisse ecclesia
quia si ab Adam incepisset non fuisset gratia. Et quia in Cayn secundum cepit iniustorum
reproborum malicia. In Abel vita bona vita iustorum patria. Et ista ecclesia sicut
et prima dicitur katholica [illegible] et quandoque dicitur universalis [illegible] ut infra.
Habet autem hec ecclesia militans ecclesias alias particulares. Nam ecclesia mili-
tans predestinatorum est pars ad istam. Ecclesia militans Coloniensis, Traiectensis, Wla-
dislaviensis [illegible] continentis pro contento. Sicut [illegible] et ite-
rum ibidem videns civitatem Ierusalem flevit super illam. Et particularis quibus ho-
minis in gratia est ecclesia militans. Et sic fit particularitas secundum magis et
minus. Et secundum diversa aliquando fit particularitas racione gracie predestinacionis
et secundum presentem iusticiam ut gratum facientem. Aliquando racione loci. Aliquando
racione persone. Unde versus [illegible] tenetur deus et
laudatur ubi est ecclesia Christi. Tercia ecclesia est ecclesia Romana et illa est congre-
gatio ex papa et collegio cardinalium cuius caput est papa, collegium
vero cardinalium corpus, gerentes veri et manifesti successores principis apostolorum
Petri et collegii aliorum apostolorum Christi in officio ecclesiastico cognoscendi et di-
scernendi in universa mundi katholica et ecclesiastica et curam habent omnium [illegible] ma-
nendi omnium aliarum ecclesiarum et universorum Christi fidelium super terram. De
hoc loquitur canon qui ipsa valet omnes iudicare de ea nulli iudicare per-
mittitur ix q. iii [illegible]. Solam [illegible] omnis ecclesia regulanda est secundum romanam
ecclesiam. Et quia lex principii dist. xxi consequentes et ex eo sequenti. Item de eadem
dist. xxi ita scribitur. Quamvis universe per orbem katholice ecclesie constitute unus
thalamus Christi sit, tamen sancta romana ecclesia katholica et apostolica nullis synodicis
constitutis ceteris ecclesiis prelata est. Sed evangelica voce domini et salvatoris
primum primatum obtinuit. Tu es Petrus et super hanc petram edificabo eccle-
siam meam etc. Et infra. Est ergo prima Petri sedes Romana ecclesia non habens
maculam neque rugam. Et ipsa tamen integra in omnibus est sequenda dist. [illegible]
[illegible] in fine. Et dist. xix [illegible] et sequenti et dist. [illegible] pro cuius intel-
lectu est notandum quod sicut in corpore naturali animali et humano est dare tres re-
giones membrorum organicorum ex parte corporis phisici subservientium ipsi
anime scilicet regionem capitis, regionem manuum et regionem pedum.
Sic in corpore mistico ecclesie romane sicut ex parte corporis et membrorum

cuius tenentes se organice et officiales ipi ame mistice / scz xpo totius corpus scz ecclie militantis subseruientes sunt in triplici dra. prime et supme sunt qsi in regione capitis sicut sunt ptates pape et cardinaliu. Secunde et medie sunt qsi in regione manuu / sic sunt ptates primatum patriarcharum archiepiscoporum episcoporum / et archidiacono / Tertie et infime sunt qsi in regione pedum sicut sunt ptates plebanorum / et aliorum curatorum / Et hec omes ptates sunt una ptas supr eam. una ecclia Roma / quia nec altera urbis Rome / alia totius urbis existimanda est et Galie et Britanie. affrice persarum Indie et aliarum nationum / omes una xpm adorat / et unam obseruat regulam ueritatis / et quamuis diuersimode inuicem longe sint in illa congregatione fidei / et in illa ecclia / est alia ecclia quo ad officium et ptatem spualem / sed gnalis tn et non spealis / Sic illa est que est in regione capitis / Alie prtim gnales et partim speales / sicut ille que sunt qsi in regione manuu / Alie ueluti speales tm et ueluti indiuiduales / et ille sunt qsi in regione pedum / quemadmodum est unu pdicatu genus gnalissimu / sbe et genu subalternoru et speru et indiuiduorum / aliud qd est in pmo genere gnalissimu / aliud subalternu / aliud species specialissima / aliud indiuiduu / Sic in pposito que ergo est sic gnalis tn est ecclia cuius caput est papa / Corpus uero collegiu cardinaliu / que cum sit supma et gnalis tn ponit in regione capitis et merito / sicut in una parte capite est ab una pte sensus gnis non prtialiter / sed unlr et totaliter sentiendi et iudicandi totam uel mam illud pse quietias et dras eorum / Et ab alia pte sunt ibi sensus prticulares / prticulariter et prtialiter sentiendi et discernendi omes prtiales et prticulares mas sensibilium pse / Sic in ista ptate que ponit esse in regione capitis / est ab una pte ecclesiastica auctas et ptas unlis / et totalis hens non prtialiter et prticular / sed unlr et totaliter cognoscere et diffinire in causa ecclesiastica illuiare uisibiliu in iudicio certificare informare in hiis que sunt necessaria uel nocitiua ad salutem xpi auctore passe uniuersitate omnium xpi / in tota mra et uita katholica / bonos promouendo / et tuendo / facilitando et liberando ad faciendum bonum / et rebelles / contrarios et discolos compescendo impediendo tollendo p censuras ecclesiasticas / et p ministerium brachii secularis ut arceatur a malo / hens etiam illa ptas unlr et totaliter errores circa mam eorum corrigere et purgare / Et hec ptas ecclesiastica psonam pape respicit / Sunt etiam in eadem regione ptatis ab alia pte ueluti sensus particulares primi et pcipui et post sensus gnis ptates ecclie immediate sub illa totali / prtiales et prticulariter cognoscendi et iudicandi et diffiniendi / omes prtiales causas ecclesiasticas omnium ecclesiarum / et illuminandi informandi et certificandi uniuersitatem fidelium in uniuersis prtialibus et particularibus materiis katholicis et ecclesiasticis / Et hec ptates respiciunt collegium cardinalium in illa regione capitis / prima ptas est capitalis et fontalis plenitudo ecclesiastice ptatis super terram sic fatiendi ut uniuersum est / a quo fonte et capite scz papa. et eius ptatis plenitudine fluunt alie omes ptates / Sed ad collegium cardinalium sunt primum et pcipuum / in quo sicud possessum quem sunt primi et pcipui sensus prticulares spuales / et auctas ecclesiastice regendi et curam hendi omnium ecclesiarum / adeo congrue dicitur corpus illius capitis / qz in ipsum sic in corpus primo et pcipue et immediate insiores ecclie ptates ab illo capite uel fonte fluunt / et eius plenitudine ptatis / Ponit aut ille ptates pape et cardinalium in regione capitis / qz sicut in capite ab una parte sensus gnis / et ab alia pte sensus particulares / nec sensus gnis ibi pt esse sine prticularibus / nec econuerso / Sic in illo capite mistico ponit esse auctas officiaria et ministerialis / ac ptas ecclesiastica tota unlis / ueluti sensus gnis / et ab alia

medie

pte in illo composito sint ptates magis generales velut sensus particulares
inter prima sensus scdis / nec sede sine primis ibi esse pnt / et inter colligantiam
ponitur ptates in regione capitis / nichilominus quod caput et corpus dicunt
similitudinem a conformitate et influentie / ideo quod ab illo capite papa pri-
mo et immediate sit influencius quo ad ptates extrinsecus et spirituales in collegium
Cardinalium / igitur ex hac causa merito dicit corpus / alie ptates que sunt in
regione manuum / sicut ptates patriarcharum / archiepiscoporum / episcoporum et archi-
diaconorum / et ptates in regione pedum sicut plebanorum et simplicium
sacerdotum / dicuntur bene partes et membra illius compositi mystici / eo ab illo
capite et fonte fonte omnes ille effluant ptates / non tamen dicuntur corpus illius
ecclesie sicut collegium cardinalium / quod illi alii non sunt / in officio ecclesie constituti ad
cognoscendum et diffiniendum universam materiam heretico(rum) et credentium et corpus
circa illam corrigendi et purgandi / atque in universa illa materia alium pendi omnium
aliarum ecclesiarum et universorum christi fidelium / quod maiores cause ad solum
papam eo solo collegio cardinalium dicuntur pertinere / de hoc c. maiores / alii
autem vocati sunt in partem sollicitudinis / unde quo moyses ad consilium jetro
cognati sui constituit tribunos / quinquagenarios et decanos qui iudicare possent
debebant omni tempore in minoribus causis / maiora vero debebant ad eum referre
Exodi xviii° / Sic ecclesia ipsa et collegium cardinalium / quod ipse non potest sufficere ad
providendum omnibus aliis ecclesiis / et universis christi fidelibus / et ut eius laboris
esset partito in alios onere et christi fideles inter eorum ministerio negli-
gentia expedientur / in hiis que sunt necessaria ad salutem ministerium sue sollici-
tudinis vocavit patriarchas / archiepiscopos / episcopos / archidiaconos / plebanos et
simplices sacerdotes / nichilominus sibi maiora reservatis et auctoritate approbandi
improbandi ratificandi infirmandi / vel in toto tollendi et cassandi / quicquid
predictos fecerit magis beneficarum / sed cum prima ptas scilicet ordinaria suspen-
dendi ligare contra eam dispensare consilium tollere solvere mutare et cassare
etc. / Sollicitoque ptas minor esset tante efficacie circa ea in ligando solvendo et
discernendo / diffiniendo / percipiendo constituendo / tenendo / defendendo / approbando / susti-
nendo etc. / Sicut ptas maior / quod nequaquam quia xxi di. c. inferior sedes /
Cum hiis que in omnibus quanto celsior gradus tanto maior auctoritas invenitur
Cum maioribus signis est regendi et iubendi ptas quam minoribus obsequendi necessi-
tas / dicitur hec in vi cap. xxi / primus in fine / cuius ratio ponitur hec duo in ange-
lica quam in ecclesia ierarchia d. / quanto magis aliqua ptas descendit tanto ma-
gis diminuitur et dividitur / et contra quanto magis ascendit tanto magis
unitur et fortificatur / quod omnis virtus unita fortior est se ipsa dispersa et pro-
pter quod ad sui ministerium exercendum ministros requirit pauciores / unde plures sunt sa-
cerdotes curati quam episcopi vel archiepiscopi / et plures episcopi quam pape / quod spectat unius
inferiores ptates ad similitudinem primi principii et sicut in toto universo est uni-
ci / sicut declarat philosophus 2° celi dicens ab hoc igitur ente dependet celum et to-
ta natura / influens omnibus esse et vivere / philosophus igitur clarius / sed vero obscurius
xii metaphysice aut ex concludit / primum est principium et bona dispositione
rerum dicens entia nolunt male disponi / unus ergo princeps / in ergo suprema
supremus monarcha deus gloriosus voluit et docuit ut et in ecclesia ierar-
chia esset unus principans / in quo esset fontalis et capitalis plenitudo
ptatis a quo omnes inferiores effluerent ptates / hic autem post christum primus
fuit petrus / cui christus ambas claves tradidit et duos gladios commisit

Ut regimen totius ecclesiastice ierarchie / tam in spiritualibus quam in corporalibus ad
ipsum primo noscatur / quia autem successor petri eandem potestatem cum petro
cum corpus omnipotens non possit deficere alicui sue sponse super terram militanti
ecclesie / a qua plenitudine potestatis super terram et quia potestas superior includit inferiorem
ideo superior significat quicquid inferior potest et amplius / nam corpus potuit quicquid
quicquid apostoli potuerunt et amplius / apostoli autem potuerunt quicquid lxxii discipuli
et amplius / et secundum hanc proportionem se habent ad invicem successores apostolorum
nam vicarius christi papa potest quicquid possunt veri et manifesti successores apostolorum veri
sicut cardinales et amplius / et successores apostolorum possunt quicquid successores
possunt lxxii discipulorum / sicut patriarche archiepiscopi episcopi / et amplius quia cum omnes
preter collegium cardinalium gerentes lxxii discipulorum typum teneant / ideo quia
hoc sunt aliqui casus reservati summo pontifici / in quibus non possunt absolvere episcopi
et presbyteri curati / aliqui sunt reservati episcopis in quibus non possunt absolvere plebani
Et licet ita non fuerit in primitiva ecclesia / quia in ea fides christi percipiatur integre
debat [illegible] per apostolos ut ipsum ab ydolatria revocarent / sicut patet in legendis
singulorum apostolorum / modo autem legimus sic frequenter alia [illegible] esse tedere
[illegible] / nunc autem crescente malicia hominum / et fide stabilita / ecclesia spiritu sancto
inspirata hunc ordinem in iudicio ecclesiastico / et specialiter in absolucionibus racionabi-
lissime ordinavit / ut ita sit in isto corpore mistico ecclesie / qualiter est
in corpore naturali personali / videmus enim quod virtutes et potestates organice et
officiales in regione capitis propter convenienciam sensus [illegible] et aliorum X
privata sensuum plures possunt exercere actus naturales et vitales / sicut sentire et di-
iudicare / totam naturam esse sensibilia / quo ad convenienciam et dicam / videre
audire odorare gustare / virtutes autem et potestates organice officiales in re-
gione manuum / unum possunt preter unum solum sensum tactus / et in regione
pedum / adhuc possunt pauciores possunt exercere actus naturales et vitales / plus enim
multo manus subserviunt corpori quam pedes / cum manus possunt et nociva
amovere / et utilia ac necessaria corpori procurare / sicut patet per discurrentes / sed
in isto corpore mistico virtutes et potestates officiales et organice in regione
capitis existentes habent plures actus spirituales exercere / scilicet cognoscere diffinire in
omni causa ecclesiastica videre que vergunt in salutem vel periculum animarum om-
nes causas maiores et alias in quibus ab inferioribus ad illas superiores appellatur
[illegible] sic [illegible] / ut qui infames denunciat ipsos [illegible] et [illegible]
dent / ne eorum malicia ut cancer serpat in perniciem tam spiritualem quam temporalem
nam constare [illegible] diffiniendo / determinando / [illegible] / in omni materia katholica l. et
et ecclesiastica / et deinde aliis [illegible] fidelibus universis / in omni tali materia / cui [illegible]
ecclesie et sedis apostolice sive diffinitionem et determinationem debet stare / et ita subesse
/ sicut ipsa prebet ad [illegible] / quod ita et non aliter debet quilibet fidelis sentire et cre-
dere in omni materia katholica / et ecclesiastica / sicut sentit tenet et credit Romana
ecclesia cuius papa caput est / corpus vero collegium cardinalium / qui [illegible] auctoritatem
et potestatem plenam et preclariorem sunt qui in regione capitis constituti / illi vero
in regione manuum / quod archiepiscopi episcopi archidiaconi / non tantam habent auctoritatem
/ sunt tamen valde utiles in corpore mistico / sicut et manus corporales in corpore naturali
Et ideo manus dicitur organum organorum / quia omnibus aliis membris utilia necessaria
et expedientia amovere / sic certe archiepiscopi episcopi in suis diocesibus / archi[illegible] in [illegible]
plebanos multa utilia necessaria expedientia et ad salutem promoventia procu-
rare et nociva amovere possent / quod vergeret in periculum animarum / illud vero dubium
est / quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum / ideo eius auctoritate sanctiones debet

teneat sacerdotes / qui voluit ab apostolica petre sup quam xpus vlem fun
dauit eccliam soliditate durelli / quae quamdiu sunt homines de foro eccle / oz
ordinem suppm eccle ierarchie / que non solum ad instar corporis naturalis quo
ad membra organica et officialia est ronabilissime ordinata / sed etiam ad
instar et similitudinem angelice ierarchie / Nam secundum bonaventuram / Et quamdiu
mundus durat / os angelos angelis / homines hominibus / et demones demo
nibus presse / habitur cum sunt plures / ibi oportet esse gradus supremos
medios / et infimos / quemadmodum in angelica ierarchia sunt supremi medii
et infimi / in quibus beatus dionisius dat istam regulam in principio dicens
/ Lex sacratissima divinitatis est ultima per media reducere in suprema / quod infimi
purgantur et illuminantur per medias / et medii per supremas / ad instar autem et similitudinem
huius angelice ierarchie / instituta est ecclesiastica ierarchia secundum illud Job xxxviii
vinio / Numquid nosti ordinem celi / et ponas rationem eius in terra .i. similitudinem eius in
terra constructam / similiter tres gradus scilicet supremum in regione capitis / me
dium in regione manuum / infimum in regione pedum / in quibus eadem regula
beati dionisii observatur / Supremum gradum in ista ecclesiastica ierarchia tenebat
xpus homo / quia ipse est caput corporis ecclie / ut sit ipse in omnibus primatum
tenens / ad Colloc primo / medium gradum tenebant apostoli / infimum lxxii di
scipuli / et in hiis consistebat totus ordo generalis ecclie primitive / sed / in xpo
apostolis / ut in lxxii discipulis / institutio apostolorum ponitur / Marci iii / et Luce vi / institutio
lxxii discipulorum / luce x / in principio / qui non ad officium apostolorum
sed in partem sollicitudinis sunt vocati / et per xpum instituti / quia messis quidem
multa operarii autem pauci / sic in eodem successoribus ordo generalis ecclie
romane presentis consistere dicitur / locum enim xpi in terris quoad officiariam et vigoriam
plenitudinem potestatis summus pontifex tenet scilicet papa / locum autem apostolorum
ipse / et nunc tenent cardinales / qui veri et immediati sunt successores
collegii apostolorum xpi / inter quos est ordo supremus / est scilicet episcoporum cardina
lium / medius cetus presbiterorum cardinalium / infimus cetus diaconorum
cardinalium / locum autem lxxii discipulorum hic tenent archiepiscopi episcopi archidia
coni / et presbiteri curati / inter quos iterum ordo est supremus / medius / et infimus
Supremus est patriarcharum / archiepiscoporum / episcoporum / Secundus est prepositorum
Decanorum / archidiaconorum / judicum / ecclesiasticorum / Tercius velut infi
mus est presbiterorum curatorum / non obstat quod patriarche archiepiscopi episcopi
ponuntur hic in loco lxxii discipulorum cum presbiteris curatis / ad dicta decreti xxi dis. Cleros / a
episcopi ponatur in loco apostolorum / et eorum successores dicatur et presbiteri
curati typum dicuntur gerere lxxii discipulorum / ut colligitur dis. lxxiii per
totum / Sed pro isto est sciendum / quod licet tempore apostolorum multi episcopi fuerunt tante
auctoritatis / cum etiam sicut predicta sunt bonaventura / Nicolaus / Ambrosius / et mar
tinus actibus / ipsi tamen non fuerunt de composito illo ecclesiastico / cuius caput fuit pri
mo petrus / corpus vero collegium aliorum apostolorum / sed in officio ecclesiastico
fuerunt infra caput / et illud compositum / et alia membra illius compositi / sicut illi papa
sunt subordinati in officio suo ecclesiastico / non sunt de illo composito ecclesiastico / cuius ca
put fuit papa pontifex Romanus / corpus vero collegium suorum cardinalium
sed sunt in officio iudiciario infra illud compositum / et infra membra illius
compositi / Et ergo non alii quam Romanus pontifex et collegium suorum cardinalium
sunt veri successores / et ipse petri et collegii aliorum apostolorum in officio ecclesiastico
cognoscendi / et diffiniendi in universa ecclesia katholica et ecclesiastica / et etiam

regendi omnium ecclesiarum et universorum christi fidelium. Sed omnes episcopi dicuntur
tenere locum apostolorum, et esse successores apostolorum quo ad specialem potestatem
huius potestatis, et quia illa portio potestatis est maior et minor, respectu illorum
in quos exercetur illa potestas, ideo gradus ponuntur in illis potestatibus, qui sunt
infra illud corpus videlicet papa et collegium cardinalium, quia quidam sunt in gradu
supremo, sicut primates, patriarche, archiepiscopi, et episcopi, alii sunt in medio
sicut archidiaconi, et iudices ecclesiastici. Tercii sunt in infimo, sic omnes
presbiteri curati. Nichilominus tamen illi magistri sunt sumpti de gremio illius
corporis ecclesiastici, scilicet illo pontifice et collegio cardinalium habentes tamen
auctoritatem iudiciariam in universa matre katholica et ecclesia, sicut prius de su-
ubi ergo dicit pro vocativis id est pro quibus advocare et unde tenetur si sit
prelatus. Sexto pro ablativo id est pro mortuis ablatis de hac vita et de hac
luce. Et hoc non debet fieri in illa commemoracione. Sed inmediate scilicet
post corporis Christi elevacionem. Et laudabile et multum decens est quod sacer-
dos servet ordinem personarum secundum merita et dignitates. postquam
suiipsius et suorum parentum memoriam habuerit. Tamen non est necesse
ut omnium nomina ibi ponat eo quod deum nil latet sed solum intencionem
et affectum ad has personas pro quibus orare vult gerat. Et subiungitur

[illegible marginal gloss at lower left] … sacerdos … devote … ordine …

[illegible marginal gloss at bottom] … quo ordine debet fieri …

[illegible] audiendi missam [illegible] ... p[ro] debito [illegible] et laboratoribus
[illegible] causa [illegible] ... [illegible]

Et omnium circumstantium. Ubi sciendum quod antequam hoc dicat debet fieri memoria vivorum. Sed non debet fieri nimis magna memoria et hoc propter cordis distractionem et mentis evagationem. Sed breviter debet se sacerdos expedire. Quamvis figuratum preceptum fuit in lege quod agnus paschalis qui figurabat eum comederetur festinanter, ne scilicet cogitationes per varias devocionem [illegible]. Quarto nota quod ex illo dicto Et omnium circumstantium apparet quod perfectum et salubre est interesse missarum solempniis, eo quod sacrificium eukaristie pro circumstantibus specialiter offertur, qui si sint dispositi aliquem effectum sacramenti consequuntur, sicud dictum est in prima particula de audientibus et utilitatibus missam audiendi. Et hoc si usque ad finem perseveraverint. Unde statutum est in canone quod omnes fideles qui conveniunt in solempnitatibus ad ecclesiam et scripturas apostolorum et evangelium audiant, qui vero non perseveraverint in oratione usque dum missa peragatur, velud inquietudines ecclesie commovetes convenit privari communione. Et ex hoc incidit dubium utrum liceat recedere a missa ante finem. Dicendum iste qui dimittit audire totam missam aut dimittit ex mala consuetudine aut ex tepiditate aut torpore vel ex necessitate. Si primum mortaliter peccat et secundum decretum debet a communione suspendi, maxime si hoc statuto obmittit. Et ex hoc formatur racio sic: nullus debet communione privari nisi propter gravem culpam. Sed isti qui ex mala consuetudine non stant ad finem misse sunt communione privandi, igitur graviter vel mortaliter peccant. Si ex tepiditate vel torpore seu accidia recedunt peccant ad minus venialiter. Et scias quod torpor vel accidia vel tepiditas ex causis innocentibus iuncta possit maius et minus peccatum perpetrari, ut si quis cum istum torporem contraxisset ex longa vigilia vel nimia replecione maius esset peccatum quam si ex labore vel occupacione honesta. Si vero recedit ex necessitate tunc non peccat, quia necessitas non habet legem, et maxime si esset racionabilis, alias sic non esset necessitas. Et sic a missa ante finem potest recedere, ut si habet expedire negocia ardua vel legittima que alias convenienter exequi non posset. Item obmittere missam pro tempore peccatum est certe persone, quod alio tempore esset sine peccato, ut si quis parochianus die dominico vel die solempni non audiret missam in sua parochia cum hoc posset facere peccat mortaliter, quod si esset dies feriata in qua necesse esset ei ut laboraret non peccaret si missam non audiret, sed non totaliter audiret.
Unde dicit decretum Missas die dominico ab omnibus secularibus audire speciali precipimus et cetera. Glosa, id est ex communicentur, servato tamen ordine iuris. Et statutum est in Aurelianensi concilio ut cum ad celebrandas missas conveniunt in dei nomine populus non ante discedat quam misse solempnitas compleatur. Item nota in hac dictione Quorum tibi fides cognita est, quasi dicat: Tu es qui scrutaris fidelibus et devotis, qui solus vides in conscienciis qui recte credunt et devote te diligunt, ut pote es renum scrutator et cordium deus scientiarum et dominus oculatus oculorum omnium perscrutator, in cuius conspectu nulla est creatura invisibilis. Tu es ille cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur et quem nullum latet secretum, quia omnia nuda et aperta sunt oculis tuis. Et hic tanguntur duo que debent esse in circumstantibus et audientibus missam.

[illegible] Exodi xii

[illegible] [illegible]

Fidem cum [illegible] ... [illegible] solus videt

[illegible] ab [illegible] et [illegible] ... xiii

Duo req^{ur} i audiente missam intoie

Primo debet in audiente esse fides. i. fideliter debet credere quod post consecracionem in ara sub speciebus panis et vini verum corpus et verus sanguis christi continetur / quia ista que ibi fiunt mirabiliter transcendit racionem et humanam sensum / et nichil experimento sensibus ingerunt / ideo necessario oportet ut fides prebeat supplementum sensuum defectui. Secundo debet esse in audiente devocio / quia homines devoti astantes spiritualiter communicant. Hec duo scilicet fidem et devocionem si audiens missam in se habuerit fructum huius sacramenti percipit et sepius propter excellenciam devocionis fructum divine gracie abundancius percipit audiens quam conficiens / si ergo devocio debet esse in audiente / quanto plus in conficiente. Sexto nota ulterius ut qui tibi offerunt / et aliqui textus habent pro quibus tibi offerimus / hic de memento domine non solum pro quibus / sed eciam eorum sacrificio qui tibi offerunt. Cum enim sacerdos offert pro ipso nichilominus eciam offert pro se / et dicit in plurali pro quibus tibi domine offerimus / ad denotandum quod sacerdos ibi loquitur in persona fidelium vel ecclesie sicut qui representat personam communem christi. Et in hoc quod dicit qui tibi offerunt designat quod non solum sacerdotes / sed eciam universi fideles circumstantes una cum sacerdote offerunt hoc sacrificium deo / unde Innocencius dicit Nam quod specialiter adimpletur ministerio sacerdotum / hoc universaliter agitur toto voto fidelium / sicut enim in veteri lege plures per sacerdotes offerebant hostias multipharias ad placandum deum super peccatis et diversis officiis beneficiis impetrandis / ita plus sacrificium cuius hostie legales fuerunt umbre / unde excellens infinite omnia sacrificia legis / tum in collacione gracie quam dignitatis magnitudine offertur ipso voto et devocione per ministerium sacerdotis. Septimo nota dicitur ulterius sacrificium laudis / quia in hoc sacrificio magnitudinem potencie clemencie et misericordie dei recognoscimus et ad memoriam revocamus quod est laudare vel secundum Innocencium dicitur sacrificium laudis / quia secundum dictum apostoli quicquid facere debetis omnia in laudem dei facite agite ut deus laudetur in vobis. Vel dicitur sacrificium laudis / quia cum deo quicquid offerimus sua sibi reddimus / non nostra largimur. Unde ipse dicit in psalmo Si esuriero non dicam tibi / meus est enim orbis terre et plenitudo eius / numquid manducabo etc. / ergo immola deo sacrificium laudis. Qui enim alterum laudat non sua sibi offert sed ea que in ipso sunt extollit. Vel dicitur laudis sacrificium / quia dominus hoc sacramentum quod representatur per illud sacrificium gracias agens et laudans instituit. Et ideo quia propter hoc deum laudare debemus / quia non solum dedit se nobis in precium / sed eciam in cibum vel precium redimeret nos a morte / per cibum autem aleret nos ad vitam / unde dicit Qui manducat me ipse vivet propter me. Sequitur pro se suis quoque omnibus scilicet pro suis consanguineis affinibus et familiaribus et amicis. Super quo verbo dicit Innocencius licet enim teneamur diligere inimicos secundum illud salvatoris Diligite inimicos vestros. Servare tamen debemus ordinem caritatis iuxta illud Cantici ii^{o} Introduxit me rex in cellam vinariam / et ordinavit in me caritatem. Nam et apostolus ad Galathas vi^{o} dicit Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes / maxime autem ad domesticos fidei

maxime

Sicut ergo pro se, et pro seipso debet homo orare, eo quod ordinata caritas incipit a seipso. Suis scilicet hoc pertinet ad illos quibus tenetur. Tunc sequitur Pro redemptione animarum suarum. Hic tangit principalis et prima causa propter quam hoc sacramentum offerimus scilicet pro redemptione animarum id est remissione peccatorum, quibus remissis anima est redempta. Unde Christus hic est calix novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et subiunguntur aliae causae propter quas etiam offertur scilicet pro spe salutis id est pro salute sperata, spe enim salvi facti sumus secundum apostolum. Offertur etiam pro salute mentis et incolumitate corporis. Nam utraque sanitas est a deo qui dicit Salus populi ego sum. Denique utraque sanitas provenit ex redemptione animae id est ex remissione peccati. Sic et econtra de reatu peccati procedit infirmitas utriusque secundum sententiam veritatis. Ecce inquit dominus sanus factus es, iam noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat Johannis v. Sed hic oritur dubium quare hic oratur pro salute id est sanitate corporis cum tamen apostolus dicit Virtus in infirmitate perficitur. Et iterum cum infirmor tunc fortior sum et potens. Respondetur quod ipse loquitur tamquam perfectus. Nos autem fragilitatem nostram recognoscentes oramus pro sanitate corporis ut deus infirmitati nostrae condescendens a nobis occasionem impatientiae praecludat. Vel secundum Innocentium oramus pro sanitate corporis ut nobis sanitate conservata vel reddita referamus in ecclesia gratiarum actiones. Et nota quod tria sunt bona hominis scilicet corporalia spiritualia et aeterna scilicet infima media et suprema pro quibus dicit se sacerdos offerre pro corporalibus pro incolumitate corporis pro spiritualibus id est pro redemptione animarum pro aeternis id est pro spe salutis. Nam et deus docet pro hiis tribus orare in secunda tertia et quarta petitione orationis dominicae. Offerimus ergo sacrificium laudis pro omnibus ut dentur nobis in meritum pro spiritualibus ut dentur nobis in meritum in praemium pro corporalibus ut dentur nobis in adminiculum ut perveniamus ad illa scilicet aeterna. Sequitur Reddunt tibi vota sua etc. Quia nostra dona mus et aliena reddimus. Si ergo vota sua sunt dicit glosa vota sunt quae vovimus et voluntarie promittimus quod libenter et volenter deo vovere et reddere debemus ipsum decimus. Vel alia glosa tibi reddant vota sua non ut dent sed id est ut possint. Hic est dubium quod videtur esse contradictio in terminis cum dicit tibi reddunt vota sua quia nostra donamus et aliena reddimus. Si ergo vota sua sunt sua scilicet ipsi tunc non reddunt sed potius donant. Et econtra si reddunt non sunt sua vota sed aliena. Solvit Innocentius dicens potius bonum hominis est et dei est dei propter auctoritatem gratiae quod illius ponit aliquid boni sine adiutorio gratiae dei est hominis propter libertatem arbitrii singulariter igitur sunt hominis conabiliter dicuntur sua singulariter dei conabiliter redduntur deo quia omne bonum desursum est descendens Jacobi primo. Propter hoc dicit apostolus Non autem ego sed gratia dei mecum. Et iterum coadiutores dei sumus. Sequitur Eterno deo vivo et vero. Ubi sciendum quod homines dicuntur dii imagines et demones homines quidem adoptive, unde psalmista ego dixi dii estis. Demones usurpative unde psalmista omnes dii gentium demonia quod usurpant sibi honorem dei et nomen deitatis ut gentiles decipiant. Imagines vero dicuntur dii nuncupative unde Sapientiae xiii Infelices sunt inter mortuos spes illorum est qui appellaverunt deos opera manuum suarum. Primi scilicet homines sunt vivi et veri non tamen aeterni. Secundi scilicet demones sunt vivi sed non veri, nec aeterni aeternitate gloriae licet naturae sive quamvis voluntate dei. Sed

Sed tercio scilicet ymagines non sunt viue nec vere nec eterne. Et ergo nulli illorum hoc sacrificium laudis offertur, sed illi soli scilicet indiuidue trinitati que est deus solus viuus verus et eternus, immo vita veritas et eternitas, qui deus est solus per essenciam prout de se testatur dicens Ego sum deus et non est alius deus preter me. Huius ergo est adoracio que principaliter exhibetur in sacrificio. Que tres persone exprimuntur in hoc sacrificio, quia racione patris cui attribuitur eternitas dicitur eterno, racione spiritus sancti cui attribuitur viuificacio dicitur viuo. Unde in Johanne dicitur Spiritus est qui viuificat. Sed racione filii attribuitur veritas quia vero. Unde Johannis iiii veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Nam qui deum satthagit veraciter adorare, patrem adorat in spiritu et veritate, id est in filio, quia essencialiter est in filio, et filius naturaliter est in patre, et spiritus sanctus substancialiter est in utroque. Johannis xiiii Ego in patre et pater in me est. Tamen ita per indifferenter distinguere cum dicitur eterno deo viuo et vero. Ut quod est quia secundum essenciam appropriatur pro ceteris notis, eternitas patri racione principii quia pater a nullo est et omnia sunt ab ipso, filius per generacionem, spiritus sanctus per processionem, certa peracionem. Veritas filio qui de se dicit Johannis xiiii Ego sum veritas. De qua dicit propheta Veritas de terra orta est. Vita spiritui sancto sicut habetur in simbolo Credo in spiritum sanctum dominum et viuificantem qui ex patre filioque procedit etc. Totius ergo indiuidue trinitatis indiuisa est oracio que principaliter exhibetur in hoc sacrificio. Johannis vi Spiritus est qui viuificat. Sequitur lectura magistri Alberti. Memento domine etc. Tangitur hic secunda communio corporis mistici quo quodlibet membrum cum membris suas communicat acciones et utilitates. Tanguntur autem hic tria quorum primum est pro quibus et qualibus oratur, secundum quid pro eis petitur, tercium quid ad exaudiendum allegatur. In primo autem horum duo ponuntur scilicet pro quibus oratur et pro qualibus. In primo autem duo facit scilicet memoriam specialem et memoriam communem. Dicit ergo Memento domine. Non quod unquam alicuius obliuiscatur, sed quod in nobis est per passionem attribuimus deo per effectum. In nobis enim memoria est reflexiua potencia que prius per redditum noticie ad ipsum statim facit angulos cordis ac si esset prius, quia ymaginem preteriti reducit ad noticiam. Et sic modo deus non meminit quia non habet naturam compositam abhinc illuc reflectam et abinde huc, cum sibi sint omnia presencia. Sed pocius cum alicui effectum gracie alicuius non apponat, videtur deus illius esse oblitus, et cum peccata iterum graciam dat, videtur noticiam beneplaciti conuertisse ad illum, et sic dicimus quod memoretur. Ysaie xxxviii Obsecro domine memento quod ambulauerim coram te in veritate et in corde perfecto et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Psalmus Memento nostri domine in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo. Aliter quod diximus, deus nec obliuiscitur nec meminit. Unde Job x Licet hec celes in corde tuo, scio tamen quod uniuersorum memineris. Hoc ergo modo per apposicionem gracie Memento domine qui diues es in misericordia et omnis gracie locuples possessor. Famulorum de quibus propter dignitatem secundus post est memoria. Famularumque tuarum quia aliter inisi per famulatum cultus diuini ad eterne unitatem non referimur. Nota hic nominandi sunt maxime primi et primo loco qui oblaciones suas ad altare tulerunt et in hoc censu se famulos esse cognoscunt. Unde cum peteret sapientiam Salomonis sibi mitti sapienciam a sede magnitudinis diuine ut secum esset et secum laboraret per quam

sicut quod acceptum esset coram deo omni tempore. Statim subiungit famulatum
Sapie viii dicens. quia ego servus tuus sum ego et filius ancille tue. f. eccle
ex quam natus sum ad tua obsequia. Et david in ps. O domine quia ego ser-
vus tuus. ego servus tuus et filius ancille tue. Postea in tonum(?) memoria
vivorum subiungitur Et omnium circumstancium quorum sepsi sacrificio exhibe-
cium ut ipsi sacrificio immixti tibi offerant. Ro vi Obsecro vos fratres
per misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem sanctam deo placen-
tem rationabile obsequium vestrum. Quales autem sint qui in memoria oblacio-
nis ponuntur subiungitur dicens quorum tibi fides cognita est per quam in uni-
tate sacramenti recipiuntur. quia fides operans per dilectionem purificat eos ut tibi in
oblacione ista que in puritate sua puritatem mistici corporis importat offeran-
tur. Act xv fide purificans corda eorum. fides enim que veritati innititur. Uni-
tas veritatis sacramento. Caritas autem per quam fides operatur perficit eos ad
sacramenti perfectionem ut sit veritate et virtute tibi sint uniti per intellectum et affec-
tum. Hec enim fides tibi cognita est per approbacionem. ii Thim ii Novit dominus qui sunt
eius. Johannis x. Cognosco meas et cognoscunt me mee. Et nota devocio quam
devotorum ostenderunt se et sua offerendo. Ps. Reddam deo vota mea que distin-
xerunt labia. Devocio est fervor cordis ut dicit Ambrosius quo homo sponte volun-
tate se et sua promittit. Et ex hoc patet quod specialiter pro illis qui offerunt
oratur ut sequitur pro quibus tibi offerimus. Hoc videtur illi qui dixerat
quorum tibi fides cognita. quia illi non nisi fide referunt ad inum(?) quod offer-
tur a sacerdote. Sacerdos enim ut persona(?) ecclesie offert pro ipso et pro se
sicut dicitur Hebr. v. in persona(?) debet sicut pro populo ita et pro seipso offerre pro
peccato. Cum autem dicit offerimus notatur unitatem corporis mistici que in tota mul-
titudine fidelium et cleri totius servitute offert hostiam salutarem. Cum
autem sequitur vel qui offerunt. Respondet ad hoc quod dicitur nota devocio. Speciali-
ter enim voto offerunt illi qui se et sua deferunt ad altare. Et ideo tamen illi speciali-
ter in altaris oblacione continentur et offerunt quia sicut offert sacerdos ministerio
ita et illi offerunt speciali voto. Et ideo illorum est recordacio specialis. Unde
Innocentius papa in quadam sua dicit epistola ad sacerdotem quendam missa(?)
qui consultacionem faciebat pro quibus esset memoria in oblacione facienda
dicit autem sic. Superfluum est ut cuius hostiam prius(?) dum offeras. eius autem no-
men insinuas cui nullus(?) illi incognitum nichil sit. Prius ergo oblaciones com-
mendande sunt ac tunc eorum nomina quorum ipse sunt oblaciones ut
edicenda et inter sacra misteria nominentur. non inter alia que preter-
mittimus ut ipsis misteriis viam futuris precibus aperiamus. Sit ergo hec oracio
specialiter pro offerentibus et pro aliis et ideo monendus est populus ut offerat.
Quia per oblacionem speciali voto coniungitur qui offert et ipse hostiam offert
voto quam sacerdos offert ministerio. Hoc est ergo quod dicit. vel qui tibi of-
ferunt hoc sacrificium laudis. Sacrificium autem dicitur quia sacros facit. laudis
autem quia nichil est in eo nisi quod est laudis et pulchritudinis et honoris. Ps. Sacri-
ficium laudis honorificabit me. et illic iter quo ostendam illi salutare dei.
Iter enim ad salutem per nullum umquam fuit sacrificium nisi per istud. Quod autem
his in sacrificio per nomina caritatis oratur aperitur cum subditur. Dicit autem
tria secundum personas cum personis adherentibus. et quod pertinet ad partem persone
que est anima. et quod pertinet ad partem persone que est corpus. De primo
dicit pro se quia offerimus ipsi offerunt pro se. quia unusquisque in ordine dilectionis

principalitas conceditur iii Reg. xvii Fac michi primum de ipsa farinula
tibi autem et filio tuo facies postea. Sanis ergo omnibus sunt persone adherenda
sicut amici coniuncti sanguine et virtute et bona temporalia que in auxi-
lium vite sunt concessa / quamvis enim dominus dicat Primum querite re-
gnum dei et iusticiam eius et hec omnia adicientur vobis / tamen temporalia
tamen sunt in dei servicio sustentancia et adminicula ad necessitatem quam
possimus. Et sic dicit Salomon in proverb. xxx Tribue victum meo ne-
cessaria. Sic igitur hic oramus pro amicis et rebus ad servicium dei nece-
ssariis. Sic centurio rogavit pro servo Mathei viii et commendatus est. Sic
patriarcha Jacob Genesis xxviii rogavit pro necessariis quando dixit Si dominus
deus meus fuerit mecum in via ista qua ego ambulo et custodierit me et
dederit michi panem ad edendum et vestimentum quo operiar et revo-
caverit me cum salute erit michi dominus in deum. Sic dominus docuit orare Mathei
vi dicens Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Pro redemptione
animarum suarum hoc est quo indigemus secundum animam. Redemptio enim anime
est per graciam et virtutes. Per sanguinem autem Christi ab originali debito et per beati-
tudinem est ab hiis miseriis que cum sunt ab isto in quo sumus exilio et
corporis ergastulo. De prima redemptione dicitur in psalmo Ab usuris et iniquitate
redimet animas eorum. Usure enim excrescentes sunt peccata cumulata per pri-
mam diaboli deceptionem / a quibus usuris et eorum iniquitate deus redimit
per gracie et virtutum collationem. Sic enim secundum sapientem redemptio anime viri
est ipse divicie virtutum. Sic redemit se uxor prophete a creditoribus per olim vasa
vacua infusionem et multiplicationem iiii Reg. iiii. De secunda redemptione dicitur
in psalmo Apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio. Osee xiii de morte
redimam eos. Psalmo Verumptamen deus redimet animam de inferno cum acceperit me.
De tercia redemptione dicitur Ysa. xxxv Ambulabunt qui liberati fuerint et redempti
a domino convertentur et venient in Syon cum laude et leticia sempiterna
super capita eorum. Gaudium et leticiam obtinebunt fugiet dolor et gemitus. Pro
spe salutis hoc pertinet ad corpus et duo petimus pro infirmis enim offertur
pro spe salutis et pro sanis offertur pro se incolumitatis sue. Sanitatem enim
infirmis petimus ut forciores sint in dei servicio sicut et dominus multos in cor-
pore sanavit. Sanitas autem illa ipse salus vocatur quando ex infirmitate et
anime et corporis spectat salutem. Sicut dicitur Johannis v Ecce sanus factus es iam
amplius noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat. Psalmo Qui sanat
infirmitates tuas qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis qui redemit de
interitu vitam tuam. Est etiam spes salutis spes evadendi machinationes
inimicorum / sicut dicitur in psalmo Salva me de ore leonis et a cornibus uni-
cornium humilitatem meam. Dan. xiii Salvatus est sanguis innoxius in
die illa. De hiis simul dicitur Dominus conservet eum et vivificet eum et
beatum faciat eum in terra et non tradat eum in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. Et incolumitatis sue.
Incolumitas dicitur perfecte sanitatis esse integritas et hanc petimus sanis
in sacrificio oblationis / quia nisi deus conservet sanitas non stabit / quia
super fundamentum debile est edificata quod est continua pugna calidi fri-
gidi humidi et sicci et levis et gravis et duri et mollis et aliarum con-
trarietatum que sunt in corpore. Et hoc petitur in psalmo Conserva me domine

qui in te speravi. Et iterum Ne proicias me in tempore senectutis cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Sapientie xvi Non herba neque malagma sanavit eos, sed sermo tuus qui sanat omnia. Tibi reddunt vota sua. Tangit rationem gratiarum dictionis quia tibi reddunt vota sua que voto ipso et non obligatione alicuius necessitatis in se et in suis tulerunt ad altare. Psalmus Vovete et reddite domino deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera. Est sicut Proverbiorum xx Ruina est homini devorare sanctos et post vota retractare. Unde dicit Augustinus quod vovere est voluntatis et reddere est necessitatis. Vota ergo quibus se devoverunt ad sanctum reddunt altare eterno deo vivo et vero. Sunt enim dii participatione divine potestatis dii sancti sicut Moysi dictum est Exodi x Constitui te deum pharaonis. Et in psalmo Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes. Et isti sunt vivi et veri sed non eterni. Unde de his in psalmo dicitur Vos autem sicut homines moriemini et sicut unus de principibus cadetis. Iohannis viii Illos dixit deos ad quos sermo dei factus est. Sunt etiam dii qui divinitatis gloriam usurpant sicut demones. Et ideo dicit Matthei iiii Hec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me scilicet ut deum. Unde ibidem respondit dominus Dominum deum tuum adorabis et illi soli servies. Psalmus omnes dii gentium demonia. Et illi sunt eterni quo ad finis carentiam et sunt vivi sed non veri. Sunt etiam dii sola nuncupatione ut idola lignea lapidea et metallica. Osee xiiii Non dicimus ultra dii nostri opera manuum nostrarum. Et isti dii nec eterni nec vivi nec veri sunt. Ad exclusionem igitur omnium istorum dicitur eterno deo vivo et vero. De cuius eternitate dicitur i Thimothei vi Qui solus habet immortalitatem, quia sicut ibidem dicit glosa vera immortalitas est vera eternitas et incommutabilitas. De vita iii Regum ii Vivit dominus in cuius conspectu sto. De veritate Romanorum tercio Est autem deus verax omnis autem homo mendax. Hec est ergo secunda communio.

Communicantes et memoriam venerantes in primis gloriose semper virginis Marie genitricis dei et domini nostri Ihesu Cristi, sed et beatorum apostolorum et martirum tuorum Petri Pauli Andree Iacobi Iohannis Thome Iacobi Philippi Bartholomei Mathei Simonis et Thadei Lini Cleti Clementis Sixti Cornelii Cipriani Laurentii Crisogoni Iohannis et Pauli Cosme et Damiani et omnium sanctorum tuorum [+ quorum] meritis precibusque concedas ut in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem Cristum dominum nostrum.

In ista particula sanctorum allegatione mediantibus sanctis postulatur fidelium promotio. Et primo ponitur sanctorum commendatio, secundo commemoratis postulatio ibi Quorum meritis. [illegible] sic continuatur. Postquam posuit commemorationem illorum qui salute indigent, hic iam ponit illos qui ad salutem adiuvant ut sunt sancti in ecclesia triumphante, quos hic in prima particula enumerat, et primo ponit eos in generali, secundo in speciali.

Secundum autem aliam divisionem hic incipit tercia pars canonis, et secundum Guillelmum in rationali continuatur sic ad precedentia. Posita superius oratione per quam [illegible] postulamus a domino deo divinum auxilium beneficium, hic iam sequitur oratio per quam id affectamus fieri per sanctorum suffragia, et pro hoc

confutatur error Waldensium qui dicunt quod sancti non sunt invocandi eo quod non faciunt orationes pro nobis nec eorum memoria tenenda nec corpora ipsorum veneranda insistentes istis et rationibus. Corpora sanctorum mortua sunt et nichil sentiunt ergo nichil prodest ea venerari. Item anime sanctorum cum sint in celis et nostra servicia non percipiunt videtur ergo quod eis non sit serviendum nec invocandi. Isti perfidi et cecitate cordis eorum omnimode veritati dissentientes in paludis sordibus immerguntur, quorum ut error reprobetur, rationes eorum dissolvantur et dicatur quod sancti sunt invocandi prout ecclesia facit et sacre doctores quod ipsi nostras devociones et orationes percipiunt et cognoscunt. Cuius ratio est secundum dictum veritatis: Gaudium est angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Sed essencialiter idem et non minus est gaudium animarum sanctarum sicut et angelorum. Igitur et ipsi de nostra penitentia et bonis et virtuosis operibus gaudent et letantur, et si gaudent cognoscunt. Quo igitur quis de eo quod non cognoscit gaudet. Secunda ratio huius est intellectus quia in omne intelligibile sibi proportionatum. Sed orationes nostre sunt proportionate animabus sanctorum et cognicioni ipsorum. Idcirco percipiunt eas. Sed adhuc de modo per quem modum percipiunt nostras devociones et orationes, dicitur quod per revelationem sanctorum angelorum qui nostras orationes sursum proiciunt in celum. Iuxta illud Tobie 12: Quando orabas cum lacrimis obtuli orationem tuam domino. Vel isto modo quod sancti in divinam essenciam videntes tanquam in speculo eternitatis vident omnia. Unde Gregorius: Quid est quod non videant qui videntem omnia vident. Item instat quod sancti non faciunt orationes pro nobis quia ergo essent invocandi et arguunt sic: vel sciunt quod non velit salvare illum pro quo orant vel per adversarium vel sciunt quod non velit illum salvare. Si scit non est necesse quod pro eo orent. Si sciunt quod non velit eum salvare et quod prescitus ac predestinatus sit ad eternam damnationem tunc oratio fiet frustra. Immo deus et natura nichil faciunt frustra. Ratio de anima et primo celi. Ubi aliqui doctores respondent quod non est necesse quod aliquis sanctus videat an deus velit istum salvare vel non quia istam cognicionem deus sibi soli reservavit. Aliter respondetur: dato quod sanctus sciat quod deus velit hominem salvare, adhuc sanctus orat pro eo et non frustra quia sicut deus disposuit finem sit et ordinata in finem. Unde sicut disposuit illum salvari sic et disposuit media per que salvatur scilicet per merita et intercessiones sanctorum et sic nec homines oracio sanctorum est frustra. Corpora eciam sanctorum debent venerari. Nam ut dicit Damascenus libro iiii capitulo vii quatuor de causis corpora sancta a nobis sunt veneranda. Nam ipsa corpora sanctorum sunt promptuaria dei, templum Christi, alabastrum spiritualis unguenti et fontes divini. Et Augustinus libro de civitate dei addit et organa spiritus sancti. Unde idem sic loquitur: Non sunt contemnenda sed plurimum veneranda sanctorum corpora quibus dum adhuc viverent spiritus sanctus hic quibusdam organis ad omne bonum usus est. Secundo nota sacerdos secundum prius premissa item in canone agit ea que figurata sunt hiis que peragebat sacerdos legalis in veteri testamento dum intrabat sancta sanctorum. Ipse enim legalis sacerdos portabat thuribulum cum carbonibus vivis plenum in sancta sanctorum et in tali veste quadam quod figurabat superhumerale quod defert noster sacerdos

Cor de causis corpora sanctorum a nobis sunt veneranda

Continet nomina sanctorum patrum scilicet nomina xii patriarcharum filiorum
Iacob sancti israel seu nomina xii tribuum israel ab hiis denominate. Sic et noster
sacerdos qui vult sacrificare debet habere carbones ignitos qui duo notantur
id est fervorem devotionis in mente et splendorem in opere habere et sic inflammatus
amore divino plenus virtutum odoribus domino deo adolere incensum ut sic
deo offerat sacrificium in odorem suavitatis sicut et ipse intulit nomina sanctorum
patrum. Sic et sacerdos nove legis habeat memoriam sanctorum scilicet apostolorum et
martirum. Et per hoc tropologice designatur quod sancti in fide et bonis operibus sunt
imitandi. Unde et sacerdos sicut memoriam sanctorum habet sic et eorum exempla
in vita sua se regat et eos imitatur. Unde nichil prodest memoriam
sanctorum habere si eos non imitetur bonis operibus et moribus. Super quo dicit
Johannes episcopus in quadam omelia de martiribus qui sanctorum merita religiosa
devotione miratur gloriamque istorum gloriam frequenti laude qui loquitur eorum mo-
res sanctos atque iusticiam imitetur quia quem delectat sancti alicuius meritum debe-
tur delectare par circa dei cultum obsequium. Quia aut imitari debet si laudat
aut laudare non debet si imitari detrectat id est negligit vel contempnit ut qui
alium laudat laudabilem se reddat. Et qui sanctorum merita miratur mirabilis
ipse vite sanctitate reddatur. Nam si ipsos iustos fideles diligimus quod in ipsis in-
tegram fidem suscepimus possumus et nos esse quod sunt si faciamus quod
ipsi fecerunt. Hec Johannes episcopus. Tercio nota dicit primo in hac **Communicantes**
quod prius ostendit quale sacrificium laudis sit offerendum. Et quomodo hoc sacri-
ficium laudis offerendum in communione id est in unitate fidei sanctorum in fide qua
una cum sanctis communicamus sive participamus. Super quo sic loquitur Innocentius
quoniam extra unitatem ecclesie non est locus offerendi sacrificium unitatis. Ideo
sanctorum memoriam venerantes in sacrificio. Itemque in communione sanctorum
sacrificium offeramus. Scriptum est enim in agno allegorica non comeditur extra domos quia
sunt sancta et ideo ad esum agni scilicet corporis Christi recipiendum solus hic qui nostre
coniunctus est domui videlicet omnium domesticorum fidei a principe ad plebeium
apostolo usque ad publicanum. Communicare enim est participare in via id est in statu
huius ecclesie militantis. **Communicantes** id est participantes cum sanctis in fide quia
nos fidem tenemus quam et ipsi habuerunt et idem credimus quod et ipsi crediderunt
et similiter communicamus eis per spem quia idem quod et ipsi speraverunt et nos spera-
mus et in patria eis communicamus per visionem et rem speratam quia fidem suc-
cedit visus et spem res sperata. Subiungit **memoriam venerantes**. Nota
quare sancti a nobis sunt venerandi et honorandi. Huius Damascenus libro iiii° ca-
pitulo quatuor ponit causas que pro una computantur scilicet quia amici sunt dei
filii dei heredes dei et duces nostri. De primo Johannis xv° Iam non dicam vos
servos sed amicos meos. De secundo Johannis primo Dedit eis potestatem filios dei fieri.
De tercio ad Romanos viii° Si autem filii et heredes. De quarto Damascenus ita dicit Si
quis multum laborat ducem invenire qui eum alicui mortali adducat et per eo
ad ipsum verbum faciat quanto magis duces generis humani qui pro nobis ad deum
interpellaciones faciunt honorandi sunt templa eis erigendo et memoriam
eorum venerando. Secunda causa quare sanctos honoramus et eorum festa ce-
lebramus est quia eos honorando rem nostram agimus. Nam eorum festivi-
tas nostra est utilitas. Amplius omnia mea sunt id est nos autem Christi id est caritas autem omnia
communia facit. Tercia causa ut habeamus eos intercessores pro nobis. Quod le-
gitur in libro Regum tercio primo quod Bersabee que interpretatur puteus sacietatis
id est gracia intelligitur ecclesia triumphans impetravit filio suo regnum id est nobis in

id est Ecclesiastici xxiii

nos cum fide et spem
ille speciem habuerunt et
nos petimus stadium
ille possident bravium
nos pugnamus in
via ille triumphant
in patria

Capitulum quibus sancti
sunt venerandi

Sed dicitur quare non de festivitatem celebratis, sed omnibus venientibus [illegible] vel legitur vel cantatur missa de sanctis. [illegible] quia celebratur misse pro salute vivorum adhuc in tribus [illegible] defunctorum, [illegible] pro honore sanctorum [illegible] celebrantes [illegible] et ad [illegible] celebrat venientibus [illegible] ergo

ecclesia militante regnum celorum. Quarta causa quia in hoc eis vicem re-
impendimus, quia ipsi celebrant festum de nobis, eo quod gaudium est ange-
lis et sanctis in celo super uno peccatore penitentiam agente. Quinta causa ut eos
imitemur, quia per eorum enim exempla ad eos imitandum provocamur. Se-
xta causa propter nostre securitatis augmentum et ad spei sublevationem.
Si enim homines mortales sicut nobis potuerunt ita sublevari et nos similiter
poterimus, quia manus domini non est abbreviata. Septima est propter divine
maiestatis honorem, quia deum in sanctis honoramus et predicamus mirabi-
lem qui eos sanctificavit. Octava causa ut visa eorum pulchritudine et
cognita gratia homo confundatur de suis peccatis et terrena contemnat
sicut et ipsi fecerunt. Sed dubium est quare hoc in canone et in celebratione
missarum sanctorum memoriam veneramur et eorum auxilium imploramus.
Videtur quod huius multe sint cause. Prima ut antiquorum patrum et sanctorum
veteris testamenti moribus conformemur. Unde Innocentius dicit: Per hec enim
commemorationem sanctorum illud observat ecclesia quod antiquitus consuevit
agere ut in orationibus suis sanctorum memoriam recolat, quatinus eorum meri-
tis facilius obtineat quod implorat. Sic enim sanctus Moyses precante populo
intercedens patrum memoriam interposuit: Recordare inquit Abraham
Ysaac et Israel servorum tuorum. Exodi xxxii. Sic et Azarias in fornace le-
gitur dixisse, Danielis iii°: Ne queso auferas misericordiam tuam a nobis domine deus
noster propter Abraham dilectum tuum et Ysaac servum tuum et Israel
sanctum tuum. Et subiungit: Multum enim patrum merita filiis suffragan-
tur. Unde cum Ezechias domini auxilium imploraret exaudivit: Prote-
gam urbem hanc et salvabo eam propter me et propter David servum me-
um. iiii Regum xix. Et alibi legitur scilicet iii Regum xi. Cum cor Salomonis
depravatum esset per mulieres etc. et ut sequeretur deos alienos, dixit
Achias Silonites ad Ieroboam: Hec dicit dominus: Ecce ego scindam regnum
meum de manu Salomonis et dabo tibi decem tribus. Porro una
tribus remanebit ei propter David servum meum, ut remaneat lucer-
na David servi mei cunctis diebus coram me in Ierusalem. Item: Propter David
servum tuum non avertas faciem christi tui. Ecce quod deus pepercit Salo-
moni propter merita David patris sui. Unde legitur quod propter peccatum David quod
commisit cum Bersabee uxore Urie quem procuravit interfici, opinio
fuit in cordibus ipsorum ipsum esse [illegible], quia postea filius suus ipsum persequebatur et
deus hoc fieri permisit. Et post mortem David ista opinio remansit in cor-
dibus ipsorum quod esset dampnatus. Tandem cum Salomon edificasset templum
et illud vellet dedicare et cum archa afferebatur et circuitus circa templum
esset aliquotiens sicut antiquitus fieri solebat, ipsa hostia templi per se
clausa fuerunt, ita quod nemo here introitum poterat. Et cum intus nemo
fuit qui hostium reseraret, quidam sacerdotes foris ante hostium existentes di-
vinitus inspirati ceperunt cantare istum psalmum: Memento domine David.
Et cum decantarent istum versum: Propter David servum tuum etc., statim
hostia fuerunt aperta. Et tunc primo error a cordibus ipsorum fuerat remotus quod
David non esset dampnatus. Sic iterum patet quod deus honoravit Sa-
lomonem propter David patrem suum et quod merita parentum suffragantur
filiis. Et ideo hic recitamus memoriam sanctorum ut eorum merita nobis suffragentur.

Sed dicitur quare [illegible] sanctorum non commemoratur et celebret [illegible] confessorum [illegible] in canone [illegible] fit de eis commemoratio [illegible] Innocentium et Alexandrum [illegible] misse [illegible] confessorum celebravit ecclesia [illegible] qui [illegible] in canone [illegible] Silvester [illegible] Petrum [illegible] Paulum Marcellum et Petrum qui [illegible] Silvestri [illegible] confessorum [illegible] celebrare [illegible] in canone [illegible] de martiribus [illegible] confessoribus [illegible] Alexander

Secundo etiam memoriam venerantur sanctorum ut eorum merita novi testa-
menti in consecratione huius sacrificii, non ut aliquid operetur ad consecra-
tionem huius sacramenti, sed ut eorum meritis iuvemur et sanctificemur, quatenus
digne et salubriter huius sacrificii oblationem perficiamus ut ampliorem
effectum gratie eorum meritis consequamur per eam. Sicut enim meritum pas-
sionis Christi non plenarie est assummatum in seipso, sed etiam primabit in or-
dinibus salvandis per collationem gratie hic et glorie in futuro. Sic et beatissima ma-
ria, apostoli, martires, confessores etc., superhabundanter meruerunt ut de eorum
redundantia meritorum etiam nobis subveniatur quibus propria merita non suffi-
ciunt. Et ex istis redundantiis duabus, scilicet meritorum Christi et sanctorum, oritur
thesaurus de quo etiam per papam et episcopos indulgentias distribuitur. Tertio
hoc fit propter figuras veteris testamenti. Sicut enim sacerdos legalis nomina xii
tribuum tulit in sancta sanctorum, sic sacerdos nomina sanctorum qui nos precesse-
runt tempore prius in sanctificatus memoratur. Quarto quidam memoriam
venerantur sanctorum apostolorum et martirum et precipue gloriose virginis matris
ut eorum suffragio de fide perducamur ad spem, de spe perducamur ad rem,
de via transeamus ad patriam, de stadio perveniamus ad bravium. Hec Inno-
centius. Item dubitatur quare dicatur memoriam venerantes et non solemnitatem.
Dicendum quod hoc ideo fit quia memoria plus est quam solemnitas, quia etiam de ali-
quibus sanctis facit memoriam de quibus non facit solemnitatem. Et quilibet die sancto-
rum habemus memoriam quorum tamen singulariter et divisim non peragimus
solemnitatem. Item dubitatur quare ante consecrationem fit commemoratio sanctorum
et post consecrationem etiam. Ubi nobis quoque peccatoribus. Innocentius solvit dicens, quia
in ea commemoratione que fit ante consecrationem corporis Christi sanctorum suffra-
gium imploratur, quia primum corpori Christi mistico, quod est ecclesia, etiam antequam
consecratur, id est antequam regnum adveniat, necessarium est in via suffragium
sanctorum ut meritis eorum et divine protectionis muniatur auxilio. Sed postquam
corpus Christi fuerit consecratum, id est postquam regnum advenerit, et sic premium
assecuta sanctorum tunc non indiget auxilio sanctorum, sed ut partem et so-
cietatem cum sanctis habeat. Et ideo postea dicitur Nobis quoque peccatoribus par-
tem aliquam et societatem donare digneris cum sanctis tuis etc., ut infra
patebit. Et in secunda commemoratione et memoria sanctorum supplentur tunc
primitivi sancti qui deesse videbantur de prima commemoratione. Et com-
municatio sanctorum repetitur. Ex quo colligitur quod secreta que secundum alios ca-
non et actio nuncupatur, non ab uno sed particulatim et a pluribus perpendi-
tur fuisse composita, sicut et in principio canonis fuit ostensum. Et specialiter
hec verba canonis scilicet communicantes etc. Ciprianus papa alias Ciriacus pa-
pa addidit. Subiungit In primis gloriose etc. Secundo principaliter in hoc sacri-
ficio fit memoria virginis gloriose cum ipsa sit propria interventrix
pro nobis et dispensatrix graciarum, que singulariter auctorem generis huma-
ni salutis nostre auctorem huic mundo effudit, personaliter quem in tem-
plo obtulit. Et per merita eius et intercessiones eius et nostra oblacio deo
acceptabilis redditur mediante ipsa hoc sacrificium laudis consecuti sin-
mus et habemus igitur in primis nomen eius nominatur, quia ipsa cum hic obla-
tus est et qui est vera hostia pro nobis in passione mirabiliter oblata
genuit. Et inter ceteros sanctos et sanctas de celis optinet principatum ideo

memoria eius debet fieri cum inclinacione capitis / ad designandum quod beata virgo
post dominum deum sit maioris dignitatis / et alia veneracione adoratur pre ceteris sanctis
/ Colitur enim sancti adorantur et venerantur adoracione seu veneracione que dicitur dulia
/ ipsa vero adoratur et veneratur adoracione que proprie yperdulia per quandam excellen-
ciam nominatur / propter singularem igitur ipsius dignitatem et privilegiis singula-
ribus pre ceteris sanctis digne collocatur prima in ordine sanctorum / igitur bene dici-
tur in primis additur gloriose propter singularem eius pre ceteris sanctis felicitatem / Fuit
enim gloriosa in via racione virginitatis / ad quam tenendam ipsa prima deo
votum castitatis emisit / Unde angelo dixit Luce primo Quomodo fiet istud quoniam vi-
rum non cognosco i. me cognituram non propono / Et racione fecunditatis cum
castitate / que est pulcherrima omnium generacionum generacio / et mirifice fecunda
que nobis attulit illum benedictum fructum ventris eius dominum Ihesum / de
cuius fecunditate fecundati accepimus graciam pro gracia Iohannis i / Est eciam nunc
perfectis sanctitatis gloriosa in patria / quia iam glorificata in corpore et anima ut pie
creditur / et iam presidet a dextris regis eterni primo modo coronata et super choros
angelos exaltata / Unde canit de ipsa sancta mater ecclesia / Exaltata
est sancta dei genitrix / Quod autem sit assumpta cum corpore et anima hoc multi
sanctorum asserunt / Primo et raciis racionibus probant / Nam mellifluus
doctor Bernhardus dicit / Si quo deus corpora sanctorum / non sui filius / ut puta
Petri / Pauli / Andree / Iacobi / et aliorum quamplurimorum sanctorum / tanto honore
sublimaverit / et tam venerabilia ea reddiderit / ut ad ipsa adoranda fere to-
tus mundus veniat / ubi ergo sive in celis corpus super terram sit / cum illud fide-
lium visitacione frequentetur / Christus igitur maternum corpus honorari con-
tempserit / Nequaquam / Quia super omnes sanctos matrem honorare voluit / ut et
ex lege debuit / ergo ipsam corporaliter in celum assumpsit / Nam si in aliquo
loco super terram esset / ille locus eciam sicut aliorum sanctorum a Christi fideli-
bus visitaretur / ut res dignum esset / Ex quo ipse elicit quod est assumpta cum
corpore / et idem Augustinus probat sex racionibus / quod sit assumpta cum corpore et anima
/ et propter brevitatem aliquas tangimus / Prima quod non fuisset equum illud cor-
pus sub terra ab immundis vermibus tangi / et putrescendo inquinari / quod
super terram numquam polluebatur aliqua macula peccati / Unde ipse dicit Quem vo-
luit matrem servare integram virginitatis pudore / voluit et incorruptam
a putredine servare fetore / Secunda mandatum quod ipse in lege dederat / scilicet
Honora patrem tuum et matrem tuam / ut compleret eam cum corpore assumpsit
/ nisi enim eam cum corpore non assumpsisset / sed in terra putrefieri et
consumi permisisset / Quam perfecte non honorasset / et ita mandatum solvi-
sset quod absit / quia ipse venit legem non solvere sed adimplere / Tercia ut ipsa
intercedendo pro nobis / filio suo ad mulcendum eum pectus et ubera
ostendat / Si ergo corporaliter non esset assumpta / nec pectus nec ubera ibi haberet
/ que pro nobis orando ostenderet / Dicit enim Bernhardus Mater pro nobis ostendit
filio pectus et ubera / filius patri latus et vulnera / Unde nulla ibi erit
repulsa / ubi tot et tanta concurrunt caritatis insignia / Ex quibus liquet
quod firmiter et pie credendum est / quod corporaliter in celum assumpta sit
/ Et subditur Semper virginis / hoc dicit propter inviolatam eius integritatem mentis
pariter et corporis / quia virgo ante partum / in partu / et post partum / Unde in
monasterio sancti victoris parisius ante est quedam ymago virginis
ad cuius pedes tales versus ponuntur / quos beata virgo de se videtur dicere
Quod eram non eram quod sum / nunc dicor utrumque / Ante partum filii eius
erat virgo / igitur post partum dicere potest sum quod eram et virgo / sed quia

ante partum mater non erat / sicut dicit / nec etiam quod sum / sed et post
partum fuit mater et virgo / sicut dicit ergo nunc dicor virumque / et in hoc ex-
cluditur error elvidii heretici et suorum sequacium / qui dicunt mariam ex
genuisse post christum plures peperisse filios / et tangitur hec heresis super illud
mathei donec peperit filium suum primogenitum secundo / addit matris exprimit
eius singularem fertilitatem et litteraliter ethimologisando dicitur / quasi mater alma
regis ihesu altissima / et hoc nomen benedictum maria per triplicem
expositionem primo signatur / hoc enim nomen maria quinque litteris signatur / quarum
significatio quibus signatur designat matrem / nam prima littera m tres habet pedes
significat quod huius fidem sanctissime trinitatis / secunda a que est inter-
iectio dolentis / et significat quod hic huius gaudium vertit dolorem pene et asperi-
tatis / tertia sequitur r que est ramosa sicut arbor / significat quod hic huius more ar-
borum fructus bone virtutis et fertilitatis / quarta i que est minima littera
que significat quod virgo hic huius mendicitatem et paupertatis et humilitatis
ultima secunda a que est prima litterarum / significat quod hec virgo huius maximam cari-
tatem / que est caput et principium totius bonitatis / ex qua significatione
patet quod ipse dicta hec virgo ipse dicta est maria propter virtutes super dictas / secundo
de designatione huius nominis est videndum / in isto enim nomine maria
sunt quinque littere ut dictum est / que ad quinque conditiones virginis referuntur
est enim m significat virginis micantem puritatem / a significat virginis aqueam
puritatem precedens / r significat virginis rosatam venustatem / i significat
virginis igneam caritatem / a significat virginis auream claritatem
beata enim virgo per puritatem fuit mica / per pietatem fuit aquea / per
honestatem fuit rosea / per caritatem fuit ignea / per claritatem fuit
aurea / et ideo merito dicit ei angelus luce / et nomen virginis maria
tertio de expositione huius nominis maria / maria namque interpretatur ste-
lla maris / illuminans / et illuminata / mare amarum / seu domina / ista
enim sunt magne significationis / maria enim est nomen equitatis et
iusticie / quia dicitur stella maris / que stat immobilis in medio celi dirigit
navigantes / est nomen claritatis et prudentie / quia dicitur illuminans ad
illustrationem / nomen honestatis et decentie / quia dicitur illuminata / nomen
fertilitatis et abundantie / quia dicitur mare / nomen asperitatis et pe-
nitentie / quia dicitur amarum / nomen autoritatis et excellentie / quia
in uno sermone dicitur domina / et hec dicta sufficiant de hoc nomine
benedicto maria / et subdit genitrix dei / sic apponit exprimit inviolabilem
eius fecunditatem / et dicit genitrix dei / quia ihesum christum genuit / qui
est verus deus / et verus homo / et domini nostri ihesu christi / et notandum
quod hic / et primo modo potest teneri expositive / ut sit sensus genitrix dei et domini
nostri ihesu christi / quia incarnatio est ad solam personam filii terminata
alio modo hic et est copulative / ad hunc sensum ut hoc aggregatum genitrix dei
exprimat christi generis divinitatem / et sequens domini nostri ihesu christi eius hu-
manitatem / quia ipsa est mater dei et mater hominis secundum bernardinum
expressius scribit hec preconia multum laudabilia beatam virginem pre
ceteris sanctis attollentia / primo incessibilitatis dignitas / quia pre omnibus
est honorificata et dignificata / adeo pre omnibus sanctis eius auxilium et
intercessio est imploranda / secundo eius felicitas inexplicabilis que tangitur
ad dicit glose / quia super omnem ierarchiam angelorum est exaltata /

Alberti l.

Tercio virginis nupcialis celebritas et regalis sublimitas, cum dicit
maria de cuius signacione et signatorum et deposicionum supra dictum est
Quarto autem inenarrabilis fecunditas ibi genitrix In hac enim sola
virginitas et fecunditas sunt connexa et colligata Quinto virginis se-
cunditas immensitas, cum dicit dei, unde secundum Jeronimum in sermone de
assumpcione virginis gloriose, non solum mariam Christi thotocos, sed
et theotocos, dicimus esse, id est non solum matrem Christi, sed eciam
matrem dei Sequitur lectura alberti Communicantes etc. hic
tangit terciam communionem, et dicit in ea tria quorum modus sit communionis, et
ad quos est ipsa communio et qualiter hec communio descendit a beatis in ecclesiam
militantem, dicit ergo Communicantes quasi dicat est ista communio quam due pre-
cedentes et ideo in voce primitur qualiter sanctis in patria in sacramento
altaris communicamus, quia quod illi percipiunt in rei veritate, nos freque-
tamus in sacramentali specie, Communio enim est percepcio unius et eiusdem
in quo vivunt illi, qui communicant quamvis diversi diversimode illud
unum percipiant Sic enim in simbolo dicimus credere sanctorum commu-
nionem hec enim Beneficencie autem et communionis nolite oblivisci talibus enim
hostiis promeretur deus Act. ii dicit de sanctis, Erant perseverantes in doctrina
apostolorum et communicatione fractionis panis et oracionibus Non enim est ista
communio terre tantum sed etiam celo communicamus et in ea Et ideo addimus
Et memoriam venerantes, venerandi est sanctorum memoria sanctorum, a quibus
dum viverent istam accepimus communionem et quorum patrocinio stamus
in ea hoc enim non novum est, quia Moyses Exo. xxxii primum memoriam
coram deo allegavit ut averteret iram ipsius dicens, memento abraham
ysaac et jacob, et propiciacio sequitur, et placatus factus est dominus de mali-
gnitate quam dixit facere populo suo, Similiter in Reg. xi Sic dixit dominus ad Sa-
lomonem In diebus tuis non faciam propter david patrem tuum, de manu
filii tui scindam regnum tuum Nec totum regnum auferam, sed tribum
unum dabo filio tuo propter david servum meum et ierusalem quam elegi, hec
ergo facta autem causa carissimos dei martires et apostolos ponit in sancte co-
mmunionis supplicacione, dicit enim apostolus Ro. xi quia secundum promissionem di-
lectissimi sunt filii propter patres In primis que merito sit prima ponitur quia sancti
propiciatorium designatur Exo. xxv in quo deus carnaliter apparuit ut propicia
retur et in quod omnes angeli versis vultibus respiciunt ut ab ipso clari-
ficati splendoris illuminacionem que duas excellencias propter quas po-
terit propiciari equatorium unam tangit dicens Gloriose semper virginis ma-
rie Gloriosa autem est quia sic tota mente et corpore virgo fuit ut sola illibata et
concupiscencia et pro eo dicat Tho iii Numquam cum ludentibus me miscui
neque cum hiis qui in levitate ambulant participem me prebui Virgin-
conscipiun virum et mundam servavi animam meam ab omni concupiscen-
cia Gloriosa quia prima celibatum deo devovit angelorum imitatrix terreis in-
ferens et victor iam carnis et sanguinis viliter iam agens super pri-
mum castitatis inviolata triumphans Et quo ad primum In Can. secundo dicit
fulcite me floribus stipate me malis quia amore langueo In tantum enim
desiderio sponsi celestis amoris teneritudine elanguit quod nullo carnis amo-
re potuit consolari sed floribus celestis imitatrice facta virginibus in
celibatu viam et exemplum dedit, et malis odoriferis predicate paradisi
stipata prime incorrupcionis, quia virgines a deo facti sunt emula me-

gritatis angelice connubia et lenocinia carnalis commercii fastidiunt
quam nisi virginum chori sunt secuti pro ea / et hec alia innuit hystacio lecta
in eodem loco sic / Vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper ri-
uos aquarum / cuius inestimabilis odor erat nimis in vestimentis eius / et sic-
dies verni circumdabant eam flores rosarum / et lilia conuallium / Speciosa
enim virginitate fuit / sicut columba columbina simplicitate decorata / Et sic
sic dicit Judith xv omnis composicio non ex libidine sed ex virtute pendebat
super riuos aquarum ascendit ad virginitatis fastigium calcando concupiscen-
cie fluxum omni virtute pingens in vestitu conuersacionis eius inestima-
bilis odor fructuum paradisi flagrabat / quia nichil nisi integritatem diuinam
et angelica meditabatur et ondit / hanc circumdant flores rosarum in rubore
martirum / qui ad eius imitacionem saepius omnia pati quam virginitatem amitte-
re vellent / Circa ipsam lilia conuallium virginitatis lilium in humilitate / sub gla-
dio persecutoris conseruantium / hec super castitatis triumphat innatam in se / et
suis ex vestitate inter[...] quod in honorem sue matris predixit dominus ipsa
conteret caput tuum / de caude cum inflexione et corporis tortuosi et vocis
nocumento scripta fuit que statim in principio ante omnes libidinis volu-
caput draconis contriuit et exclusit / Glosa itaque virgo fuit que solo filio
dei fuit satis munda parata / hanc cum puritate qua sub deo maior esse non potuit
virum dignum fuit / in qua tota diuinitas se infudit / Sapientie viii propter suam
inditiam nichil inquinatum incurrit in illa / Ysaie vii ecce virgo / non alma / ab
omni macula custodita concipiet et pariet filium / hec fuit virgo ante partum
et in partu / et post partum / Sicut dicit Ezech xliiii porta hec quam vidisti
clausa est et non aperietur / quia dominus deus israel ingressus est per eam / Genitricis
dei vere / et ideo secundum concilium theotocos / et non xpotothos dicenda / Filius
dei veri et ideo Emanuel Ysaie vii vocatur / quia verus deus esset et verus homo / et
eius sunt ideo Emanuel Ysaie vii vocatur / quia verus deus est et verus homo / et
ipsa persone filii mater est / quia in duabus naturis est verus deus patris eterni
filius / que sicut pater secundum diuinitatem sine corrupcione genuit ab eterno
ita eundem verum deum mater virgo sine virginitatis diminucione aliqua
secundum humanitatem genuit in tempore / propter quod genitum mirum principium et spe-
le exemplum est genitiue eterni patris / propter quod clamat Ysaie lxvi Antequam par-
turiret peperit / antequam veniret partus eius peperit masculum / quis audiuit unquam tale / aut quis vidit huic simile / Tempus enim quo alie
mulieres pariunt ut post corrupcionem semen conceptum in eis formetur
et post pondus et angustias uteri cum magnis doloribus portant filium
in miseria matris infasciatum / propter hoc dicitur genitricis dei et domini nostri
ihesu christi / hec est mediatoris dei et hominum qui datus est nobis in gratia et no-
bis per conformitatem nature et de hiis sepe iam dictum est

Ex predicta particula sacri canonis et dictis circa eam elicio istam
Genitricis christi theotocos fuerit / sicut pro regum prima est dignitate omnibus
sanctis / Primo omnibus creaturis / ita in celo omnibus et singulis
dictis antefert in primis / hec gloria habet duas partes / prima dicit quod beata
virgo pro regum est prima dignitate / et probatur ex predicta particula canonis
me / Et illud Prouerbiorum viii Dominus possedit me in initio viarum suarum / antequam
quicquam faceret a principio / ab eterno ordinata sum / et ex antiquis antequam
terra fieret / super quo dicit glosa quedam quod beata virgo omnibus creaturis
fuit prior / non prioritate temporis / sed dignitate et proximitate predinacionis
et diuine acceptacionis / Et alibi ipsa dicit Ab inicio et ante secula creata sum /

Sed secunda pars conclusionis patet per illud quod depromit ecclesia. Ecce exaltata es super omnes choros angelorum ad celestia regna. Et prout videtur sola supergressa es universas. Et ratio huius est quia ipsa existens in terris excessit omnes in donis et virtutibus meritis et graciis. Ideirco dignum est ut in celesti curia precedat omnes in premio. Nam patriarchas precessit in fide quod enim illis fuit promissum in ipsa est impletum. Prophetas in spiritu quia quod illi de longe speculabant ista principaliter concepit. Apostolos in amore nam nullus apostolorum ita ardenter dilexit Christum sicut ipsa. Immo nec aliqua mater proprium dilexit unicum filium sicut benedicta virgo dilexit unigenitum filium suum. Dicit enim Bernhardus sermo de ipsa. In ea non defuit fides patriarcharum spes prophetarum zelus apostolorum constancia martirum castitas virginum humilitas confessorum etc. Hoc enim dicit iustus Abraham fidelis Joseph castus Moyses mansuetus Job paciens David humilis Salomon sapiens Elias zelator legis. Ideo quod de quolibet predictorum dici potest: Non est inventus similis illi quia quilibet enim illorum precellebat alios sanctos sui temporis in aliqua virtute speciali. Abraham enim tempore suo non habuit parem in fide nec Ysaac in obediencia nec Joseph in castitate nec Moyses in mansuetudine nec Job in paciencia nec David in humilitate nec Elias in zelo. Sed apostoli omnes in dictis virtutibus excesserunt. Sed beata virgo supergressa est omnes sanctos tam veteris quam novi testamenti non in aliquibus virtutibus. Cant. vii. Omnia poma nova et vetera dilecte mi servavi tibi. Virtutes et opera virtutum appellantur poma propter refectionem quia sunt cibus animarum propter suavitatem cibus enim sunt infirmantium propter odorem quia delectat confortat et reficit. Si poma nova et vetera servavi etc. id est omnia privilegia sanctorum tam novi quam veteris testamenti in me coniuncta et congregata servavi tibi id est custodivi scilicet in me tibi attribuens quicquid boni habeo non propriis meritis sed tibi quia gracia dei sum id quod sum. Ideo omnia poma servavi id est veteris et novi testamenti superhabundanter implevi. Una omnes partes novi et veteris testamenti. Et ideo patet prima pars conclusionis. Et clarius amplius ex xii privilegiis specialibus beate virgini singulariter concessis quibus supergressa est deos et singulos sanctos tam veteris quam novi testamenti. Primum quia ipsa sola graciam apud deum invenit quam Eva perdidit. Unde dicit ei angelus Luc. i. Invenisti graciam apud dominum quam ipsa aliis in presenti omnibus impetrat et gloriam in futuro. Curat igitur ad eam pauper ut locupletetur pollutus ut ab ea mundetur debilis ad fortem ut corroboretur mortuus ad vitam ut vivificetur cecus ad collirium ut illuminetur egrotus ad medicinam ut sanitati reddatur famelicus ad refectionem ut bene procuretur nudus ad munificam ut ab ea vestiatur miser ad misericordem ut graciam consequatur deformatus ad reparatricem ut reformetur captivus ad redemptricem ut a carcere redimatur exheredatus ad patronam ut hereditati restituatur servus ad dominam ut libertati donetur peregrinus ad lucem ut lucis filius appelletur miles ad reginam ut si pugnat coronetur. Hec quippe omnia et quamplurima alia subministrat virgo gloriosa ipsam devote invocantibus. Propter quod dicitur in primis beate etc. Secundum quia ipsa facta est secunda post corrupcionem. Ista enim sola et nulla alia post partum remansit virgo. Prudentius de ea canit mater sancta ecclesia. Tercium quia facta est gravida sine gravamine portans in utero illud leve onus a quo portabatur

C[an]t. in bibl

portabat eum infantem, inquantum erat homo / a quo portabatur inquantum erat deus / sub quo curvantur qui portant orbem Job ix. Ex quo eciam quod corpus Christi quod virgo portabat non fuit ponderosum et grave quod postea apparuit quando super undas maris ambulavit. Quartum quod sine dolore fuit puerpera / quod claret ex eo quod natum filium mox pannis involvit et in presepio reclinavit Luce ii. Et Ambrosius in nativitate domini carnem induens virgo virum peperit sine dolore, id est sine nullam lesione salvatoris secretorum ~~unde in figura virginis dicitur Judith~~ xi. Quintum quod ipsa sola est virgo et mater dei quod nulli alteri convenit. Propter quod in figura virginis dicitur Judith xi Non est talis mulier super terram, scilicet que sit mater et virgo. Ex quo eciam quod nulla creatura sive spiritualis ut angelus / nec corporalis ut homo communicat in ista prerogativa et privilegio beate virgini / et racio quod nulla creatura potest dicere deo / filius meus es tu / sicut sola beata virgo / cum deo patre dicere potest / filius meus es tu / ipsa nempe potest dicere de Christo homine illud Gen ii Hoc nunc os ex ossibus meis / et caro de carne mea / et illud Johannis ii Fili quid fecisti nobis. Et filius dicit matri illud Job x pelle et carne vestisti me / et nervis compegisti me. Et illud Gen iii et i Reg vi potest exponi de filio marie. Erunt duo, id est Christus et maria in carne una, scilicet virginali quod mater et filius. Unde de ista prerogativa marie dicit Anselmus Omnis creatura / a deo creata est / et deus est natus ex maria / deus omnia creavit / et maria deum generavit / qui omnia fecit / ipse se ex maria fecit / et sic omnia que fecerat refecit / et qui potuit omnia de nichilo facere / noluit ea sine maria reficere / et ideo ad reficiendum ~~[illegible]~~ natus est ex maria / ut qui fuit conditor omnium / fieret salvator / et ~~[illegible]~~ haberet matrem ad quam confidenter confugerent peccatores / quod non potest esse pulcrius patria / que potuit genuit pulcre / Rursum inter omnes iusticie potest annulare / hec ille. Sextum / secundum quod in duplici et pomarii optimum preciosum elegit, videlicet de omni statu salvandorum. Nam de coniugio elegit fecunditatem sine feditate / de virginitate mundiciam sine sterilitate. Septimum quod universas et singulas virtutes / et dona gratiarum in superlativo gradu / cum enim cetera sancti aliquas virtutes habent divisim ista vero omnes collectim sola supergressa est Prov ult. Octavum quod omnes angeli et sancti pro nobis supplicant Christo / et ab eo exaudiri / quod ipse dicit petite et accipietis / sola autem virgo auctoritate materna potest eciam filio imperare. Unde illud Roga patrem, iube nato. Et ecclesia cantat de ea Quia nobis natum tibi filium nichil negat. Nonum consociacio sue humanitatis cum filii sui divinitate Luce primo Dominus tecum / licet enim dominus sit cum angelis / et hominibus per graciam / sed cum maria non solum per graciam / sed eciam per naturam / quam assumpsit ex ea / non enim angelicam naturam assumpsit / sed humanam. Ad Hebreos ii Nusquam angelos apprehendit, id est angelicam naturam sibi non univit / sed semen Abrahe. Et sic aliomodo dominus est cum virgine quam cum aliis. Unde dicit Augustinus in sermone de nativitate virginis / dominus tecum in ventre / tecum in corde / tecum in utero / tecum in auxilio / fuit namque dominus cum virgine in ipsius conceptione preservans eam ab originali peccato / in ipsius nativitate per sue gracie plenarie infusionem / in eius purificacione per sue presencie in templo presentacionem

10

In ipsius annunciatione per unionem humanitatis assumpte In ipsius virginis assumptione per eterne glorie beatificationem. Ex quo liquet virginis dignitas gloriosa, quia due tecum, virginis bonitas virtuosa, quia gratia plena virginis claritas luminosa, quia gratia, virginis puritas graciosa, quia dictum est ei per angelum ave. Decimo quod ipsa sola est assumpta super omnes ordines angelorum et sedet a dextris. Unde de ipsa canit ecclesia vidi speciosam sicut columbam descendentem de super rivos aquarum, cuius inestimabilis erat odor nimis in vestimentis eius, et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium, secundum Bernardum aque iste sunt potestates angelice et celestes. Psalmus aque que super celos sunt laudent nomen domini, ideo rivi sunt angeli, et anime sancte, tales rivi aquarum sunt ordines novem angelorum super quos virgo gloriosa est elevata, quam admirantes angeli dicunt Canticorum vi. Que est ista gloriosa tam digna secundo intrans ascendentis glorie, que ascendit Primo locum et statum que ascendit de deserto. Secundo deliciis ascendentis, affluens deliciis. Tertio amoris plenitudinem per quam sublevatur, quia innixa super dilectum suum, ut mirantur cives virtutis dicentes, que est ista tam copiosa in meritis, tam abundans in virtutibus, tam luminosa in prodigiis, tam efficaciosa in beneficiis, que ascendit per castitatis candorem ad modum columbe volantis, per humilitatis vigorem ad modum nubecule rorantis, per caritatis fervorem ad modum

11

virgule fumantis. Undecimo quod ipsa sola cum Christo sine originali peccato est concepta. Canticorum iiii. Tota pulcra es amica mea et macula non est in te, scilicet nec originalis nec actualis peccati. Et beatus Thomas in scripto primi distinctione xliiii in solutione tercii argumenti dicit quod puritas intendit per recessum a contrario, et ideo potest aliquid creatum inveniri quo nichil purius potest esse in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit, et infra subdit, talis autem fuit puritas beate virginis que peccato originali et actuali immunis fuit, et idem de immunitate beate virginis a peccato originali in expositione salutationis angelice, quam cum aliis parvis opusculis de simbolo et preceptis et oratione dominica fecisse dicitur sub fine suorum operum. Unde cum sic incipit quod beata virgo excedit angelos in tribus. Primo in plenitudine gratie que magis est in beatissima virgine quam in aliquo angelorum. Secundo in divina familiaritate, quia ipsa familiarior deo quam angeli. Tertio quantum ad puritatem, quia beata virgo non solum fuit pura in se, sed procreat puritatem aliis. Ipsa enim purissima fuit quantum ad culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. Et etiam quantum ad penam, quia tres sunt maledictiones date hominibus propter peccatum prothoplasti. Prima data est mulieri, scilicet quod cum corruptione conciperet, in gravamine portaret, et in dolore pareret. Sed ab his beata virgo fuit immunis, que sine corruptione concepit, in solacio portavit, et cum gaudio peperit salvatorem. Secunda data est homini, quod in sudore vultus vesceretur pane suo, ab hac fuit immunis beata virgo, quia dicit apostolus virgines solute sunt a cura huius seculi, sed soli deo vacant. Tercia fuit communis viris et mulieribus, scilicet inclinatio iuxta illud Genesis iii° quia memento homo quia cinis es et in cinerem reverteris. Probat ergo a maledictione fuit immunis beata virgo, quia cum corpore et anima in celum assumpta est

prout mgr hug augst in ser. iiii^o de assumpcione bte virginis Credimus
enim qd post mortem sanctificata fuit et portata in celum iuxta illud psalmi
Surge domine in requiem tuam tu et archa sanctificacionis tue. Sic ergo im-
munis fuit ab omni maledictione et ideo benedicta in mulieribus que ipsa
sola maledictionem abstulit et benediccionem portauit. hec hug. Tho vbi s.
Et beatus bernardus in ser. de virginibus dominicis dicit beata maria sola inter mulieres
benedicta sola a generali maledictione liberata et dolore parturiencium aliena
Thus eciam quia ipsa a generali maledictione est exempta dicit magister qd est ex-
cepta ab originali peccato et speciali priuilegio ab eo preseruata. Et vin-
cencius li. xv historiarum ca. lxx dicit beata virgo maria nisi in vtero
matris sanctificata esset nunc eius natiuitas colenda esset nunc ab
auctoritate tocius ecclesie venerattur. Constat enim ab omni peccato originali im-
munem fuisse quam non solum maledicto expers mulierum soluta est
verum et omnibus benediccionibus condonata est. Et gaufridus dicit nullius
ergo cum nata est delictis subiacuit nec originale potius in vtero sanctifi-
cata contraxit hec ille. Et marsilius in sexto sentenciarum dicit originale
non habuit et actuale non commisit. Et quia eodem priuilegio gaudet im-
peratrix augusta quo et imperator prout dicit lege sig ff de constitu-
cionibus in principio ergo maria augusta virgo maria et sponsa maior
et imperatoris regis eodem gaudet priuilegio quo et christus qui exceptus est ab
originali peccato et eciam assumpsit de beata virgine ergo et ipsam debuit
preseruare ab originali peccato nec obstat lex ista a deo data vetus peccatum
adE qui legem dedit et fecit supplicare potuit et per dispensare
sic in lege circumcisionis data abrahe dispensat per xl annos
in deserto sic per iosue v. et de ista dispensacione loquebatur angelus
Gabriel marie cum dicit Ne timeas maria spiritus sanctus superueniet
in te et virtus altissimi obumbrabit tibi ideo quod et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei quia
non est impossibile apud deum omne verbum Luc. i. Eciam iacobus qui plus
deus potest facere quam aliquis dicere intelligere uel cogitare quia omnipotens
est. Et ysaie xxvii dicitur de beata virgine sicut luce meridiana clara
est sic sine omni peccato. Vltima prerogatiua seu priuilegium bte virginis
consistit in adepcione corone glorie inestimabilis qua coronauit eam filius
suus ipsam portando ad celum dicens ~~veni electa mea~~ illud cant. iiii^o
Veni de lybano sponsa mea veni scilicet de labore ad requiem
de dolore ad consolacionem de languore ad impassibilitatem de-
quibus tangit ysaie xxxii sedebit populus meus in requie opulenta
contra labores in pulcritudine pacis contra dolores in tabernaculis
fiducie contra languores. Veni de penuria ad diuicias quia pau-
pera et diuicie in domo eius veni de egipto ad heron
de seruitute ad diuiciam de turbacione ad pacem de oppressione
ad libertatem veni coronaberis multiplici corona propter multiplicem
victoriam corona victoria pudoris xiiii Corona superbi diuicie
corona i. statura Corona eterna et gloria super capud eius et hodie coronasti
eam domine et posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. In qua
quidem corona virginis bte sunt xii lapides preciosi scilicet castitas humilitas et
innocencia fides caritas et circa dulcior pietas ac clemencia morum

dignitas et exaltacio / Pulcra pietas alta clemencia / O cuius maturitas alta prudencia / Candida humilitas et subiectio / Pura benignitas et complacencia / Celestis sublimitas et eminencia / Pura affectus et penitencia / Longa soliditas et permanencia / Fortis stabilitas et pacientia / Dei timorosa pietas et reverencia / Ecce qualiter hec Apocalipsis xii In capite eius corona stellarum xii. i. virtutum / Et ultimo iam sufficiat aliqua dicta sunt de laude et excellencia genitricis dei quamvis insufficienter et inconcinne / Et ideo quia in recommendacionem matris dei lingwa mea deficit / non tantum mea sed et angelica / et meus non sufficit / Ex quo maior est omni laude / ut tantum laus eius de ore hominum dei recedat / Judith xiii° Et quia ex dictis est / quod theothocos non est concepta in peccato originali occasione quorum pro ampliori materia dictorum moveo questionem

q°

Utrum Christi theotocos fuerit immunis ab omni crimine actuali / sit concepta in peccato originali / Et primo arguitur contra presuppositum / Christi theotocos non fuit immunis ab omni crimine actuali / presuppositum quod Christi theotocos ... patet per illud / Regum viii Non est homo super terram qui non peccet / Et Job xxv Nemo mundus a sorde / nec infans unius diei / Et Proverbiorum xx Quis potest dicere mundum est cor meum purus sum a peccato / et de multis aliis / Igitur quo ad presuppositum falsum / Sed quo ad quesitum quod sit falsum patet / quia a lege generali omnium hominum originali propagatione conceptorum non excipitur Christi theothocos / sed concipi in peccato originali est de lege generali omnium hominum / igitur Christi theotocos est concepta in originali peccato / quod fuit quesitum / et antecedens est Augustinus de fide ad Petrum capitulo xxv firmissime tene / et nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri et mulieris concipitur / cum peccato originali nasci impietati subditum / mortique subiectum / et ob hoc necesse nasci filium / a qua nullus liberatur / nisi per fidem mediatoris dei et hominum Jhesu Christi / qui sine peccato conceptus est / sine peccato natus / sine peccato mortuus / igitur quo ad quesitum falsum / In oppositum pro veritate suppositi est Augustinus in libro de natura et gracia circa principium excepta sancta maria virgine de qua propter honorem domini nullam prorsus cum de peccatis agitur habere volo questionem / Et Richardus in sermone de sancto victore Nondum erant abyssi etc. dicit / Non decuit ut caro marie qualicumque obnoxia culpe esset / igitur quo ad presuppositum verum / Sed veritas quesiti patet per illud Canticorum iiii° Tota pulchra es amica mea / et macula non est in te / glosa allegata neque originalis neque actualis culpe / igitur quo ad quesitum verum / In qua questione concurrunt duo articuli / In primo ponitur notabile / In secundo conclusiones cum corollariis

Quantum igitur ad primum de presupposito questionis videlicet de actuali peccato non intendo in presenti me multum occupare / quia in aliis disputacionibus de peccatis actualibus sufficienter dixi / Quantum tamen ad propositum noto / quod peccatum originale est quedam inglorietas / aut ignominiosa condicio / sive originalis reiectio seu carencia originalis iustitie inesse debite prout imputatur ad offensam divine maiestatis / consequenter omnem hominem in statu nature lapse ex decreto divine sentencie late in humanum genus ab eisdem seminaliter propagatum ob demerita primorum parentum / Ex hac diffinicione patet / quod ad hoc ut peccatum originale contrahatur requiruntur tria / videlicet demerita primorum parentum / sentencie aut legis divine certum decretum / et quod homo sit ex humano semine naturaliter propagatus / Cum igitur contractio originalis peccati proveniat ex necessitate nature corrupte / et ex decreto divine sententie / hac dupliciter

racione sistendo nisi ex actione dei a peccato / a peccato originali relevari homo
non potest / illi enim dispensatio hec competit / qui est legis moderator vel auc-
tor / hic autem est deus ut dicit Anselmus dicens chirographum decreti
est dei non originali / Similiter licet persona singularis per aliquas suas con-
diciones que proveniunt racione aliqua individuali / non tamen supra
eas que sibi competunt toti humane nature / ex aliqua generali racione ut
si dicamus quod ex parte podagro / vel habente morbum caducum / ut frequenter
generatur filius non carens huiusmodi viciis / esto / quod auxilio medicine
/ vel alios possit efficere / quod huiusmodi vicia que proveniunt racione decordi-
nationis / sive defectus persone sue / non comitantur ~~generationem~~ prolis generatoris
/ non tamen poterit quocumque nature auxilio efficere / quod filius ab eo genitus
non nascatur cum ponderosa gravitate / aut passibilitate vel mortali-
tate / hec enim sunt condiciones que consequuntur naturam humanam / secundum huiusmodi
statum miserie vite / et ideo persona singularis supra illas non potest / Sic
esse dicitur de originali peccato / quod ex delicto divine sententie / propter deme-
ritum primorum parentum / consequitur omne humanum genus ab eisdem se-
minaliter propagatum / quod nisi ex speciali auxilio dei / qui est lator sive
/ et conditor nature a peccato originali homo liberari non potest / Hinc est quod
quicumque homo descendit ab Adam per seminalem propagationem quando manu
divina non sustentatur / sed dimittitur sue nature / statim incidit in
legem corruptionis nature ut contrahat peccatum originale / quemadmodum
grave ex alto dimissum nisi sustentetur ex aliena actione / quan-
tum est ex sua condicione nature / statim usque deorsum cadit / Mo-
dum autem traductionis peccati originalis qualiter in omnes transit po-
nit beatus Thomas 1 2e q. 81 ar. 1o primo in responsione principali ad
quod dimissis opinionibus dicit quod omnes homines qui nascuntur ex Adam
possunt considerari ut unus homo / inquantum conveniunt in natura quam a
primo parente accipiunt / secundum quod in civilibus omnes qui sunt unius
communitatis reputantur quasi unum corpus / et tota communitas quasi unus
homo / Porphirius etiam dicit quod participatione speciei plures homines sunt
unus homo / Sic igitur homines multi ex Adam derivati sunt tamquam mul-
ta membra unius corporis / actus autem unius membri corporalis puta
manus non est voluntarius voluntate ipsius manus / sed voluntate
anime que primo movet / unde homicidium quod manus committit non impu-
tatur manui ad peccatum si consideretur manus secundum se ut divisa a
corpore / sed imputatur ei inquantum est aliquid hominis qui movetur a primo
principio motivo hominis / Sic igitur inordinatio que est in isto homine
ex Adam generato non est voluntaria voluntate ipsius sed voluntate
primi parentis qui movet motione ~~generationis~~ generationis omnes qui
ex eius origine derivantur / sicut voluntas anime movet omnia membra
ad actum / unde peccatum quod sic a primo parente in posteros derivatur dicitur ori-
ginale / sicut peccatum quod ab anima derivatur ad membra corporis dicitur actuale
/ et sicut peccatum actuale quod per membrum aliquod committitur non est peccatum
illius membri / nisi inquantum membrum est aliquid ipsius hominis
propter quod vocatur humanum / ita peccatum originale non est peccatum huius persone / nisi

iniquitatem hec persona recipit nisi a primo parente Unde et vocatur
peccatum nature / secundum illud Ephes. ii Eramus natura filii ire Unde secundum
quod peccatum originale / potest tripliciter contrahi / scilicet causaliter et radicaliter / et
formaliter / sicut enim eadem anima scilicet Sortis ab Adam secundum carnem propagata
contrahit peccatum originale formaliter / causaliter et radicaliter / et hic modus quo
est contrahendi peccatum originale / quod in Adam fuit actuale radicale et
mortale / et racio est quia in eo fuit voluntarium / Secundo modo nec formaliter / nec ra-
dicaliter / nec causaliter / et aliter Christus non habuit peccatum originale / Tercio me-
dio modo / inter primum et secundum modum / scilicet radicaliter et causaliter / sed non
formaliter / et sic beata virgo non contraxit peccatum originale / ex quo ipsum nunquam
habuit formaliter / sed causaliter et radicaliter / sic quod in radice et in causa
habuit ipsum scilicet in suis parentibus / sed non formaliter / quia peccatum originale forma-
liter nunquam fuit in anima virginis gloriose / immo nec in carne eius benedicta
Et Racio quia illa massa ex qua erat corpus formandum beate virginis / fuit in
eodem instanti concepcionis infecta / licet ex parte seminancium seu parentis fuit
in eadem qualitas morbida / sed extremus qua fuit in deformandum corpus virginis
fuit infecta licet non sanctificata / prout de prima clausula dictum est / Et racio
est quia nihil potest esse sanctificari / nisi illud quod est susceptivum gracie et peccati /
Et hoc est sola anima racionalis / In illa autem massa ex parte seminancium
seu parentum fuit qualitas morbida / racione cuius consimilis qualitas morbide
ex conmixtione anime ad carnem / sicut in aliis hominibus constituitur origi-
nale / Cum ergo imperfectio ista seu qualitas morbida / non sit subiecta car-
nis / Sed realiter distincta ab ea / possibile fuit preservari istam massam ab
infectione / seu a tali qualitate morbida / quod et factum est / inquinatum
extra debuit formare corpus virginis / [illegible] infecta fuit ex parte parentum
Et pro confirmacione huius potest adduci exemplum illud Augustini in epistola
ad Seleucianum ubi dicit sic Si anima Christi fuisset ex Adam traducta / non fuis-
set reatu hoc originale peccatum / quia in eodem instanti fuisset sanctificata / quod fuit
introducta / et similiter est intelligendum de corpore virginis gloriose / et ideo quia non
necessitat plus deus ad diligendum hominem in primo instanti sui esse / quam
ad diligendum / sed pro quocumque instanti potest diligere eciam potest diligere / sicut ergo
cum deus cum sua gracia non prevenit / sed homo dimittitur sine gracie
in tali primo instanti sui esse contrahit originale peccatum / Ista beata virgo
iam concepta carens in tali illius anime preveniente divina gracia contra-
xisset originale peccatum / sanctificatores credunt accepisse / Et Anselmus in
libro de virginali conceptu capitulo primo dicit quod eadem punicio / potest esse iusta et
iniusta / Iusta quidem si puniatur qui debet puniri / iniusta autem si ille pu-
niatur qui non debet punire / ut cum peccatis ab eo / ad quem non pertinet punire
/ quamvis et iste debet puniri / et ille non debet punire / et debet / et non debet esse
punicio / est ideo recta et non recta negari non potest / sic hoc peccati potest respectu
alter diversam racionem / potest dici recta et non recta / Ergo similiter in proposito
istam massam ante formacionem beate virginis / possibile est recte infectam sine
non rectitudinem / ex parte vero sui iniquitatem debet extra corpus im-
maculate virginis formandum / possibile fuit / quod haberet mundiciam et rectitudinem
/ Et tamen aliud dando beate virgini non est contra prerogativam concepcionis
filii / quia filius suus conceptus est mundus de munda virgine / gloriosa a virgo con-
cepta ex munda / sed de immundis parentibus / et ceteri homines concepti sunt

mundi / et de infidelibus parentibus. Ex quo patet quod virgo gloriosa / numquam fuit
originali peccato formaliter maculata / cum tamen ex parte parentum potuit contra-
xisse maculam / radicaliter / et causaliter / nisi ex speciali gratia dei ab ea fuisset
preservata / Patet ex notabili / et posset de hoc poni quod exemplum in
trunco vel stipite spinoso / qui si relinqueretur sicut est / produceret ramos
spinosos / si tamen fuerint inserti ei rami / non spinosi / profert ramos
non spinosos / sic et imaginandum est et dicendum de conceptione virginis

De quiditate vero peccati originalis / quid sit formaliter / sunt due famose
opiniones / Una magistri in 2o sententiarum / alia anselmi primo de conceptu
virginali fere contrarie / de quibus vide in questione de conceptione virginis
gloriose / quam alibi disputavi / et de multiplici sensu nominis / et de aliis
pluribus ibi dictis / Secundo principaliter notandum / quod duplex est concep-
tio hominis videlicet materialis et personalis. Materialis est illa que est in seminis effu-
sione et completur usque ad perfectam organizationem corporis in membra di-
stincta / ita quod iam intelligitur in eo esse completa dispositio ad susceptionem
anime rationalis / Personalis vero conceptio dicitur / cum primum ex qualitate anime ad
corpus venientis efficitur iam personam rationalem et hominem / que quidem con-
ceptio capitur dupliciter / primo modo pro actu / vel habitu / cui repugnat gratia
gratum faciens / et hoc modo sumitur peccatum ab augustino contra faustum / et
in libro de libero arbitrio / quando dicit quod peccatum est dictum / vel factum / vel con-
cupitum contra legem divinam / de quo supra dictum est in primo nota-
bili / Secundo capitur magis large / pro actu / habitu vel passione / qui
est principium vel sequela peccati proprie dicti / et isto modo capitur ab apostolo ad Romanos 7o
ubi dicit quod volo facio / non ego operor illud / sed quod in me habitat
peccatum / hoc modo sumitur a sanctis doctoribus / quando dicitur / concupiscentia concupi-
scentia / fomes sunt peccatum et similia / Tercio sumitur largissime pro hostia obla-
ta pro peccato / et large dicto / isto modo capitur ab apostolo 2 Cor. 5o quando
dicit / eum qui non noverat peccatum / pro nobis peccatum fecit deus pater
id est secundum nicolaum de lira hostiam pro peccato / que vocatur peccatum in scriptura osee
4o peccata populi mei comedunt. id est hostias a populo pro peccato oblatas / et sic beata
virgo habuit peccatum / quia obtulit unam hostiam deo patri Illud pro filio tulerunt
illum in iherusalem ut sisterent eum domino / Tercio principaliter notandum quod quando prin-
ceps statuit aliquam legem / potest in casu prout sibi videtur dispensare ut
manifeste patet per multiplicatas leges et canones / deus enim de facto multas
leges protulit in quibus postea dispensavit / Nam in lege matrimonii
hec enim a principio fuit quod unus una contentus esset / nec licet eam
repudiare dimittere / prout salvator declarat Matthei 5 et 19 / et ecclesia hanc
formam observat / videmus autem quantum ad primam partem fuisse con-
trarium a sanctis patribus observatum abraham iacob david et aliis
multis / qui absque peccato / immo sancte et meritorie / plures simul habuisse pro-
bantur dicitur / decet magistrum legis conditorem exemplum / non tam ad con-
tinentiam legis quam ad iudicium rationis attendere Vide magistrum h. Oinga in
4o de peccati religione / et quando sit supra legem dictavit quod iuste et rationa-
biliter id facere ordinate dicitur facere secundum illud vulgare invidia dispen-
satio legis est interpretatio eius

Quantum igitur ad secundum articulum ex premissis notabilibus sit hec prima conclusio

2us ar.

Cristi theotocos p sctificacois gram copiosam immunis fuit ab omi
crime actuali / pz ista aclu° ex notabili quarto / et probat cotra omnes sacre
theologie doctores / Nam ut dicit Augus in de na et gra / Hac ergo pgine excepta
ptam si omnes sci et scte dei congregari possent / et quereret ab eis an pctm
haberent / quid responderent / nisi quod Johannes qui in sua canonica 1 Johis 1
Si dixerimus quod pctm non habemus nosipos seducimus / Et probatur sic
Jone sctificacio vginis gloriose eminencior fuit qz sctificacio bti Johis bapte
sed de bto Johanne baptista legit / nec leui saltem macula vitam suam
possz / Si igit btus Johannes vitauit venialia / videt quod xpi theotocos
omnia vitauerit pcta p gram sibi superabundanter datam / Hoc enim con
gruebat aduocatam gntis huane / ut nullum haberet pctm quod eius con
sciencia remorderet / Unde di Bo venitud in scpto eius dixit si audiui
narrari quod ipa eandem psone reuelauit / quod no reprehendebat eam cor suu
in omi vita sua / Congruu erat etiam ut xpi theotocos p quam auferetur
nobis opprobrium / vinceret ita dyabolum / ut nec ei succumberet ad
modicum / Unde de ipa exponit etiam btus bernardus qz b. Augus 1
Gen ingssa conteret caput draconis / Si igit suggestio est caput dyabli
nulla suggestio locum habuit in mente vginis / Et ita etiam a mortali
immunis fuit qz a veniali / Congruum erat fuit ut di Bona ventura
ubi supra / ut illa que placuit altissimo adeo / ut fieret eius sponsa
et mater filii dei vnigeniti / sic esset immaculata in mente / sicut intc
merata corpe / quia igit ~~beata virgo mater~~ xpi theotocos aduocata est
pctorum / gloria et corona iustorum / sponsa dei et totius trinitatis tri
clinium / et spealissimu filii reclinatorium / hinc est quod speali gracia
dei nullum in ea pctm habuit locum / ergo q° vera
Et confirmat sic / De nulla aia pt dici tota pulcra es amica mea
et macula non est in te congruencius qz de xpi theotocos ubi aut
est aliq culpa actualis / de ea sto pt recte dici / ergo in xpi theotocos nulla
fuit culpa actualis p gram sibi datam et p aus q° vera
Coro^m primu ergo xpi theotocos nunqz peccat mortalit / pz ex pbacione q°le
Coro^m scdm xpi theotocos nunqz peccata veniale pz similiter ex pbacione q°le
Coro^m tciu xpi theotocos post scdm sctificacionem nunqz potuit peccare
Pz sic quod si xpi theotocos potuit peccare / potuit in pcto pseuerare / ergo po
tuit dampnari / sic matrem dei et reginam celorum dampnari in inferno
omnio est impossle / ergo et illud ex quo sequit / Sz hoc est posse ipam posse peccare
Et confirmatur sic / dignior fuit xpi theotocos ex hoc quod mater dei effecta
est qz sit aliquis angelus in celo / Si ergo angeli boni in gra sunt confir
mati ita quod peccare no possunt / multo magis xpi theotocos / ergo coro^m verum
Conclo scda xpi theotocos nunqm fuit pcto originali fedata / pbatur
sic pctm originale inest omnibus filijs ade ex sna diui decreti ve
lud quoddam debitum / qd ab ipis p pcto primi parentis exigit / ex scdo
notabili / sed xps dicit in xpo / quod tributum non exigit a filijs
regis / sed ab alienis / et si no accipit tributum a filijs / nunqd ex
igit a matre / videt quod minime / ex quo pz quod tributu siue debitud pcti

primi parentis ergo quod ab aliis filiis ade exigatur / numquid deus a sua
debuit matre exigere imputando eidem quod alienis peccatum originale
sed prover. dicit filius sapiens letificat patrem / stultus homo
despicit matrem suam / Si autem christus permisisset matrem suam ori-
ginali peccato fedari videtur quod eam despexerit / sed hoc villanicum est dice-
re / ergo christi theothocos numquam fuit originali peccato fedata / et
confirmatur sic honor matris refertur ad filium ut dicit damasce-
nus / sed omnis honor debetur filio christi theotocos maxime quantum ad
immunitatem peccati / si igitur ad honorem filii spectat habere matrem pu-
ram et sanctam / ergo christi theotocos immunis fuit ab omni culpa tam
originali quam actuali / ergo conclusio vera / Corollarium primum / et si omnes
homines per seminalem propagacionem ab adam descendentes in peccato
originali conceperunt / tamen christi theothocos numquam fuit peccato origina-
li fedata / patet ex probacione quarte / Corollarium secundum christi theotocos numquam
fuit deo odiosa / patet ex probacione quarte / Corollarium tertium / deus debuit
preservare christi theotocos ab originali peccato propter preceptum de honorare
parentum / patet ex probacione quarte / Conclusio tercia christi theotocos
a deo preservata fuit ne peccatum originale prout est deformitas perso-
nalis umquam contraxit / probatur sic ex quo quicquid deus facere potuit debuit
ac decuit facere decuit aliud fecit / et numquam / sed hanc preservacionem christi theo-
tocos deus facere potuit et debuit ac decuit facere decuit / ergo fecit / antecedens patet
[illegible] ex persona dei quod est quod ultra facere debui vinee mee et non
feci quod nichil de hiis que facere debui omisi / sed hoc probat quo-
ad primum videlicet quod deus hanc preservacionem facere potuit ex notabili quarto
et probatur sic aliquo causa insensibiliter deficiens non est potencior
ad effectum inesse ponendum quam causa positiva / ac vere efficiens / sed
deus potest suspendere actum cuiuslibet cause vere efficientis / ergo multo am-
plius potest suspendere operacionem cuiuslibet cause defective / hoc est ma-
nifestum in theologia / et de hoc sunt quatuor exempla in sacra scriptura / pri-
mum est quod deus potuit suspendere ignem / qui vere est causa efficiens
ab actu calefaciendi et comburendi / ut de daniele et sociis suis
positis in camino ignis / quorum nec vestimenta fuerunt combusta
danielis iii° / Secundum est danielis vi° quod deus conclusit ora leo-
num et quamvis famescerent esset quod coram daniel in lacu non
potuerunt contingere eum / sed inimicos statim devorauerunt / Tercium
est de eodem danielis xiiii° / Quartum est de iona in ventre ceti ione
ii° / et ita similiter potest dici de qualibet alia causa que suspenditur in acci-
one sua / Cum igitur peccati nulla sit causa efficiens / sed deficiens / se-
quitur quod deus potest suspendere huiusmodi generacionem / et sic aliquis nasceretur nec
contraheret peccatum originale / Et ideo quod deus plura potest facere quam intellectus
humanus intelligere / Et confirmatur sic / deus potuit semen quo christi
theothocos propagata fuit preservare a qualitate morbida / ex cuius
commixcione fetus inficit originali macula / ergo potuit christi theothocos

preservari ab huiusmodi macula / 2a [illegible] quia preveniente causa prevenitur effectus huiusmodi / unde in paradiso fuissent generati homines sine originali peccato propter puritatem seminis et carenciam huiusmodi morbide qualitatis / ergo potuit christi theotocos preservari ab huiusmodi macula / sed ante prius [illegible] quia virtute divina prius potest separari a posteriori / sed semen naturaliter est prius illa morbida qualitate contracta ex peccato primi hominis / ergo prius [illegible] ab illa per peccatum / Sed ad secundum quod deus hanc preservacionem christi theotocos facere debuit probatur sic omnis filius iuxta continenciam legis divine debet exhibere matri honorem qui sue non derogat dignitati / Exodi xx Deutero v et ad Ephes vi / sed christi theotocos fuit mater filii dei / ergo filius suus debuit eam honorare / Sed quia hic honor iuxta communem doctrinam dicitur consistere in duobus / in exhibicione reverencie et debita subvencione / Si filius tenetur subvenire matri in corporalibus / multo amplius in spiritualibus / unde si deest imminente casu / cui potest eam preservare ne ipsa lapsa deturpetur in lutum / a forciori ne in peccati casus gravior et maius periculum / maior est enim labes et vulnus anime quam ipsa macula et plaga corporis / Cum ergo filius virginis ut iam dictum est potuit facere ne contraheret culpam / sequitur quod secundum preceptum legis debuit eam preservare / quod autem christus debuit implere hoc mandatum legis divine patet quia erat sub lege Galat iiii Cum venit plenitudo temporis misit filium suum natum ex muliere factum sub lege / Ipse etiam de se professus est Math v quod non veni solvere legem sed adimplere / de hoc etiam Augustinus in libro de fide ad Petrum dicit quod solus christus a patre et spiritu sancto factus est ex muliere / qui ipse factus est sub lege quam dedit / Et confirmatur sic sicut quilibet tenetur diligere matrem suam / ita tenetur precavere omnia que sunt causa odii et impedimenta dileccionis / sed constat quod peccatum originale est impedimentum dileccionis divine et causa odii / ergo filius virginis debuit eam ne ipsius incurreret odium preservare / Sed quod deum hanc preservacionem decuit probatur sic / valde decet sponsam quod sicut a suo sponso dilecta / sic saltem dilectam se exhibere / non habendo in se aliquid / propter quod merito debeat odiri patet quia cum dileccio secundum apostolum Ephes v sit prius precipua in coniugatis decens non fuisse omne quod retrahit ab amore / sed semel peccasse retrahit a perfecta dileccione / ergo beatam virginem sponsam dei / omni digna dileccione decuit magis fuisse [illegible] nec peccasse / quod autem semel peccasse retrahit a perfecta dileccione manifestum est / constat enim quod omne peccatum displicet deo Sapie xiiii° / Similiter odio sunt deo impius et impietas eius / Sicut igitur peccare deo displicet / ita et peccasse / igitur patet pro omnibus partibus veritas et prima conclusio vera / Corollarium primum christi theotocos potuit preservari a deo ne contraheret peccatum originale / Corollarium secundum decens fuit christi theotocos preservari ne contraheret peccatum originale / Corollarium tercium deus debuit christi theotocos preservare ab originali culpa / patet omnia ista corrolaria ex probacione conclusionis / Conclusio quarta et finalis / Cuius gestientes salutem finalem feliciter attingere / patet utile est eidem beatam virginem singulari dei privilegio preventam firmiter et pie credere sine originali peccato conceptam que conclusio probatur multipliciter / primo auctoritatibus patrum / secundo racionibus doctorum / 3° signis scripturarum / quarto audiencia miraculorum

q° [illegible]
h[oc] quod est [illegible]
et fieri [illegible]
[illegible]
et peccatis [illegible]
Augustinus [illegible]
[illegible] fundamenti [illegible]
[illegible]
[illegible] commoneret
Et [illegible] x [illegible]
Et [illegible] libello [illegible] vel [illegible] alii doctores
[illegible]
[illegible] est [illegible] vitalis

1. utrum gloria potuit preservari a deo ne contraheret peccatum originale
2. decens fuit utrum gloriosa preservari ne contraheret peccatum originale
3. dicitur liberata utrum gloriosa preservari ab originali culpa
4. [illegible] ad questionem est [illegible] patet quod deus

quarum probationes hic causa brevitatis ommitto. Sed videantur in determinatione questionis eiusdem per me disputate. Secundum quartum quod ergo ut propositum quo ad quesitum est satis patet ex deductis. Quod tangitur ante oppositum dico ad auctoritatem beati Augustini quod ipse Augustinus loquitur de omnibus hominibus preter Christum et generaliter cum glosam, et ideo Augustinus dicit de nativitate et sic de matre domini cum de peccatis agitur nullam volo prorsus habere questionem. Vel aliter dico quod loquitur de lege communi et de eo quod fit secundum naturalem conceptionem hominis nam sic debet contrahere et per hoc illa auctoritas non preiudicat virginis glorie privilegio speciali quo filius dei in sua matre preelecta hanc maculam dispensatione prevenit qua tota natura humana in ceteris puris hominibus inficitur etc. Sequitur Sed et horum apostolorum festivitates etc. Merito hic fit memoria apostolorum quia ipsi nobis tradiderunt formam et ritum offerendi hoc sacrificium I ad Cor. XI. Et huius sacrificii testes fuerunt passione Christi que in hoc sacrificio memoratur verbis predicationum et effusione sui sanguinis testimonio probaverunt. Et nominantur XII apostoli et XII martires quia pro testimonio dei et testimonio fidei XII apostolorum sua corpora tradiderunt. Sequitur ac martirum. Aliquis posset obicere quod non tantum dicitur apostolorum ac martirum quia hic nominantur Johannes apostolus et evangelista qui tamen non sustinuit martirium iuxta dictum domini Johannis ultimo sic eum volo manere. Respondetur secundum beatum Gregorium quod duo sunt genera martirii unum mentis et voluntatis alterum in mente et actione simul. Et subdit beatus Gregorius itaque martires esse possumus etiam si nullo ferro perimamur. Tunc quidem perseverantie quippe a persequente est martirium in aperto opere sed ferre contumelias et odientem diligere martirium est in occulta cogitatione. Filii Zebedei scilicet Jacobus et Johannes cognitus non per martirium occubuit uterque et tamen quod uterque calicem domini bibet audierunt Johannes evangelista per martirium nequaquam vitam finivit et tamen martir extitit quia passionem quam non sustinuit in corpore servavit in mente. Et nos ergo eius exemplo sine ferro martires esse possumus si patientiam in animo veraciter custodimus. Et ideo dicit Si enim adiuvante deo nos virtutem patientie servare contendimus et in pace ecclesie positi palmam martirii tenemus. Sequitur Petri qui apostolus ecclesie maioris fervoris fuit. Unde cum Christus ter ipsum interrogaret dicens Petre amas me Johannis ultimo respondit tu scis domine quod amo te scilicet pre ceteris. Petrus quod dicitur fecit cum clavigerum celi. Qui in ecclesia primitiva modum consecrationis et celebrationis misse adauxit ultra verba consecrationis dominicam orationem adiungens secundum quem modum in partibus orientalibus dicitur celebrasse ubi post passionem Christi quatuor annis kathedram tenuit sacerdotalem ut dicit rationale. Et Petrus interpretatur agnoscens discalcians agnitus et dissolvens. Petrus dictus est a petra quod est caput quia caput apostolorum. Symon quod est audiens dictus est et Bariona quod est filius columbe aut simplicitatis. Primo fuit piscator et tandem Christi imitator et deinde postea predicator et finaliter totius ecclesie imperator et ultimo serenissimus triumphator. Ex quo elicio quod Petrus quatuor habet interpretationes quatuor nominationes quatuor habet

statim distinctiones / et presertim tres conditiones intelliguntur xii petri proprietates / nempe petrus est nomen sagacitatis / atque discretionis quia interpretatur agnoscens / non utilitatis atque subiectionis / eo quod interpretatur discal-
cians / non [famositatis] et reputationis / quod interpretatur agnitus / non non
utilitatis et liberationis / quod interpretatur dissolvens / nomen sublimitatis
et contemplationis / quod dicitur cephas / quod est caput / nomen sedulitatis
et obedientie / quod dicitur simon / quod interpretatur audiens seu obediens /
Nomen simplicitatis atque devotionis quod dicitur bariona / quod interpretatur fi-
lius columbe / nomen stabilitatis atque durationis / quod dicitur petrus a
petra / scilicet super quo edificata est ecclesia / nomen penalitatis et occupa-
tionis quod fuit piscator / nomen conformitatis et imitationis / quod se-
cutus fuit dominum christum / nomen auctoritatis et iurisdictionis / quod fuit
prelatus et pastor / nomen felicitatis atque salvationis / quod feliciter fuit
salvatus / Has itaque xii conditiones seu proprietates habuit beatus petrus / quas
etiam habere debet omnis prelatus secundum hec / Petrus enim gessit figuram omnium pre-
latorum / et ideo prelati qui sunt in ecclesia petri successores / debent esse in
predictis conditionibus xii quo ad petri imitationem / Petrus enim habuit primo
sagacitatem atque discretionem / quod agnoscens interpretatur / prelatus
enim debet agnoscere / quid sit agendum / quid omittendum / quid credendum / et
a quo cavendum / quod malum / et bonum prosequendum / Debet etiam agnoscere
merita subditorum / ut ipsos possit repellere vel promovere / secundum quod viderit
opportunum / iuxta illud prov. xxvii Diligenter agnosce vultum pecoris
tui / greges quoque tuos considera / Et eccli vii pecora tibi sunt attende illis
et si sunt tibi utilia perseverent tecum / De ista proprietate notitia beati petri
dicitur act. xii petrus ad se reversus dixit / Nunc scio vere / Secunda etiam
ipsius sue proprietatis apparuit quando per certitudinem apostolus dominum recognovit dicens
mat. xvi tu es christus filius dei vivi / Secundo petrus habuit humilitatem
atque subiectionem / quod ordinatur / enim dicitur petrus qui interpretatur discalcians
quod discalciare alium est officium magne humilitatis / humilitas autem ipsius
notatur luc. v ubi ipse procidens ad genua ihesu dixit / Exi a me domine
quia homo peccator sum / fuit etiam discalcians et se et alios / nam alios
discalciavit corio carnalium per exemplum donatorum et utilitatum / seipsum vero
discalciavit calciamento mundane temporalitatis per paupertatem et humilitatem
Unde de ipso potest intelligi illud ysaie xx ambulavit servus meus ysaias
nudus et discalciatus / Ex quo patet quod petrus habuit subiectionem et humilitatem
mat. xxvi petrus autem sequebatur ihesum / Tertio habuit reputationem atque famo-
sitatem / quod interpretatur agnitus / Famme enim plato est notum quod sit fama
bone apud vulgares / fama enim petri fuit agnita et vulgata / primo
enim gressu per diligentiam exaltata / secundo in progressu per bone fame
divulgationem ipse in cognitione vultus ancille ruebit[?] ei / unde et petro
dictum fuit luc. xxii / Nam et loquela tua manifestum te facit / Quarto
petrus habuit compassionem et pietatem / inquantum petrus interpretatur
dissolvens / quod prelatus debet solvere compeditorum et captivorum vincula
iuxta illud ysa. lviii Dissolve colligationes impietatis / solve fasci-
culos deprimentes / dimitte eos qui confracti sunt liberos / et omne
onus disrumpe / pietas enim valde necessaria est prelato / in cuius signum
ipse petrus fuit dimissus cadere / ut ex casu suo cognita fragilitate

gra discat aliis indulgere / prout dicit b. gregorius in omelia / Johannis xxi
legit de petro / dicit textus quod petrus intuens in illum qui claudus
baiulabatur ex utero matris sue dixit / argentum et aurum non est michi
/ quod autem habeo hoc tibi do / in nomine ihesu christi surge et ambula / Tertio
petrus fuit contemplationem et subtilitatem / quod demonstratur / inquantum
petrus fuit dictus cephas / quod interpretatur caput / quia sicut caput in
corpore locum occupat altiorem / ita petrus pro contemplatione fuit
statum eminenciorem et excelsiorem / unde actuum x dicitur quod petrus
ascendit ad superiora domus / et sicut caput solet omnia membra
corporis regere / ita petrus fuit caput apostolorum et prelatus ecclesie / ut po-
sset alios gubernare / unde dixit sibi christus Johannis primo tu vocaberis
cephas / quod interpretatur petrus / Sexto fuit obedientiam et sedulitatem
et hoc ostendit inquantum dictus fuit symon quod interpretatur audiens / scilicet
obediens / quia ad obedientiam pertinet audire / et audita exequi / et implere
marci iii imposuit symoni nomen petrus / De sedulitate autem
sua dicit luce xxiiii petrus autem surgens cucurrit ad monumentum
/ Septimo fuit devotionem et simplicitatem / quia dicta fuit bariona
quod interpretatur filius columbe / seu filius simplicitatis / unde
qui beatus es symon bariona / quia caro et sanguis non revelavit tibi sed
/ ad hec nec volenti attingere sunt necessaria primo realis essentia scilicet esse
quod significat realem substanciam essencie / Sed huius obediencia
et audiencia / quia symon / id est obediens / Tercio vite simplicitas quia bar-
iona / quod interpretatur filius columbe / unde estote prudentes sicut serpentes
et simplices sicut columbe / Octavo petrus fuit durationem et stabili-
tatem / quia petrus a petra dictus / qui per confirmationem spiritus sancti in
fide fuit firmus et solidus / sicut petra / unde inquit de eo beatus Grego-
rius in omelia / quod petrus qui ad vocem ancille christum negaverat / post spiritus
sancti missionem quante soliditatis et stabilitatis est factus audiamus

/ fuit enim stabilis mala fortiter tolerando / stabilis bona audacter
aggrediendo / stabilis in bono perseverando / fuit stabilis mala tole-
rando / De quo dicit luce v domine per totam noctem laboran-
tes nichil cepimus / fuit enim / mala sustinens / unde dicit christus Johannis xxi
petre cum esses iunior cingebas te et ambulabas quo volebas
/ cum autem senueris / cinget te alius et ducet quo tu non vis /
/ fuit enim stabilis in audaci bonorum aggressione / unde illa vox
fuit petri ad christum Marci xiiii / etiam si oportuerit me mori tecum / non te
negabo / Et Johannis xxi veritatem licet contra intentionem suam / cum ut dei
providencia aliquid disponere / vel permittere aliter fuit subsecutum
/ Stabilis insuper fuit in bono perseverando / quia dicit in eo quod petra ad-
perseveravit pulsans / Ex hiis liquet quod petrus fuit durationem
et stabilitatem in omni bono / et ita attigit felicitatem eternam /
/ Nono fuit emulator veram paupertatem / quod notatur in primo officio
suo / quia ipse fuit piscator / quod est officium pauperum et laboriosum
/ quia ipse pauper et laboriosus fuit / et omnia temporalia amore christi
dereliquit / Marci primo dicit cum et vidit duos fratres in navi reficientes retia sua

petrum scilicet et andream vocavit eos dicens Venite post me faciam vos
fieri piscatores hominum / at illi relictis retibus et patre secuti sunt dominum
Retia enim que ligant hominem sunt bona temporalia. Unde petrus dixit
christo / Mat. xix. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Sequitur
quod petrus fuit imitator et conformitatem / petrus enim legitur
secutus fuisse dominum non solum post ipsum corporaliter ambulando / sed etiam
ei obediendo / ipsum imitando et exemplo eius predicationis officium exercendo
quod utique quilibet prelatus debet facere / ut de ipso dicatur illud Mathei xxvi
petrus autem secutus est dominum. Et luc. xxii dicitur quod petrus sequebatur
a longe / et ubi dicit a longe / quia imperfecte est quod perfecte dominum sequitur
i. ex toto dominum imitetur. Undecimo petrus habuit iurisdictionem et
auctoritatem / quia ipse fuit pastor et prelatus ecclesie / cui dominus dixit Joh.
xxi. Petre amas me pasce oves meas. Duodecimo habuit salvacionem
et felicitatem Luc. ix. Jhesus assumpsit petrum Jacobum et Johannem
adduxit ipsos in montem excelsum i. in paradisum / et sequitur quod petrus
dixit / bonum est nos hic esse / et dicitur ibi quod duo viri steterunt
ante eos / quia tunc deus in sua perfecta [illegible] videlicet in monte
paradisi intuebitur et tenebitur prout iam videt petrus videt et fruitur
deum clara visione et non enigmatica sed speciali facie ad faciem

Pauli Paulus apostolus post conversionem eius que facta est eodem anno
quo christus passus est / et stephanus lapidatus / anno non naturali / sed
emergenti / nam christus octavo kalendas aprilis passus est / stephanus
eodem anno tercio die augusti lapidatus est / paulus vero octavo kalendas
februarii conversus est. Cuius vero conversio potius celebratur ab ecclesia quam
aliorum sanctorum / triplici causa. Primo propter exemplum / ut nullus
quantumcumque peccator desperet de venia / quando eum in culpa tam magnum
conspicit fuisse in gratia. Secunda propter gaudium / ut sicut ecclesia magnam
tristiciam habuit in eius persecucione / ita maximam leticiam habuit de eius
conversione. Tercia propter miraculum / quod dominus in eo ostendit / dum de
crudelissimo persecutore fecit fidelissimum predicatorem et vas electionis. Vere
vas electionis est [illegible] iste / ut portet nomen meum coram gentibus
et regibus et filiis Israel. Cuius conversio fuit miraculosa / ratione efficientis
disponentis / et patientis. Ratione efficientis i. christi qui eius conversionem
fecit in qua ostendit suam mirabilem potenciam / in hoc quod ipsi
dixit / durum est tibi contra stimulum calcitrare / et in hoc quod ipsum
tam subito mutavit / unde [illegible] mutatus dixit / Domine quid
me vis facere Act. ix. Super quo dicit Augustinus [illegible] agnus a
lupis / facit agnos ex lupis. Iam parat se ad obediendum qui prius
seviebat ad persequendum. Secundo eius mirabilem sapientiam [illegible]
[illegible] a tumore superbie deiecit / ostendendo
humilitatem enim sapientia fuit in hoc quod ipsum [illegible] / non sublimia maiestatis ego inquit
infirma ~~humanitatis~~ [illegible]
sum Jhesus nazarenus
gloriosa non deum vel dei filium se vocat / sed humilitatis mee infirmitatem
suscipe / et superbie tue squamas depone. Tercio in sua conversione declaravit
ostendit suam mirabilem clementiam / quod ex hoc patet / quod ipsum existentem
in actu et voluntate persequendi convertit / licet enim haberet deformem
affectum / quia spirabat in discipulos domini / perversum conatum quia accessit

ad principes sacerdotum etc. Sic se ingessit non petitus. Primo
sum acceptum ut vinctos perduceret in ierusalem. Et ideo cum iter
pessimum esset ipsum tamen mira divina convertit. Unde in persona ipsius
potest dici illud Jeremie 31: Postquam convertisti me egi penitentiam. Secundo
eius conversio fuit miraculosa ratione dispositionis id est lucis que ipsum
ad conversionem disposuit. Ipsa enim lux fuisse subita dicitur im-
mensa et celica. Et subito inquit circumfulsit etc. Circum-
fulsit eum lux de celo. Paulus enim tria vicia in se habebat. Primum
erat audacia quod notatur in hoc quod dicit: accessit ad principes sacer-
dotum etc. Glosa: non vocatus sed sponte zelo cogente eum. Secundum
erat superbia quod notatur in hoc quod dicit: spirans in discipulos etc. Tercium
erat carnalis intelligencia quam scilicet in lege habebat. Unde glosa super
illud: Ego sum ihesus etc. Ego deus de celestibus loquor quem mortuum
putas sensu iudaico. Ipsa igitur lux divina fuit subita ut audacem
reprimeret. Fuit immensa ut sublimem et superbum animum in imum
humilitatis consterneret. Fuit celica ut carnalem eius intelligenciam
in celestem mutaret. Hec potest dici tercia dispositio fuit in celis scilicet in
voce acclamantis, in luce fulgentis et in potestate potentis. Tercio fuit mi-
raculosa ratione perfectionis id est ipsius Pauli in quo facta est ipsa conversio.
In eo enim hec tria certius miraculose facta fuerunt scilicet prostracio, obcecacio
et triduana ieiunacio. Est enim prostratus Paulus ut erigeretur. Ceca-
tus est ut mutaretur. Missus est ut pro veritate pateretur. Item Augusti-
nus: Elisus est seviens, elisus est lupus et factus est agnus, elisus est
persecutor et factus est predicator, elisus est filius perdicionis, erectus (electus)
est vas electionis. Est obcecatus ut illustretur quantum ad tenebrosum
intellectum. Unde et in illo triduo quo mansit cecatus dicitur quod
doctus fuit evangelium. Non enim accepit illud ab homine neque per hominem
ut ipse testatur sed per revelacionem ihesu christi. Augustinus: Paulum dico perfectum
athletam christi doctum ab illo, unctum de illo, crucifixum cum illo
et gloriantem in illo. Paulus namque post conversionem suam multas perse-
cuciones perpessus est quas beatus Hilarius breviter enumerat dicens: Paulus
apostolus in Philippis virgis ceditur, in carcere ponitur et in ligno pedi-
bus affigitur, in Listris lapidatur, in Iconio et Thessalonica ab impiis
persequitur, in Epheso feris datur, in Damasco per murum in
sporta deponitur, in Ierusalem sistitur, ceditur, ligatur, insidiatur, in Cesa-
rea clauditur, criminatur, navigans in Italiam periculo mergitur, Romam
veniens sub Nerone iudicatur et occisus finitur. Nec mirum quia
oportebat in eo impleri dictum veritatis Actus 9: Et ego ostendam illi
quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Unde ipse a deo correctus fuit.
Nam sicut per electuarium herbarum et specierum medicus herbas contrarie
sole et purum ab impuro separat et dividit et sic medicinam utilem
separat, ita deus Paulum primo elegit qui erat ab eterno predestinatus
et loco et tempore competenti a deo est vocatus. Ipsum ergo tandem per tri-
bulaciones concussit et per compunctionem contrivit. Sic ergo ipsum correxit
et in virum perfectum transtulit et medicinalem condidit. Quod
patuit Actus 9 quando splendore divino fuit deiectus ad terram, pro-
stratus, lumine privatus, et sic concussus extitit et contritus dicens: Domine
quid me vis facere. Et dicere contritus sum et concussus et paratus in omni

obedie / Sextum fuit quod a deo ad terram deiectus / Act. ix. Paulus visa luce et
audita celesti voce ad terram cecidit / et viso predicatus territus supra modum
extitit / In quo notatur quod illi qui ad deum volunt conuerti / ad terram id est
solus inferior . i . ad statum humilitatis / id est ad terrenitatis memoriam debent
deici et prosterni / Unde ut dicitur sapiens proverb. / etc. potest conuerti et sanari
sursum visus celum per affectus erigi / oratores et predicatores ac aliorum lega
tum et apostoli ordinari / Unde Act. xiii. dicitur / segregate Saulum etc. Unde erat
et ipse de se ipso dicit Ia Cor. primo / Paulus seruus vocatus apostolus segrega
tus in euangelium dei / quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de
filio suo / qui factus est ei ex semine dauid secundum carnem Ro. i. / Ex quo patet
quod paulus fuit ad terram deiectus / ordini subiectus . et legatus effectus
a deo loquebatur perfecte / quod patuit in disputando contra iudeos et gentiles
quando ingressus sinagogam / ipse asserebat et affirmabat / quod hic est Christus
et conuincebat et confundebat ipsos iudeos Act. ix. et Act. xviii. dicitur
quod ipse vocabat paulum constanter docentem / nullum timebat / sed pro
fide et veritate se omnibus opponebat Act. xxiiio. Constans esto paule / quia
et rome oportet te euangelizare / Sicut enim athenis constanter se
habuit ut patet Act. xvii. quod stans paulus in medio ariopagi ait viri athe
nienses per omnia quasi superstitiosos vos video
Octauo fuit a deo prudenter conseruatus / prudenter enim se excusauit / quando principi
legis maledixit cum dixit sibi percutiet te deus paries dealbate / quod statim
obiicientibus dixit Nesciebam fratres quod summus sacerdos esset
Nonum fuit etiam in vincula pro Christo proiectus / propterea sepissime vincula et car
ceres sustinuit / quia Act. xxi. dicitur quod ille prophetans agabus accepit zonam pauli
et ligauit sibi pedes dicens virum cuius zona hec est / sic alligabunt in ierusalem
et Act. xxiiio. vinctus paulus rogauit me hunc adolescentem perducere ad te habentem
aliquid loqui tibi / apprehendens autem tribunus manum illius secessit cum
eo seorsum / et interrogauit illum quid est quod habes indicare mihi / Ille autem dixit
Iudeis conuenit rogare te / ut crastina die paulum producas in concilium
quasi aliquid certius inquisituri sint de illo / Tu vero ne credideris illis / insidiantur
enim ei ex eis plus quam xl. viri / qui se deuouerunt non manducare neque bibere
donec interficiant eum / et nunc parati sunt expectantes promissum tuum
Decimo fuit a deo tormentis afflictus / prout ipse dicit II Cor. xi. ter uirgis
cesus sum . semel lapidatus sum
et Act. xiiiio. lapidantes paulum traxerunt extra ciuitatem
Sed in omnibus his paulus fuit a deo protectus / nam Christus ipsum in omnibus
protegebat / ipsum quoque consolabatur et confortabat Act. xxvii. ne timeas paule
quia cesari assistere te oportet / Et tandem vltimo paulus ad celos per dominum
est erectus s. in morte / prout dionisius ipsum vidit post mortem post
liminis vna cum petro ingredientem vrbem / sicut ipsemet testatur in epi
stola ad timotheum
Unde paulus interpretatur os tube / vel os cordium seu electum inuabilem vel
paulus a pausa quod est requies / vel dicitur modicus / et per hec intelliguntur
septem prerogatiue quas habuit apostolus paulus pre ceteris apostolis / Primum est
lingua fructuosa / quia ab illirico usque ierusalem repleuit euangelium / et propter hoc
vocatur os tube / Secundum caritas viscerosa / quia quis infirmatur et ego non
infirmor
et propter hoc dicitur os cordium / os scilicet cordis de quo ipse dicit os meum patet ad vos

o corinthii / cor nostrum dilatatum est / Tercium est ipsius miraculosa con-
uersio de qua iam dictum est / et propter hoc vocatur electum mirabile / quia
mirabiliter electus / et mirabilius conuersus / Quartum manus operosa
/ et inde dicitur electionis miraculum / Magnum enim miraculum fuit / quando
elegit sibi propriis manibus sumptus acquirere / et continue et incessanter pre-
dicare / Quintum fuit contemplacio deliciosa / qui raptus est vsque in
tercium celum / et inde fuit requies domini quia in contemplacione quies-
cit requies mea / Sextum humilitas virtuosa / et racione huius vocatur mo-
dicus / De hoc autem nomine paulus tres fuerunt opiniones / Origenes vult
quod semper sit binomius / et vocatus sit saulus et paulus / et saulus a saulo rege
superbo / Sed post conuersionem vocatus est paulus / id est paulus a modico
et humili spiritu / vnde nomen suum interpretando dicebat / ego sum minimus
apostolorum

Secunda opinio vult quod sit dictus est paulus a sergio paulo proconsule
quem ad fidem conuertit / cuius passionali liber papa consripsit / hic enim apostolus
in tercium celum raptus prout factum est de veritate venerabilis sacramenti
eukaristie a solo deo fuit informatus / ~~sed a solo deo~~ / prout ipsemet dicit ad gala-
thas / Notum vobis facio euangelium quod euangelizatum est a me / quia non se-
cundum hominem / neque ego ab homine accepi illud neque didici / sed per reuelacionem
ihesu christi / Secundum quam multa scripsit et nobis in scriptis reliquid et tradidit
prout a deo in tercio celo accepit / De hoc sacramento eukaristie dignissimo /
et modum consecrandi / et ipsum digne suscipiendi / prout ipse dicit prima ad cor.
xi / Conuenientibus vobis in vnum / iam non est dominicam cenam manduca-
re / etcetera vsque ibi corrigit omnes indigne accedentes ad hoc sacra-
mentum venerabile / dicens quicumque manducauerit panem / vel biberit
calicem indigne / reus erit corporis et sanguinis domini / Et docet modum
debitum accedendi ad hoc sacramentum dicens / Probet autem seipsum homo / scilicet
per cordis contricionem veram compunctionem et oris confessionem / et per
operis satisfactionem / probet se in puro statu in spiritu / et in facto / et sic
de pane illo edat et de calice bibat / De quo eciam quod illius apostolorum in ca-
re et luce de hoc venerabili sacramento eukaristie sicut paulus scripsit
vnde ipse dicit ego enim accepi a domino / quod et tradidi vobis / quia dominus ihesus
in qua nocte tradebatur / accepit panem et gracias agens fregit et dixit
hoc est corpus meum etcetera / Sequitur lectura Alberti / Sed et preterea apostolo-
rum quia fidei nostre fundatores fuerunt / sicut dicit in psalmo fundamenta
eius in montibus sanctis / Apocalipsis xxi fundamenta ciuitatis / Isti hii sunt enim
lapides electi de iordanis medio Iosue v / propter fidei sue soliditatem / hii
sunt enim vories sub mari encio (?) iii Reg. vii / propter sui laboris in messibus
spiritualibus in fructu bonum presiguratis / Isti enim fontes inuenti in helim / Exodi
xv fontes / propter vberrimum fluxum sue doctrine vocati / hii sunt enim
porte doct / quia per eos ad celestiam introitus / hos elegit deus / enim xv / Iohannis di-
cit / Elegi vos vt eatis et fructum afferatis / et fructus vester maneat / ma-
neat / hii sunt principes nostri in hac communione congregati cum deo
Abraham / merito autem omnes ponendi / Ac martirum horum qui fuerunt
testes nostre fidei / quia martir in greco testis est latine / De hiis enim dicit

Albertus

he ij ab hiis qui audierunt salus in nos confirmata est contestante
deo signis et portentis v et varijs virtutibus et spus scti distribucionibus
secundum suam voluntatem / patriarche et prophete non poterunt / qr ad
limbum descenderunt / in spe felici consolationem redempcionis expectan
tes / nec ponunt confessores / qr non de merito illorum non a deo certa e ecclia
et ideo launder in oracione canonis sui / quam ecclie reliquit similiter facit
offerri pro confessoribus non non in veneracionem memorie confessorum
Petri qui summus et caput fuit apostolorum / cui collate sunt claues regni
celorum / qui confirmator fuit aliorum postquam a negacione respectu domini
resurgens / de quo dixit xpus luc xxij / Tu aliquando conuersus confirma
fratres tuos / cuius adhuc successor totam ecclesiam confirmat et ideo
Petrus a petra vocatur / qr sira lingwa petros firmus interpretatur / Pauli
qui non ab hominibus nec ab homine electus est / sed per ihesum xpm merito et
gradui apostolorum est additus ut sit vas electionis quod portet nomen
domini coram gentibus et regibus et filiis israel / Sicut et hic in tercium ce=
lum et in paradisum rapitur ut audiat secreta dei que non licet homi=
nibus loqui / loquitur enim cum mee sapientes et perfectos / et post in fastigium
contemplacionis disponit cubile mirio' incedere i cor xij / hic gloriatur
in tribulacionibus ij cor xi / hic non ignorat cogitaciones sathane
hic abundancius omnibus laborauit / hic omnia gracie attribuit i cor
xv et tandem pro fide crucis triumphat / per mortem testimonium fonts fidei
sicut legitur in hystoria passionis eius
Andree qui interpretatur decorus / vel tandem / seu virilis / et dicitur ab andros qd
est vir / vel dicitur andreas quasi antropos i homo / ab ana qd est sursum
et tropos qd est conuersio / quasi sursum ad celestia conuersus / et ad suum
creatorem erectus / fuit enim decorus in vita / tandem in sapienti doctrina
virilis in pena quam viriliter passus sustinuit / et antropos in gloria
prout de veritate diuinissime eukaristie multum cum egea disputauit / prout
habetur in eius legenda / Jacobi qui dictus est zebedei / Jacobus
frater johannis boanerges quasi filius tonitrui / et Jacobus maior
dicitur enim Jacobus zebedei / scilicet filius non tantum carne / sed etiam nominis interpre=
tacione / zebedeus enim interpretatur donans uel donatus / et beatus Jacobus
seipsum donauit deo per mortem martirii / et a deo nobis donatus est in
specialem patronum / Dicitur Jacobus frater johannis / qr fuit eius fr=
r non tantum carne / sed etiam morum similitudine / Ambo enim fuerunt eiusdem zeli
eiusdem studii / et eiusdem voti / eiusdem zeli ad dominum vlciscendum / Cum
enim samaritani xpm non reciperent Jacobus et Johannes dixerunt
vis dicamus descendat ignis de celo et consumat illos / Eiusdem
studii ad discendum / unde isti duo precipue sunt qui xpm de die iu=
dicii et aliis venturis interrogauerunt / Eiusdem voti ad optinendum
consessionem xpi ad dextram et ad sinistram ambo habere volue=
runt / et dicitur filius tonitrui racione sonus predicacionis que malos
terrebat / pigros excitabat / omnes sua altitudine et admiracione
conuertebat / et dicitur maior Jacobus de causa primo racione
vocacionis qr primus vocatus fuit a xpo / secundo racione familiaritatis

Epheci

et maiorem familiaritatem videtur Christus habuisse cum isto quam cum alio quod patet ex hoc quod ipsum ad secreta sua admittebat, iste enim affuit resuscitationi puelle et transfigurationi Christi in monte Thabor. Tercio ratione passionis, quia primus inter apostolos passus est, et sicut fuit vocatus primo ad apostolatus gradum, ita potest dici maior eo quod primus vocatus est ad eternam gloriam. Ipse enim primus propter testimonium fidei et huius sacramenti inter apostolos fuit ab Herode martirisatus, secundum quod dicitur Act. xii: Misit Herodes rex manus ut affligeret quosdam de ecclesia, occidit autem Jacobum fratrem Johannis gladio.

Johannis qui interpretatur domini gratia vel in quo est gratia, vel cui donatum est, vel cui donatio a deo facta est. Per hoc enim intelliguntur quatuor privilegia specialia que fuerunt in beato Johanne. Primum est peculiaris Christi dilectio. Christus enim ceteris amplius ipsum dilexit et maioris dilectionis et familiaritatis signa ostendit, et ideo dicitur domini gratia. Secundum est carnis incorruptio, quia virgo a deo est electus, et inde dicitur in quo est gratia. In ipso enim fuit gratia pudicitie virginalis, unde et de nuptiis volens nubere a deo vocatus fuit. Tercium est secretorum revelatio, et inde dicitur cui donatum est. Eidem enim donatum est multa secreta et profunda nosse, sicut de divinitate verbi et de consummatione seculi. Quartum est matris dei recommendatio, et inde dicitur cui donatio a deo facta est, quando mater dei in eius custodiam donata est. Eius vitam Miletus Laodicensis episcopus scripsit, quam Ysidorus in libro de ortu et vita vel obitu sanctorum patrum abbreviavit. Iste siquidem Johannes cuius festa est qui in cena domini et hore in misterio [illegible] huius sacramenti super pectus domini recumbens misterii huius verbi incarnati et veraciter sacrati pectoris excellentissime hausit. Nam nullus evangelistarum tam clare commemorat de pane isto celesti sicut Johannes prout hic patet examinanti capitulum sextum Johannis. Ego inquit ego sum panis vivus etc. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum. Ipse enim ultra ceteros apostolos secreta latentis super pectus domini, unde dicit In principio erat verbum etc. De quo dicit Beda quod tam alte intonuit quod si aliquatulum altius intonuisset totus mundus eum capere non potuisset.

Thome qui interpretatur abyssus vel geminus, quod grece didimus dicitur, vel dicitur Thomas a thomos quod est divisio sive sectio. Dicitur enim abyssus eo quod profunditatem divinitatis penetrare meruit, quando ad suam interrogationem Christus sibi respondit: Ego sum via veritas et vita. Dicitur geminus eo quod resurrectionem Christi sic geminate et induplicem quam alii cognovit. Nam alii cognoverunt videndo, iste vero videndo et palpando. Divisio autem sive sectio dicitur quia mentem suam ob amorem dei de mundo divisit, vel quia ab aliis in fide resurrectionis divisus et sectus fuit. Vel dicitur Thomas a theos quod est deus et meus, unde Thomas qui deus meus. Hic in loca clavorum demum in latus Christi digitos suos misit et manum suam in latus Christi ad fidem confirmandam corpus Christi impassibile et glorificatum quod assumpserat per resurrectionem de qua dubitaverat.

Jacobi qui supplantator vel supplantans festinanter. Vel quod prius dicitur Jacobus a ia quod est deus et cobar quod est onus vel pondus. Vel Jacobus dicitur a iaculo et cope capa quod est cessio, et [illegible] iaculis

dicitur ergo supplantator vitiorum per contemptum, supplantans festinantem
diabolum, spernens ad omne bonum corpus suum, pondus divinum
per gravitatem morum. Iacobus iste frater domini
agnominabatur eo quod simillimus dicitur fuisse [illegible] et illius cognatus
ex ratione eius excellentissime sanctitatis. Hic inter ceteros
apostolos primum post ascensionem domini pontificalem dignitatem ordi-
natione spiritus sancti et apostolorum accepit, et ipse eisdem in ultimis
Christi cene primus hoc sacramentum dispensavit. Et genealogia
istius et aliorum quorumdam continetur in hiis metris. Anna solet
dici tres concepisse Marias, quas genuere viri Joachim, Cleophas,
Zebedeus, Salomee ergo. Has duxere viri Joseph, Alpheusque, Zebedeus. Pri-
ma parit Christum, Jacobum ergo secunda minorem et Joseph iustum pe-
perit cum Simone Iudam. Tercia maiorem Jacobum volucremque
Johannem. Philippi. Philippus interpretatur os lampadis, vel os
manuum, vel dicitur a philos quod est amor et yper quod est super, quasi
amator supernorum. Dicitur igitur os lampadis propter suam luculentam
predicationem, os manuum propter assiduam operationem, amator super-
norum propter celestem contemplationem. Hic huius hesitationem de pa-
tre eterno et inquisitionem quam fecit dicens: Domine ostende nobis
patrem, informati sumus de [illegible] veritatis de inseparabili unitate pa-
tris et filii, qui filius sub hoc sacramento continetur. Nam et dixit:
Philippe, qui videt me videt et patrem. Non creditis quia ego in patre
et pater in me est? Johannis xiiii. Qui tandem sumpta veritate ex
alto totaliter confirmatus usque in finem permansit pro confessione
et constanti predicatione fidei, ratione cuius os lampadis interpretatur, passione
crucis interiit. Bartholomei. Dicitur autem Bartholomeus a bar quod
est filius et tholon quod est summitas, vel regimen, et moys quod est aqua, quasi
filius regnantis super aquas, id est mentes doctorum sursum elevantis, vel
aquas determinantis inferius fundentis, vel regnantis super aquas, scilicet
aquas determinantis fundamentum et
per gratiam in cordibus eorum qui aquas determinantium fundamentum et
regit et tuetur. Vel interpretatur filius suspendentis aquas, per quod
notatur [illegible] suspenditur quod ipse fuit. Fuit enim suspensus, id est eleva-
tus ab amore dei, vel suspensus, id est intentus amori celesti, vel suspensus
ab amore dei, id est totaliter innixus gratie et auxilio dei, ut non a suis meritis, sed a
dei adiutorio tota vita sua dependeat. Et est non syrum et non he-
breum. Hic solus inter apostolos nobilis et secundum quosdam filius re-
gis. Philosophiam verum dei sapientiam agnovit, pro cuius testimonio
vivus fuit excoriatus. Mathei. Matheus binomius extitit, scilicet
Matheus et Levi. Matheus interpretatur donum festinans, vel dona-
tor consilii, vel dicitur Matheus a manus et theos quasi manus dei,
vel dicitur a magnus et theos quod est deus quasi magnus deo. Fuit
enim donum festinationis per festinam conversionem, donator consilii per
salubrem predicationem, magnus deo per vite perfectionem, manus dei per
evangelii descriptionem. Levi autem interpretatur assumptus, vel appositus
sive additus, aut appositus. Fuit enim assumptus ab exactione vectiga-
lium, appositus numero apostolorum, additus consortio evangelistarum.

mundi

et appositus cathologo martyrum. Hic a deo de theloneo est vocatus
qui re quo relicto secutus est dominum et de publicano factus est apostolus et
christa qui tamen hoc sacramentum in altari immolaret et frangeret con-
tra altare occisus fuit. Symonis Symon interpretatur obediens vel
ponens tristiciam dicitur. Hic habuit duplex cognomen. dictus est enim Simon
Zelotes et Simon Chananeus a Chana vico Galilee ubi deus aquas
in vinum mutavit et idem est zelotes quod chananeus. Chana enim in-
terpretatur zelus. Habuit igitur obedientiam preceptorum executionem, tri-
sticiam afflictorum per compassionem, zelum autem per constantem
fervorem. Et Simonis media correpta dicitur ad differentiam huius nominis Simon
Symonis media producta quod est proprium nomen cuiusdam rustici a Gre-
cis introductum. Et dicitur Simon a sin quod est con et machia pugna
quia per ipsum et sensualitatem resistendo cum vitiis pugnavit. Et de-
beat Symon latine audiens vel obediens interpretatur et ad distin-
ctionem Simonis Petri dictus est Simon Chananeus de vico Galilee.
Jude. Hic septimum sermonem in articulis fidei asseruit in quo et hoc sanc-
torum aliqua participatio communio dicitur. Et Thadei qui et Judas Jacobi
et non Scarioth dicitur qui interpretatur confitens vel gloriosus. Quia Judas est iu-
bilum dans. Ipse enim habuit confessionem fidei, gloriam regni et iubilum
interni gaudii. Hic multiplex habuit cognomen. Dictus est enim Judas
Jacobi minoris. Secundo dictus est Thadeus a thadea et deus. Tha-
dea dicitur esse vestis regia. Ipse enim fuit vestis regia dei per ornatum
virtutum quia quam apprehendit principem Christum. Vel Thadeus dicitur quasi tam
deus id est magnus deus scilicet per adoptionem adoptatus. Tercio dictus
est in historia ecclesiastica Lebbeus quod sonat quasi cor vel corculus id est cordis
cultor. Vel Lebeus quasi lebes id est vas per magnitudinem, corculus per parvi-
tatem, lebes per gratiarum plenitudinem et quasi olla et vas virtutum
et gratie esse promeruit. Iste firmissime et sanctissime hoc sacrame-
ntum et fidelissime credidit et sic in nomine ipsius est consequi remissionem
peccatorum iuxta quod ipsum articulum in symbolo apostolorum adiunxit.
Passionem istorum apostolorum et legendam scripsit Abdias episcopus
Babilonie ab ipsis apostolis episcopus ordinatus, quam Tropeus discipulus Ab-
die discipulus transtulit in grecum et Africanus in latinum.
Sequitur lectura Alberti. Andree qui vocat Johannem ad Christum ponens
fratrem suum Petrum ad Christum adduxit. Jacobi maioris qui inter apostolos
primum principatum tenuit quia primus inter eos martyrio est laureatus
sicut dicit Act. xii de Herode. Occidit autem Jacobum fratrem Johannis
gladio. Johannis qui dilectus discipulus fuit, qui transfigurationi inter-
fuit qui in cena super pectus domini recumbens fluenta evangelii ut
Beda dicit ab ipso sacro dominici pectoris fonte potavit et ideo ceteris
altius de verbi scripsit divinitate. Cui virginem Christus virgo matrem vir-
ginem in cruce commendavit. Thome qui tactu Christi post resurrectionem
sic in fide Christi est roboratus quod amplius nullomodo dubitavit. Ja-
cobi minoris qui episcopus primus fuit Jerosolimorum tamquam filius Christo

castigatione corporis et imitatione religionis / ut ab aliis apostolis frater
domini vocari meretur. Philippi qui de dignitate patris et filii instructus ipsum
xpi patris illuc quo xpus venit prius circuire meruit audire auditor
Johannis xi. Bartholomei qui nobilis et parum solus dicitur fuisse inter apostolos
Unde et eum in scripsit de quo dionisius meminit dicens / cum in pro-
hemio sui evangelii dixisset evangelium est breve et longum. Matha-
thei qui ex theolonario et apostolus et evangelista ad spem peccatorum pe-
nitentium factus est / talentorum spiritualium distributor / et convi-
viorum dei frater luce vel. Simonis qui fuit frater Jacobi mino-
ris qui chananeus dicitur a zelo quem habuit christiane religionis
Thadei qui judas thadeus quod interpretatur corculus per diligentem
cordis custodiam ab apostolis dicebatur / fuit autem tercius frater Jacobi
fratris domini et Simonis cananei. Hos xii elegit dominus christus in terra et
xiii Paulum in celo / Hiis cathedra martires quosdam adiungit de quorum
fide et causa martirii indubitanter extitit certitudo / multos autem
cathedra non ponit quia in ecclesiastica legitur historia quod beneficio eorum cum
martiribus passi fuerunt, eo quod tunc ecclesia synodos et persecutiones et
examinationes habere non potuit propter persecutiones tirannorum

Cum hic mentio xii martirum et communicantes sit ad precedentia / sicut a
commemoratione xii apostolorum / consequenter nunc in speciali fit comme-
moratio xii martirum / et merito fit memoria martirum quia imita-
tores christi ipsi semetipsos obtulerunt hostias viventes et acceptabiles deo pro eo
confessione nominis christi sanguinem suum fuderunt in quo de passione
christi gratie fuit cuius memoria hic agitur quod ostenderetur. Et primo
Lini qui fuit secundus papa post beatum petrum / hic linus statuit ne
mulieres intrarent ecclesiam discooperto capite / Secundo dicitur Cleti. Tercio legitur de sancto
clemente / quod ipse fuit primus papa post beatum petrum / ad hoc videtur
quod sanctus petrus ordinavit sanctum clementem papam / mortuo autem sancto
petro beatus clemens noluit beato petro in papatu succedere in
consuetudinem duceret quod primus papa alium sibi substitueret pro se et
sic hereditarie sanctuarium dei possideret / ideo permisit linum et illum in
papam ordinavit / quo mortuo permisit cletum / qui tercius fuit
post beatum petrum / et hic xxv presbiteros ordinavit in urbe
romana ad celebrandum huius sacramenti consecrationem / et
illo mortuo / ipse secundum institutionem sancti petri electus et com-
pulsus papatum suscepit / et sic secundum institutionem et ordinationem
et voluntatem beati petri ecclesiam fuit primus / sed secundum rei ve-
ritatem fuit quartus a beato petro. Unde clemens dicitur a cleos
quod est gloria / et mens quasi gloriosa mente. ipse enim fuit mente glo-
riosus seu purgatus / ab omni sorde / ac omni virtute sed decoratus
vite omni felicitate. Vel dicitur a clementia / quia clemens et mitis
valde fuit / sed sicut dicitur in glosario clemens interpretatur. dul-
cis maturus pius. justus in actione. dulcis in sermone
maturus in conversatione. pius in intentione / cuius vitam ipse

in suo itinerario inseruit / maxime usque ad illum locum in quo
qualiter beato petro in pontificatu successisse ostenditur / cetera et eius
gestis que communiter habentur summuntur. Sixti qui dicitur a sius
quod est deus et status quasi divinus status vel dicitur a sisto sistis quasi firmus
et fixus in fide et passione et bona operatione qui fuit martir et papa
vite sanctissime qui missam cum cantico angelico scilicet sanctus decoravit
Cornelii qui fuit successor sancti fabiani a decio cesare cum suis cle-
ricis exilio relegatus / tandem est revocatus / et dum in fide immobilis
persisteret plumbatis cesus / et tandem decollatus / Et interpretatur intelligens
circumcisionem ipse enim intellexit et intelligendo servavit circumcisionem scilicet
a superfluis licitis et etiam necessariis / vel cornelius a cornu et laos quod est populus
quasi cornu i. fortitudo populi ~~hic cyprianus fuit episcopus cartaginensis in cuius~~
~~cede ante crucis signa apparuit / ratione istius quod in maxima reverencia~~
~~passionem christi tenuit~~ ~~Cyprianus~~ Cypriani. Cyprianus dicitur a ci-
pros quod est mixtura / et ana quod est sursum / vel dicitur a cipro quod est
mesticia / vel hereditas / ipse enim habuit supernam mixturam gratie et virtutum
mesticiam peccatorum / hic cyprianus fuit episcopus kartaginensis africe pro-
vincie vir sancte conversationis. Laurencii dispensatoris huius sacramenti
/ et archidiaconi beati sixti / quem ipse non degenerem in officio ministrationis
huius sacramenti / sed fortiter pugnatorem et triumphatorem ostendit / sicut quo non
consueverat sine diacono in sacramento sacrificare / Et dicitur laurencius quasi laurea
tenens / que est corona de lauro facta / hec autem arbor est victorie
ostensiva / continua viriditate amena / odore grata / et efficacia virtuosa
/ et hinc beatus laurencius dicitur a lauro / quia victoriam obtinuit in sua
passione Unde et confusus est decius dicens / puto quod iam victi sumus
viriditatem habuit in cordis mundicia et puritate / Unde et dicit Mea
nox obscurum non habet / odorem per memoriam perpetuitatis / Unde di-
spersit dedit pauperibus / et ideo iusticia eius manet in seculum seculi. Dicit
beatus maximus de eo quod non solum in eternum manebit iusticia
/ quam in sancto implevit opere et gloriosissimo martirio consecravit. Criso-
goni / quem iussu diocletiani in carcere recludit / ubi sancte anastasie
alimoniis fovebatur / et tandem pro christi nomine et confirmatione vene-
rabilis sacramenti eukaristie capite est truncatus. Cosme et da-
miani qui fuere fratres uterini et in arte medicine peritissimi / qui me-
dicinam corporalem propter deum exercuerunt / a vero medico christo ad testi-
monium fidei sunt vocati ad medendos anime languores. Et cosmas dicitur
a cosmos quod est forma / vel ornatus / vel secundum ysidorum
cosmos grece latine dicitur mundus / fuit enim forma aliis in exemplis
/ ornatus virtutibus bonis / mundus ab omnibus viciis. Damianus dicitur
a damma quedam bestia que humilis est et mansueta / vel damianus a
dogma quod est doctrina et ana quod est sursum / vel a damum
quod est sacrificium / vel damianus dicitur quasi domini manus / ipse enim
mansuetudinem habuit in conversatione / doctrinam supernam docuit
in predicatione / sacrificium fuit in carnis mactatione / domini manus fuit in medicationibus
egrorum curatione

quia fuit papa et martir et successit

Sed d. q. sancti adhuc multi sint inscripti qui claruerunt multis miraculis circa
tempore apostolorum, ut scilicet fuit sanctus Stephanus protomartir et Barnabas
coapostolus Pauli, ecclesie Cristi hic non ponuntur et nominantur. Respondetur quod quia
canon iste ex inspiracione divina est compositus, ideo isti qui ex
divina revelacione hic sunt inserti sunt nominandi et non alii. Unde
legitur quod aliqui sancti patres hic voluerunt alios interserere et alios remo-
vebant; illis quos inserebant deletis invenerunt antiquas literas inscri-
ptas. Generaliter nullius tante audacie debet esse quod aliquem sanctum in ca-
nonem addat vel deponere presumat. Sed dubium est unde est quare non
fit commemoracio confessorum et precipue doctorum qui nostre fidei
hoc sacramentum infigeret radicibus radicaverunt, et quorum hono-
rum memoria ab ecclesia magnifice veneratur. Innocentius respondet
quod canon prius fuit editus quam ecclesia memoriam celebraret confesso-
rum. Nam fere omnes sancti qui nominantur in canone precesserunt Silve-
strum papam preter Johannem et Paulum, Marcellinum et Petrum
qui predecessori successerunt. Ecclesia vero a tempore beati Silvestri cepit venerari
memoriam confessorum, et signum huius est quia singule sedes quales in
civitatibus iuxta disposicionem sancti Petri instituit non in confessorum
memoriam sed ad honorem apostolorum et martirum et precipue virginis
Marie intitulantur sicut dedicate. Aliter dicitur quod hoc sacramentum institutum
in memoriam passionis Cristi, et ideo illorum qui etiam pro Cristo passi sunt
et sanguinem effuderunt rite fit memoria, sed confessores non sunt
in publico passi, ideo non fit eorum memoria. Guilhelmus in summa dicit
sic: hoc sacramentum est sacramentum amoris, igitur in ipsius sacrati
ministerio debet solum fieri memoria de illis in quibus specialiter apparuit
signum vel amoris Cristi, qui in apostolis apparuit per specialem spontaneam
adhesionem, dicente Petro: Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. In mar-
tiribus per corporum tormentorum expositionem. Sapiencie iii° et si coram ho-
minibus tormenta passi sunt etc. Et sciendum quod Gregorius papa addidit
hec verba que in aliquibus ecclesiis dicuntur: necnon et illorum sanctorum
quorum solempnitas hodie in conspectu maiestatis tue celebratur
domine deus noster in toto orbe. Circa quam literam est sciendum quod Carolus
magnus, qui fuit regnum rex Italie, Almanie et Francie, ex divina
revelacione informatus fuit quod omni die esset festivitas quinque
milia sanctorum. Et Wilhelmus in racionali li. vii°. de festivitatibus
dicit: Constantinus imperator post transmarinas peticiones invenit
Eusebium episcopum Cesariensem virum sanctum, cui dixit: Pete a me unde
ecclesia tua ditetur. Ille: Unde ecclesia mea satis habundat in prediis,
sed ego rogo ut inquiras per presides indicet nomina sanctorum et tempora pa-
ssionum, et sub quibus et qualiter et in quibus locis passi sunt rescribas.
Quod et factum est. Et refert Eusebius quod in quolibet die plus quam quinque
milia sanctorum festa occurrunt, excepto die kalendarum ianuarii in quo
intendebant gentiles epulis et solempnitatibus, et non ad marti-
rizandum sanctos. Et idem Ieronimus in epistola que suo kalendario

sponit / dicit quod horum festiuitas sanctorum singulis diebus ab ecclesia ce-
lebrari non potest ideirco illa particula ad commemoracionem horum sanctorum
est interposita / et subdit et omnium sanctorum meritis / post sanctorum inuo-
cacionem petitur proteccio / et primo petit proteccionem considerans insufficie-
ciam meritorum dicens / quorum scilicet sanctorum meritis / quod iste est thesaurus
ecclesie sanctorum / multa collocato in gremio ecclesie / quod sancti sibi et nobis me-
ruerunt / de isto thesauro recipiunt indulgencie / et remissiones peccatorum / secundum
quod dicunt doctores de pe. et remis. in c. cum autem / precibus quod concedas
petit nunc proteccionem considerans insufficienciam omnium / Sed dicis sancti in celis
existentes non audiunt nostras preces / quare tunc eos inuocamus et petimus ut
ipsi orent pro nobis / dico quod ipsi sciunt et in deo / ut in speculo omnia vi-
dent / unde dicit Gregorius quid est quod illi non vident / qui in deo omnia
vident / Sequitur ut in omnibus proteccionis tue muniamur auxilio / in omnibus
scilicet tam prosperis quam aduersis / ut in prosperis non extollamur et in aduer-
sis non desperemus et succumbamus / Est aduertendum quod aliqui hic indu-
cerunt signum crucis quando dicunt muniamur / tunc presbiter signat
se cruce / et in aliquibus libris ponitur de hoc rubrica specialis / et in
aliquibus tamen ponitur signum crucis in medio illius scilicet muniamur
quod tamen in antiquis missalibus non continetur et ego vidi aliquem
doctorem de signo crucis facere mencionem / et videtur in discordia ascensu
hec / quod nos petimus muniri et custodiri in corpore spirituali meritis et
precibus sanctorum auxilio diuine proteccionis non signo crucis ut videtur
per eundem christum dominum nostrum / hic non debet dici amen / quod ange-
lorum chorus sancto misterio assistens dicit amen / Sed quare in hac
oracione communicantes quo omni die dicitur certis diebus in anno sit addicio
/ ut in die natiuitatis domini / in epiphania / in cena domini / in die resurrec-
tionis / in die ascensionis / et in penthecostes / quare in istis sex diebus
fit addicio et non in aliis / Solucio / quod in hac oracione que dicitur communica-
ntes oramus pro bono proteccionis / et quod in qualibet istarum festiuitatum
hunc aliquid protegimur in natiuitate christi incarnacionem / qui est adiutorius
et mediator noster in carne assumpta factus / in epiphania huius visibilem
ostensionem noue lucis celestis in stella que gentilibus tunc apparuit
et magos duxit ad presepium / in cena domini huius huius venerabilis sacramenti
institucionem quo in bono conseruantur fideles et a malo redimuntur / in pa-
scha christi resurreccionem in corpore glorificato promissa est nobis futura resurrec-
cio corporis immortalis / anima incorruptibilis sine macula delectacione
trahente ad patriam / in ascensione christi vera caro hominis nostri christi sumpta est
in celum ut caro nostra nunc mortalis ibidem feliciter transferatur / in pe-
nthecostes hunc spiritus sancti missionem / quo sumunt septem dona eiusdem
spiritus a septem capitalibus viciis defendencia

Lectio Alberti

Sequitur lectura Alberti / ponit autem in principio ... martires
quos ecclesia romana in gremio dicens habuit et ... Linum / tercius ipse
fuit plurima genera tormentorum pro christo triumphans ... Cleti / qui et
ipse papa fuit multis passionibus et signis clarissimus ... Clementis quartum
et ipse papa petri fuit discipulus et pedissequus duodecim libris

quartus ... quod ... pro ... ex ... per ... corporis ... alias ... vel ...

... per ... per ... filium ... per ... ita ... per ... spiritus ... per ... et ...

omnes actus petri describens / Syxti pape et martiris qui in ipsis missarum solempniis / Letus letus et agnus dei cantari ordinavit / Cornelii cuius indubitatum aput sanctos patres aug et ambrosium fuit martirium / Cipriani cuius tanta fuit fides ut secta a tabellione eius condempnacione in consistorio romanorum deo gracias publice clamarent in cuius corde in testimonium fidei signum crucis in specie auri dicitur fuisse depicta / Laurencii qui ecclesie romane archidiaconus existens certa et indubitata fide regnum sustinuit vinculis in dem imperatoris presencia asseritur / qui et ecclesie facultates larga manu dispersit dedit pauperibus et ideo iusticia eius manet in seculum seculi / Crisogoni cuius mira fides fuit ita ut sponte gaudens subiret mortis supplicia / Johannis et Pauli qui fratres uterini primitem cuius imperialis et se gloriosos iniecit esse signis magnis probancium et publica confessione contra Julianum apostatam / Cosme et Damiani qui ambo medici gratis exhibuerunt medicinas plus virtute crucis et fidei quam herbis sive malagmatibus homines curantes / Et omnium sanctorum tuorum in commune / quorum nomina deo sunt nota / quorum meritis precibusque concedas / quia meritis superogacionis eorum ceteri alii possunt subvenire / precibus autem suffragantur / ideo enim de eis dici potest quod de Jeremia legitur ii Mach xv Hic est fratrum amator et populi dei israel / hic est qui multum orat pro populo et pro civitate sancta dei / ut in omnibus intelligendis credendis agendis et appetendis protectionis tue sive defensionis tue domine muniamur contra omnes inimicorum visibilium et invisibilium machinaciones auxilio / auxilium enim tuum et tuorum honores seculi stabilimus dicentes auxilium meum a domino qui fecit celum et terram / hec est tercia communio qua ecclesia cum celo communicat

Hanc igitur oblationem servitutis nostre sed et cuncte familie tue quesumus domine ut placatus accipias / diesque nostros in tua pace disponas / atque ab eterna dampnacione nos eripi / et in electorum tuorum iubeas grege numerari per Cristum dominum nostrum / Ista est secundum quosdam quarta pars canonis in completa oracione pro honoris protectione / hic ad dicitur alia / et secundum allegata de halis continuat sic / hic ita memoratur alia / et secundum alleg de halis continuat sic / ita memoria eorum veneratione / hic de communicatione cum sanctis et memorie eorum veneratione / hic iam dicendum est de sacrificii oblacione in qua sacerdos petit quatuor / primo petit acceptacionem sacrificii que durat usque ibi et placatus accipias / Secundo petit pacis collacionem ibi diesque nostros / Tercio a penis liberacionem ibi atque ab eterna dampnacione / Quarto inter electos perpetuacionem ibi et in electorum tuorum / Et secundum quod littera exponit sic / Agit quesumus domine et li ut tenet hic illativum / et non inchoative / ac si vellet dicere / ergo quesumus in precibus sanctorum confidentes / et eorum fide spe et oracionibus quietatos sicut

participatiōs / igitur in talibus consideres / questiones due etc. Secunda
vero aliorum. Ista est secunda pars principalis canonis / in qua postulatur dei
patris benigna placatio / et huius sacramenti consecratio / Et secundum
hec ista pars in duas partes / primo postulatur dei patris placatio ut
sic placatus acceptet nostra sacrificia / et det nobis pacem et ut
liberet nos de massa et congregacione dampnatorum / et annumeret
inter electos suos / Secundo petit magnum et arduum quod ex
ista mani fiat nobis corporis et sanguinis domini nostri Jhesu cristi
/ Sed tibi eciam oblacionem / et exponit sic / hanc igitur pro ergo
oblacionem i. oblatum sacrificium servitutis nostre / scilicet quod tibi in te
ra adoracione soli deo offerimus / sed et cuncte familie tue scilicet
ministratis sub precello ut placatus i. mitigatus precibus et inter
cessionibus sanctorum tuorum accipias i. gratanter acceptes / dies
que nostros disponas i. ordines atque precor / ab eterna dampnacione
i. pena infernali ne masse dampnatorum adiungi / nos eripi
i. misericorditer liberari / et in electorum tuorum i. sanctorum a te
eternaliter predestinatorum iubeas grege i. consorcio et congrega
cione numerari i. associari / per cristum dominum nostrum / Et illa via iam lecta
quodammodo conclusio omnium predictorum spectat huius quod per oblacionem huius
sacrificii impetrare intendimus / Et est summa ista / Cum sanctorum tuorum dive
quorum commemoracio iam acta est / nobis ritum et formam huius
sacramenti tradiderunt / et reliquerunt / ipsum que offerendo et sumendo gra
ciam consecuti sunt / et nos meritis et precibus eorum / quia soluta
protectione munimur / ideirco illis sic pro nobis intercedentibus ro
gamus confidenter / quatinus tu deus pater per cristum dominum nostrum
idem sacrificium quod tibi soli deo vera adoracione impendimus placa
tus meritis et intercessionibus sanctorum tuorum approbando accipias
et gratanter acceptes ut hoc sacrificium ipsi nobis per mortem pacis liberacione
ab eterna dampnacione et consorcium omnium electorum tuorum nobis
optineat hec est sententia / Circa primo sacerdos hanc oracionem dicit
ad secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum devote et profunde in
clinat ut per inclinacionem corporis pronotetur in eadem devocio et humilitas men
tis et merito quia sacerdos iam et in sequentibus magnum et arduum
petit et est petiturus / igitur racionabiliter se humiliat per devotam inclina
cionem ut a deo sibi beneficium exaudicionis rependatur ex dictis
humilibus dat graciam Jacobi iiii^o et designat inclinacionem quam fecit
dominus facta cena ante pedes discipulorum suorum / Secundo nota sacer
dos legalis in veteri testamento quando intravit in sancta sanctorum cum tu
ribulo ignitis carbonibus pleno et cum nominibus patrum videlicet xii pa
triarcharum sculptis in xii lapidibus preciosis racionali hinc vesti inser
tis timiama apposuit et fumum fecit / qui adeo augebat ut obum
braret et penitus tegeret ne pateret alicui cum ascenderet incensum
Sic et sacerdos novi testamenti cui officium predicacionis est commissum

Qui vult sacrificium deo offerre acceptabile et timiamate .i. omnibus aromatum odoriferis generibus tamquam timiamata redolentibus in turibulo sui cordis fervore devocionis et ardore caritatis ignitis, fumum bone fame et laudabilis conversacionis de se debet emittere quia secundum Gregorium cuius vita despicitur restat quod eius predicacio contempnatur. Nam secundum eundem in pastorali, causa ruine populi sacerdotes mali, quo fumo bone fame et honeste conversacionis emisso late longe et prope sermonem predicacionis ardore sive ignite caritatis carbones non incensos potest totaliter ignire. Hoc est in hominibus errantibus caritatem Christi incendere et inflammare, et carbones extinctos vel extinctioni appropinquantes vivificare .i. homines in caritate tepidos ad fervorem devocionis et caritatis excitare et iste fumus cum totaliter debet obtegere sic quod opera sua faciat recta intencione, non ypocrisando ut videatur ab hominibus. Sed quid dicam de sacerdotibus, qui non bonam famam, nec laudabilem conversacionem exhibent, immo et luxuria avaricia symonia totaliter sunt infames. Certe non aliud nisi quod si non penituerint in retribucione iustorum partem non habebunt. Et quid de hiis qui posito quod bonam famam et honestam conversacionem exhibeant, oves tamen eis commissas pabulo doctrine et predicacionis non fovent et reficiunt, nec lima correccionis subditos coherceant. Non aliud nisi quod per prophetam dominus dicit sanguinem eius de manu tua requiram. Redde racionem villicacionis tue, iam non poteris amplius villicare. Et quid de hiis sacerdotibus qui studio litterarum et eorum que scire tenentur se abstinent et secularibus totaliter se ingerunt, ut et ignorancia excusacionis sibi ingerant, et se et subditos quos regere non videntur tenentur negligunt. Certe non aliud nisi illud quod dicit apostolus i ad Cor. xiiii Ignorans ignorabitur. Ignorans ea que scire tenetur et que ad officium predicacionis exhibebant a sacre leccionis studio non recedant, quia cum spirituale aliquid pastor a subditis inquiritur ignominiosum valde est si tunc querat discere cum questionem debet enodare. Sed quid dicam de hiis sacerdotibus qui longam oracionem simulantes domus viduarum comedunt sanctitatem et devocionem simulantes ut domus et fama seu laude hominum magnificentur. Non aliud quam quod dominus dicit Mat. vi amen amen dico vobis receperunt mercedem suam. Tercio nota circa hoc quod in hoc dicitur servitutis nostre quod due sunt species servitutis, una que soli deo debetur et dicitur latria, et altera que creature impenditur et dicitur dulia. Et quidam addunt terciam speciem servitutis scilicet yperduliam et dicunt quod ista debetur corpori Christi .i. continetur sub dulia vel latria sic deo debetur dulia servo dulos servire

Sed dulia dicitur inde Dulia quibus homini deo est patitur / Verum deo soli latria
iure datur / Ad corpus christi spectat yperdulia pro te Utramque speciem servitutis
dominus exprimit in evangelio dicens Reddite que sunt cesaris cesari et que sunt dei
deo math. xxii / Ad latriam pertinent templa altaria sacerdocia offertoria sacri-
ficia et hiis similia que soli deo sunt exhibenda / qui gloriatur in consilio sanctorum
magnus et metuendus super omnes qui in circuitu eius sunt / Non enim sanctis
ad honorem dei / sed deo ad honorem sanctorum consecrantur templa id est dedicantur
altaria et sacerdocia statuuntur et sacrificia offeruntur / ne forte si secus agatur
non theosebia id est divine pietatis cultus sed ydolatrie crimen incurratur
Sic ergo deus in lege precepit Dominum deum tuum adorabis et illi soli servies
deut. vi id est soli deo servitutem adorationis impendes / Hanc servitutem
scilicet latriam sicut impia superbia hominum vel demonum sibi exhibere exhiberi
vel cupit vel iubet ita pia humilitas aut hominum vel angelorum sanctorum
oblatam recusant / vel cui debetur ostendunt ut dicit ysidorus viii° libro
ethimologiarum / Et ideo cum beatus johannes evangelista vidisset et audisset ea
que angelus ei ostendit et manifestavit / cecidit ante pedes angeli / Tunc
angelus ei respondit / Vide ne feceris / conservus enim tuus sum et fratrum tuorum
sum deum adora / Sic ergo nec homines nec angeli adorandi sunt ipsa adora-
cione latrie / Quarto nota in hoc dicit placatus accipias / Aliquis posset
dicere sic sacrificium de se est bonum maxime sacramentum corporis
et sanguinis ihesu christi / et ideo dominus semper illud placatus accipit / Quare hic pe-
tit placatus accipias / Respondetur quamvis sit quantum est ex parte ministro-
rum quibus quos deus offendit Nam secundum beatum Gregorium Cum is qui dis-
plicet ad intercedendum mittitur animus irati iudicis ad deteriora provo-
catur / ut patet est de istis qui sacrificant in peccatis mortalibus vel in
proposito non abstinendi a peccatis / Quinto nota ubi dicit Dies quoque nostros
etc. / Ideo ipsa advenit infra actionem / hanc igitur oblationem usque ibi Dies quoque
nostros etc. / beatus gregorius has tres peticiones in canone dicitur addidisse videlicet
dies quoque nostros / Sed beatus Gregorius has tres peticiones in canone dicitur ad-
didisse scilicet dies quoque nostros in tua pace disponas / scilicet per eum qui traditus est
pro nobis in manus eorum qui pacem oderunt / Ab eterna damna-
cione nos eripi iubeas per eum qui pro temporali morte pro nobis traditus
est / In electorum tuorum grege iubeas numerari per eum qui pro nobis de-
putatus est cum iniquis / Et nota quod quadruplex est pax / aliqua est pe-
ctoris scilicet iustorum / alia pax peccatorum / tercia pax temporis / quarta pax
eternitatis / porro pax temporis quia concedit bonis et malis / Sed pax eter-
nitatis nunquam dabitur nisi bonis / et non est pax impiis ysa. l vii° de
pace peccatorum dicit psalmista zelavi super iniquos pacem peccatorum videns
hec pax est noxia et preciosa / Unde Gregorius xxxiii moralium Sicut
preciosum est si unitas desit bonis ita perniciosum est si non desit
malis / Si malorum unitas noxia non fuisset nequaquam divina pro-
videncia linguas superbiencium in turris diversitate dissipasset / Item
Gregorius in pastorali / Si perversorum nequicia in pace iungitur profecto eo-
rum malis actibus robur augetur / Tunc ergo iniquorum pace sociat
misterium pacis amittat / que bonos eo detectus deprimunt quos ymani-
ter persequuntur / Adversus hanc pacem dominus dicit Non veni pacem mittere

de pace

sed gladium Mat. x. De pace iustorum dicit Apostolus Fructus spiritus est
caritas gaudium pax et paciencia ad Gal. v. Hanc pacem reliquit dominus
discipulis dicens Pacem meam do vobis Johannis xiiii°. De pace spa-
li inquit psalmista Orietur in diebus eius iusticia et abundancia pa-
cis. Hanc pacem incessanter petit ecclesia dicens Da pacem domine
in diebus nostris etc. Licet tribulaciones et adversitates prestant aliquam
occasionem boni quia sunt mala pene et sepe inducunt tribulacionem
ad recognoscendum se ipsum et humiliandum se ipsum quia illud Ysa. xxviii vexa-
cio dat intellectum. Intellige si non sit nimia ut scribit beatus
Bernhardus ad Eugenium papam. Unde et Sara sancta gens in tri-
bulacione oravit dicens Benedictus deus patrum nostrorum qui
cum iratus fueris misericordiam facies et in tribulacione peccata dimittis
hiis qui invocant te Thobie iii°. Non tamen sunt bona per se licet per
accidens ex eis proveniunt bona. Pax est bonum de per se licet homines
hac pace sepe abutuntur sicut et aliis bonis. Ideo pro ea ecclesia orat.
De pace eternitatis dicit dominus per Ysaiam xxxii Sedebit populus meus
in pulcritudine pacis et requie opulenta. Item Johannis xiiii°. Pa-
cem meam do vobis non quomodo mundus dat etc. Et psalmista In pace in idip-
sum, idipsum est quod est invariabile et sic eodem modo se habens. Sicud est su-
perna Iherusalem que edificatur ut civitas cuius participacio eius in idip-
sum. Propter hanc triplicem bonam pacem iustorum seu pectoris spiritus
et eternitatis ter oramus in missa pro pace. Primo hic dicens qui
nos etc. Secundo da propicius pacem. Tercio dona nobis pacem
ut de pace temporis et pace pectoris transeamus ad pacem eter-
nitatis. Et scias quod perfecta pax non invenitur in hac vita quia
numquam bella bonis in hoc seculo deficiunt. Et sicut dicit Tertu-
lianus (?) pia sicut legitur super Can. dicit O candens lilium o tene-
ra et delicata flos merceduli et subversores sunt tecum. Unde vide
quomodo caute ambules inter spinas. Plenus enim mundus spinis. In
terra sunt, in aere sunt, in carne tua sunt. Versari in hiis et non
ledi divine est potencie et non virtutis tue. Augustinus de civitate dei.
Boni pugnant inter se mali et mali pugnant inter se mali et boni. Boni
vero et boni si perfecti sint inter se pugnare non possunt. Nec bona
quisque ex ea parte pugnet contra alterum, scilicet eum contra se-
metipsum, et in uno quoque caro concupiscit adversus spiritum et spiritus
adversus carnem. Et Fulgencius dicit A circulo lune usque ad cen-
trum terre non est perfecta securitas. In aere non quia ibi sunt demo-
nes insidiantes. In terra non quia ibi sunt homines malignantes.
In mari non quia ibi venti et tempestates. In inferno non quia
ibi sunt tortores animas cruciantes. Ergo supra lunam querenda securita-
tem quia citra lunam minime reperies. Et ideo sacerdos petit
tranquillam pacem vitam in presenti cum dicit diesque nostros
in tua pace disponas. Secundo preservacionem a malo in

sito cum dicit Atque ab eterna dampnacione. Tercio petit collacionem glo-
rie et consorcium beatorum cum dicit Et in electorum tuorum. In
eterna beatitudine que est status omnium bonorum aggregacione perfectus
secundum Boecium iii° de consolacione philosophie. Ubi enim quicquid
amabitur aderit omne quod ibi est bonum est et summa deus summum
bonum est quod omnis beatissimus ita fere sed ex certum est Hanc igitur

Alberti l.

Sequitur lectura alberti Hanc igitur oblacionem etc. In hac oracione
communione ecclesie christo et omnibus bonis communicantes petimus
oblacionem nostram acceptari duo intendentes scilicet quod acceptemur
et modo quo oportet acceptetur et hunc modum exprimimus sibi circa
oblacionem quam deus etc. In prima autem oracione tria dicimus scilicet qualiter
hec oblacio ad nos referatur et quod in ea petimus acceptari et quid
petimus nobis fieri a deo nos in oblacione acceptante. Hanc igitur
eciam in sanctorum omnium offeratur communione quam magis possimus
non acceptari. Agit hac et dicit hic inclinacione capitis a sacerdote
fieri intuitus ad hostiam demonstratam. Servitutis nostre hoc dicit
pro clero quia sicut est servitus regis in cubiculariis et dapiferis et
pincernis et marscalcis et ducibus et aliis ministris aule regalis ita
est servitus dei in templo ad oblaciones consecrato. Et hic servitus
est cantorum ostiariorum exorcistarum accolitorum seu lectorum sub-
diaconorum diaconorum presbiterorum episcoporum, que servitus theo-
sebia sive dei cultus vocatur. Et sicut victoria non est regum tantum
sed omnium eorum qui in virtute regis ad victoriam aliquid conferunt
Ita oblacio non est solius sacerdotis sed omnium illorum qui in servi-
tute templi dei aliquid conferunt et faciunt ad oblacionem. In ex-
ercitu enim regis unus exercitum coadunat alter parat arma tercius
sellat equos quartus parat milites quintus ordinat acies sextus
pugnat septimus recedentes refrenat octavus postea ad adiu-
torium primorum recurrat et victoria est per modum ducum omnium
illorum quorum si unus ipsorum deficit rex victoriam non consequetur. Ita
in oblacione Janitor templum in quo fit oblacio mundum custo-
dit exorcista tenebras visibiles et invisibiles expellit. Exorcista vim
demonis excludit ne communicantes a percepcione communionis impe-
dire possit. Accolitus veritatem fidei exponit. Subdiaconus mate-
riam hostiarum immolandarum ad sacrarium suggerit. Dyaconus oblaciones
et pallas corporales in altari disponit. Sacerdos autem ut perfector sancti-
tatis oblacionem perficit et ideo omnium clericorum est aliquomodo oblacio. Et
hoc attendens beatus Gregorius dicit hanc igitur oblacionem servitutis nostre
hoc est ad cuius perfeccionem tota nostra ordinatur servitus. Sed et
cuncte familie tue hoc pro laico populo est adiunctum qui sicut scriptum
est in oblacione altaris et sic totus est in oblacione sancte
ecclesie servitus [illegible] quod terribilis est ut castrorum
acies ordinata Gen. xxxii Castra dei sunt hec. i. Chor. v. [illegible] venit
deus in castra et omnium istorum assensu modo est oblacio hec aut sic

nimis est oblatio peccatorum / sentitur petit / igitur oblationis huius in omnibus
huius acceptationem / sicut dicit Gregorius ut nullus sit irritum votum
nullius vacua postulatio / Et hoc est quam domine ut placatus accipi-
as / placatus inquam servitute cleri et voto totius populi / Omnibus
hoc est acceptas pro omnibus pro quibus offertur / Malachias iii placabit
domino sacrificium iuda et ierusalem / sicut dies seculi et sicut anni anti-
qui iuda enim qui interpretatur confitens et glorificans significat
clerum confitentem confessione peccatis et predicatione et glori-
ficatem in laude dei / ierusalem autem populum significat cuius sacrificium placa-
re acceptationem deo / sicut dies seculi / hoc est sicut sacrificium a
diebus seculi a sanctis oblatum / et placet sicut anni antiqui qui
sunt anni eterni qui non deficient / hoc est sicut acceptum est ab
eterno in predestinatione dei / Dies quoque nostros / hoc est quod petitur ab
acceptante deo prestari / petimus autem duo / unum pertinens ad tempus
et alterum pertinens ad eternitatem / ad tempus quod pertinet quod dicit
dies quoque nostros huius vite concessos in quibus turbacio oriuntur
Ephe. v. redimentes tempus quoniam dies mali sunt / Iob xvii dies
peregrinationis vite mee parvi et mali / In tua pace / que illa sola
secura est / hoc est temporibus peccatoris et eternitatis / disponas quoque tui
solius sapiencie est / et mala oritura precidere / et nos in eis ad tuam
pacem disponere / Sapiencie viii attingit a fine usque ad finem forti-
ter et disponit omnia suaviter / Deinde tangit quod est eternitatis du-
plicis scilicet secundum eternam mali deuitacionem / et secundum eternam boni ad-
peccionem / de mali deuitacione dicit / Atque ab eterna dampnacione
nos eripi per indulgenciam mortalis peccati / quia Ps. paciencia pauperum
non peribit in eternum / De secundo dicit / Et in electorum tuorum per
graciam finalis electionis a massa peccatorum separati sunt / iubeas
grege numerari / quia ille numerus est certus in predestinatione prius
Ps. Qui numerat multitudinem stellarum / et omnibus eis nomina
vocat / hoc est de electis dicit / quorum nomina scripta sunt in libro
vite / Non enim sedebunt ibi per propriam iusticiam / sed per graciam electionis
finalis / hoc significatum est i. Esdre ii ubi illi qui non potue-
runt invenire genealogiam suam / separati sunt a populo domini qui
non erunt in numero electorum de sorte / Ecclesia autem sequitur per Christum dominum
nostrum / est conclusio ad quam utitur unde et dicitur

Quam oblationem tu deus in omnibus quesumus bene
+ dictam ascri + ptam ra + tam racionabilem accepta-
bilemque facere digneris ut nobis cor + pus et sanguis
fiat dilectissimi filii tui domini nostri ihesu cristi / In ista
parte sacri canonis secundum Alexandrum de Ha. postulat potestatem bene-
dicere in verum et summum sacrificium transmutacionis / ubi sacerdos
accedit ad corporis Cristi consecracionem / et partitur in tres partes / In pa-

operis consecrandi postulatur. In secunda ipsa consecracio perficitur ibi Qui
pridie. Tercio rei consecrate commendacio exprimitur ibi Unde et
memores. Prima adhuc subdividitur in tres partes. In prima ponit sa-
crificii oblacionem. In secunda oblacionis benediccionem ibi in cunctis be-
In tercia ponitur sacrificii transsubstanciacio ibi Ut nobis. Clamat ad pri-
dictam. Quam oblacionem i. terrenam materiam ad corpus filii tui destinatam
vel secundum alios in hac particula canonis sacerdos iam petit con-
secracionem oblacionis ut ex ista materia fiat nobis corpus et sanguis domini
nostri Ihesu Christi. Et summa est hec. O deus pater clementissime nos petimus
quod hanc oblacionem consecrare et confirmare digneris, et inmo-
labilem et acceptabilem tibi hostiam id est sacrificium ut fiat corpus
et sanguis domini nostri dilectissimi filii tui. Et exponitur sic. Quam
oblacionem scilicet nostre servitutis tu deus scilicet pater clementissime
in omnibus quesumus benedictam i. consecratam, ascriptam i. approba-
tam i. confirmatam, racionabilem i. divine racioni et volunta-
ti conformatam, acceptabilemque i. acceptabile sacrificium facere di-
gneris, ut nobis scilicet ad nostram salutem corpus et sanguis fiat scilicet
panis et vinum dilectissimi filii tui domini nostri Ihesu Christi. Nota primo
circa textum quod dicit deus in omnibus quod est oracio in omnibus. Primo potest
construi cum hoc deus ut sit sensus tu deus scilicet qui es in omnibus. Et tunc
sensus est aptus et conveniens. Deus namque sic in se incommutabilis
per presenciam, potencialiter, et essencialiter est in omni natura, seu essencia
sine diffinicione i. limitacione, seu determinacione, et in omni loco
sine circumscripcione, et in omni tempore sine mutabilitate, et in sanctis
spiritibus et in animabus excellencius est, scilicet per graciam inhabitans, et in
homine Christo excellentissime est, in quo plenitudo divinitatis inha-
bitat. Et beatus Augustinus dicit: deus est in omnibus rebus causa essendi,
ordo vivendi, racio intelligendi. Non est mirandum si essencia
divina simplex et incommutabilis omnia replet loca et in
omnibus creaturis essencialiter est, nec tamen eciam rei sordibus con-
taminetur et contingatur. Sol enim visibilis radios sine sui pollu-
cione effundit super loca et corpora, non solum munda sed eciam immunda
sordida et fetencia, quorum contactu alia corpora inficiuntur, solis
radii impolluti et incontaminati ea contingentes existunt.
Alio modo hoc in omnibus potest referri ad hoc benedictam et ceteras sequen-
cia, ita ut sit sensus. Quam oblacionem tu digneris facere benedictam
acceptabilem in omnibus. Et sic iterum exponitur dupliciter. Uno modo in omni-
bus scilicet suis partibus, uel quod exponitur adverbialiter i. omnino et totaliter. Secundo
exponitur adiectiue hoc in accipientibus, uel pro quibus offertur pro sibi suis
uel offerentibus, ut sit sensus benedictam in omnibus offerentibus, et
pro quibus tibi offertur. Secundo modo hoc in omnibus refertur ad hoc est. Et sic
videtur exponendum vulgariter in solo: quam in omnibus i. tota mente
et toto corde, et toto intellectu. Secundo nota quod ipse petit quinque
scilicet quod istam oblacionem deus faciat benedictam. Secundo ascriptam

ratam

Tercio, quarto, racionabilem, quinto acceptabilem, que quidem peticiones
pa[rti]cie exponuntur sic. Primo benedictam .i. electam per quam spiritualium
bonorum multiplicacione benedicamur, ascriptam .i. electam que de
tua memoria nulla possit oblivione deleri, ratam .i. electam que
de tuo beneplacito constanter nobis suffragetur et que nulla po-
ssit mutacione avelli, racionabilem .i. electam, sic ut eius diuine racioni confor-
mabis. Ora enim est irracionale et racionabile. Racionabile dicitur quia
de racione procedit, racionale vero quod vtitur racione. Et accepta-
bilem .i. electam que est sic grata et accepta. Secundo modo sic exponitur
Quam oblacionem tu deus dignetis facere benedictam .i. permute
et transfere in illam hostiam que est omnibus modis benedi-
cta, ascripta, rata, racionabilis et acceptabilis hostia salutaris scilicet corpus
et sanguinem christi, dicitur benedictam omnibus modis quod ab omni
maledictione est immunis, tam actuali quam originali, tam ve-
niali quam criminali, sicut elizabeth inquit ad virginem: Et benedictus
fructus ventris tui etc. Ascripta dicitur eadem hostia quod sepe
sit signis et figuris veteribus designata, tam in manna celesti
quam paschali agno, tam in ysaac ymolando quam abel ymolato,
sicut ut inquit iohannes in apokalipsi xiii: agnus occisus ab origine
mundi .i. occidi dispositus ab eterna dei predestinacione et previ-
sione. Eadem hostia rata et firma ac consistoria que cessit vbi
nona successit. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchise-
dech. Racionabilis dicitur quia non pecualis, sicut erat legalis oblacio
que sanguine hircorum et vitulorum non poterat mundare a pecca-
to, sed sanguine suo conscienciam emundat ab operibus mortuis. Acceptabilis
quod eam deus accepturus in remissionem peccatorum et rede-
dicit: non tamen ymo illa oblacio de qua propheta dicit: Sacrifici-
um et oblacionem noluisti ps. xxxix. Sicut dicit aut: Non accipiam
de domo tua vitulos nec de gregibus tuis hircos, sed sic illa de
qua dicit: Tibi sacrificabo hostiam laudis. Secundum hanc exposicionem
respice subiungit: ut fiat nobis corpus etc. Innocencius autem de
conse. dist. ii. Tercium hec verba refert ad eucaristiam et exponit
sic: Quam dignetis facere benedictam per quam benedicimur, ascriptam
per quam in celo ascribimur, ratam per quam in visceribus christi et
corpore christi esse censemur, et in christo ratificamur, racionabilem
per quam a bestiali sensu exuimur, acceptabilem ut qui nobis
ipsis displicemus per hanc acceptabiles eius vnico filio simus. Sed alii
exponunt sic, ut in istis verbis quinque petimus fructus huius oblacionis
nobis dari: remocionem malorum, cum dicimus benedicta, petimus
enim benedici a nobis amovendo mala culpe et penalis. Secundo
secundum impressionem et infusionem spiritualium bonorum, cum
dicitur ascriptam. Tercio collacionem bonorum stabilitatem cum dicitur ratam

Et quarto discretionem credendorum et agendorum cum dicit ratio-
nabilem. Quinto acceptationem bonorum operum nostrorum ut sint deo
accepta et sic nobis prosint ad vitam eternam cum dicit accepta-
bilem. Sexto nota sacerdos hic facit tres cruces cum dicit bene-
dictam, ascriptam, ratam, et postea duas cum subiungit corpus et san-
guis etc. Modo dubitatur quid ille tres cruces designant. Huius sunt
multe rationes. Innocencius dicit quod ad designandum precii quantita-
tem quo Christus venditus est sacerdos hic facit tres cruces super
oblatam et calicem cum dicit benedictam. Pro cuius maiori decla-
racione est sciendum secundum quod prius dictum est in canone agitur memoria
eorum que acta sunt in ebdomada palmarum et specialiter modus
vendicionis et empcionis Christi. Ubi nota feria quarta ante cenam
domini in mane Iudas motus et [illegible] a dyabolo [illegible] sacrile-
gium perpetravit cum filium dei solis triginta argenteis vendidit
phariseis in recompensacione dampni quod incurrit inter effusionem
unguenti quae [illegible] non venit hoc unguentum trecentis denariis et
datum est egenis. Hic autem dicit non quia de egenis pertinebat ad eum
sed quia fur erat et loculos habens ea que mittebantur portabat Joh.
xii. Et [illegible] denarius valebat decem denarios usuales et ita dampnum
unguenti quod valebat trecentis denariis triginta argenteis recom-
pensavit. Si vero dicas denarios usuales decima est quam Iudas Christum
vendidit sicut vile mancipium. Triginta enim denarii sunt decima
pars trecentorum denariorum quos valebat unguentum. Unde [illegible] dicitur
[illegible] despective per eorum dictos suspenderunt mercedem meam
triginta argenteis quibus sum appreciatus ab eis. Ad designandum
igitur huius precii quantitatem quo Christus est venditus venditus sacer-
dos hic facit tres cruces super oblatam et calicem quam et trice-
ta pater et triginta multiplicatorem suscipiunt a ternario. Postea vero
ad designandum venditorem et emptorem duas cruces imprimit singula-
riter unam super oblatam alteram super calicem cum dicit ut fiat
nobis corpus etc. Illa vendicio fuit maledicta proscripta irrita iniusta
et detestabilis. Sed tu deus hanc oblacionem digneris facere benedictam
ascriptam ratam racionabilem acceptabilem. Iudas enim dilexit ma-
ledictionem et venit ei. Noluit benediccionem et elongata est ab eo. Sed
tu deus hanc oblacionem digneris facere benedictam per quam nos in cele-
stibus benedicamur. Iudas deletus est de libro viventium et cum iustis
non est scriptus. Sed tu deus hanc oblacionem digneris facere ascriptam per
quam nos inter electos ascribamur. Iudas laqueo se suspendit et episcopa-
tum eius accipit alter. Sed tu deus hanc oblacionem facere raciona-
bilem per quam racionabile fiat nostrum servitium obsequium. Iudas
reddidit mala pro bonis et odium pro dilectione retribuit. Sed tu
deus digneris hanc oblacionem facere acceptabilem per quam reddas

quod 9 cruc' fiat

tibi acceptos. Alia visio / tres cruces quas sacerdos facit co-
muniter super hostiam / et calicem sunt ea que christus in cena quando
egit / circa panem et vinum / accepit, benedixit, et fregit / sed quod propter
facit specialiter unam crucem super oblatam / designat quod christus super
panem dixit accipite et comedite. hoc est corpus meum / et al-
teram super calicem / quod christus dixit bibite et dividite inter vos / hic
est sanguis meus / Secundum hunc sensum recte subiungit / Qui
pridie etc. Tercia visio quod iudas vendidit christum ad crucifigendum
sacerdotibus. scribis. et phariseis / de quo sacerdos ad denotandum
quinque tres emptores / facit tres cruces communiter super oblatam
et calicem / cum dicit benedictam ascriptam ratam ad denota-
dum uno distincte et distincte venditorem et venditum facit duas
cruces distincte super oblatam et calicem cum dicit / ut fiat nobis
corpus etc. Quarta visio sacerdos primo facit tres cruces in com-
munibus dictionibus / scilicet benedictam / ascriptam / ratam / ut denotet
trinus crucifixionem christi / que a tota trinitate sunt volita. ista fiat
que illis dictionibus petimus fieri / quarta crux quam facit
divisim super oblatam / designat corporis christi in cruce immolacionem
sed quinta crux que fit super mixtum ex vino et aqua / designat san-
guinis et aque de latere christi effusionem / Postea cum dicit dilectissimi
ipse sacerdos elevat manus ex intima devocione / cum suspirio in ce-
lum et propter hoc sacerdos elevat manus et extendit cum orat in
missa Nam cum christus expandisset manus suas in cruce pro pec-
catoribus oravit / et dixit pater ignosce illis / quia nesciunt quid fa-
ciunt. Tercia instruens quod christus sic passus est recipere penitentes quod
quod ipse promisit Johannis vi capitulo qui venit ad me non eiciam fo-
ras / Nota de elevatione manuum dictum est prius / quo figurata est
Exodi xvii° Cuius figure exposicionem hic adverte / Cum enim Moy-
ses i. christus elevat manus i. impendit auxilium et solatium
vincit israel. i. ecclesia Nam si deus pro nobis quis contra nos. Cum
autem paululum manus remittit. i. si de exigentibus peccatis subtrahit
auxilium et solatium superat amalech. i. dyabolus. quod non est vo-
luntatis neque currentis / sed dei miserentis / Quia vero christus promisit
ecclesie dicens Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Sed hic aa-
ron. i. mons fortitudinis et hur. i. ignis caritatis sustentat ma-
nus eius ut in fortitudine ferat auxilium et ex caritate ferat
solatium i. ne manus eius lassentur usque ad occasum solis i.
ad finem mundi. Sic quod Josue duce i. ductore christo israel fugat ama-
lech i. ecclesia superat dyabolum in ore gladii. i. per virtutem orationis
verbi dei / Gladius enim est verbum dei / Si quis ergo vult orationibus virtute
superare dyabolum / debet elevare manus i. actus ad deum ut con-
versatio eius sit in celis Unde demissas manus erigite et genua

debilia roborate Nam eleuacio manuum sacrificium vespertinum bona est
operacio cum ieiunijs et elemosina fides enim sine operibus mortua est
leuemus ergo manus puras sine disceptacione querentes que sursum
sunt non que super terram ubi xpistus est in dextera dei sedens Sed du-
bium est quare hic dicitur ut nobis fiat etc dicendum quod huius est racio
duplex prima ad alludendum illi verbo quod dixit maria angelo
luc. primo fiat michi secundum verbum tuum Secunda racio ad allu-
dendum verbo creacionis ad designandum quod eadem potencia requiritur
in transsubstanciacione sicut in resurreccione et rerum creacione De qua
Gen. primo dicitur fiat lux fiant luminaria etc sequitur et factum est ita
Tercia racio ad designandum quod sacerdos solum est minister huius ine-
fabilis commissionis ideo non persona propria loquitur dicendo facio Quarta
racio quia hec transsubstanciacio oportet quod fiat per verba transsumptum significancia
ideo non dicitur quod panis sit corpus sed bene panis fit corpus xpisti
ideo dicitur fiat Iterum nota dicitur dilectissimi etc xpistus enim ihesus ma-
xime est dilectus a deo patre secundum illud math. iii hic est filius meus
dilectus in quo michi bene complacui Tum quia omnimodam parti-
cipacionem essencie pater filio eternaliter communicat Tum quia omnia
que habet pater sua sunt Iohis xvi Tum quia a patre est sibi tradita potestas
omnis que sunt in celo et in terra math. ult. Tum quia pro filij sui immo-
lacionem in cruce ipse pater placatus fuit pro omnibus offensis
nostris preteritis presentibus et futuris racione cuius et ipsum exaltauit et dedit
illi nomen quod est super omne nomen ad philippen. ii Et nos ipsum
deum patrem diligere debemus quia ipse prior dilexit nos quia sic deus dilexit
mundum ut filium suum unigenitum daret Iohis iii Secundum filium dilige-
re debemus quia ipse est passus pro nobis et nos redemit Spiritum sanctum di-
ligere debemus quia eius sapiencia conditi sumus et prouidencia guber-
namur Deum enim super omnia diligere debemus Valde enim errat qui non
diligit deum suum creatorem recreatorem et remuneratorem Unde bea-
tus augustinus dicit Valde enim errarem si deum non amarem qui dedit michi
animam ut viuam graciam ut bene viuam sapienciam ut ornate vi-
uam et tandem daturus est michi gloriam ut beate viuam quam
vitam nobis concedere dignetur ihesus xpistus qui est in secula benedictus

Sequitur lectura alberti Serenam oblacionem etc Tangit hic
modum quo oblacio petitur acceptari Tangit autem duo scilicet modum
contemplacionis et in quo modus ille compleatur Dicit ergo quam obla-
cionem cleri et populi tu deus cui soli offerendum est quia dixisti Exo.
xx Non erunt tibi dij alij preter me etc in omnibus gradibus cleri et
populi querimus hoc et rogamus illum ab omne excipientes Sapie. vi
pusillum et magnum ipse fecit et equaliter est illi cura de omnibus
benedictam Que fuerunt in antiquis oblacionibus ad exclusionem
quorum hic quoque dicimus antique enim oblaciones fuerunt vacue a gracia
et ideo nulla ab ipsis profluxit benediccio Antique enim oblaciones
ob memoriam eternam non sunt accepte sed pocius ab hominibus

Re[?]

Albti lec[tio]

inuente et a deo / ne ydolis sicut ordinate / antique enim oblaciones
non sunt rate / quia multa racione improbate et conuerse / fuerunt eciam
irracionabiles et inuigili secundum cor dei accepte / et ideo contra dicit de
benedicta ista quia / hoc est benediccione gracie plena / Deut. xxxiii. Ple-
nus benediccionibus domini / Eccli. xliiii. benediccio illius sicut fluuius ari-
dam mundauit / Ascriptam / inter acceptissima munera dei / ad
instanciam eterna memoriam / Abac. ii. Scribe visum et explana eum
super tabulam ut pateat qui legit / Apoc. iii. Non delebo nomen eius
eum de libro vite / Ratam / id est ratum est firmum / quod nulla ra-
cione potest esse conuersum / Quicquid enim illa oblacio perficitur repulsam
et inuigili est conuersa / quia sicut ait psalmus / Iurauit dominus et non peni-
tebit eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech
ista enim rata est oblacio / quia propter eam sacerdotium quod sicut diximus
est seruicium eius manet in eternum / Cui nunquam aliud succedit sacer-
docium / Hebr. vii. Hic autem eo quod manet in eternum sempiternum habet sa-
cerdocium accedens per semetipsum ad deum semper viuens ad interpellan-
dum pro nobis / Tres autem cruces fiunt ut significentur ista procedere
in hostiam a primo perfectore scilicet trinitatis / cuius videlicet stat ad altare / Ra-
cionabilem / quia omni racione plenum est quod christi sanguis emundat in
quinque . Racionabilis autem fuit irracionabile quod sanguis hircorum / aut
thaurorum / aut agnorum aliquem emundaret / unde Hebr. viiii. Si enim
sanguis hircorum aut vitulorum inquinatos sanctificat ad emunda-
cionem carnis quanto magis sanguis christi emundauit consciam vestram
ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti / Acceptabilemque / ut fa-
cere digneris quia in illis nichil fuit acceptum sicut in antiquitate
ostensum est / ista autem racionem habet accepcionis ex parte eius cui
offertur et ex parte eius quod offertur / In istis autem duobus cruces
non fiunt quia et racionabilis et acceptabilis est hec oblacio ex scriptis /
benediccionem / et ascripcionem / et ratitudinem habet a patre qui est primus
perfector scilicet trinitatis / et hac in causa sacerdos significat procedere per
crucem quam facit triplicem / Ut nobis / Sed autem est ordinacio con-
structio / Quam oblacionem benedictam etc. id est que est bene-
dicta et ascripta etc. / tu deus in omnibus quesumus facere digneris talem
ut nobis hoc est ad utilitatem nostre incorporacionis / ut incorpo-
remur tibi / fiat corpus ad incorporacionem et sanguis / ex quo spirat
spiritus tuum spiritus sanctum nobis influens / quo uiuamus in te et tibi
incorporati viuemus spiritu tuo / et propter hoc fiunt iterum due cruces / et
ut duabus incorporacionibus / et duabus nostre viuificacionis procedere a deo
noscitur in sacramentum / Ioh. vi. Qui manducat carnem meam et
bibit sanguinem meum in me manet ut incorporatus michi
in spiritu meo sociatus / et ego in eo ut caput in membris et vita
in viuentibus / Dilectissimi filii tui quia nimie dileccionis fuit quod eum
sic nobis in sacramentum dedisti / propter quod est sacramentum caritatis

sacramentum vocatur / Sic enim sicut dicit Coll j° Transtulit nos
in regnum filij dilectionis sue / domini nostri qui omnem facultatem
boni et pulcri secundum perfectam possessionem Jhesu cristi qui verus
mediator est in nobis et inter te et nos mediatoris mittens manum
hec autem quidam absurda dicunt dicentes / quod quia christus venditus fuit
triginta argenteis / qui sunt ter decem / ideo fiunt tres cruces prime
et quia ibi fuit vendicio et emcio / ideo fiunt due cruces / secundo loco fa=
ce / reddit alij quod ideo / quia christus venditus fuit tribus generibus hominum
sacerdotibus / et scribis / et phariseis / et ideo fiunt tres cruces prime et
inter emcionem et vendicionem fiunt due cruces secunde / Dicunt
alij quod quia iudas traditor / accepit buccellam postquam introivit in
eum dyabolus / et sic maledictus fuit et ideo per oppositum oblacio
ecclesie dicitur benedicta / et quia proscriptus fuit a cetu fidelium / ideo per oppo=
situm ista oblacio dicitur ascripta / et quia factum suum non fuit ratum
sed irritum / ideo per oppositum ista oblacio dicitur rata / et quia omni racio=
cinij / ideo per oppositum dicitur racionabilis / et quia inde factus condemna=
tum fuit / ita quod laqueo se suspendit / ideo per oppositum ista oblacio
dicitur acceptabilis / hec et huiusmodi nos reputamus deliramenta / et
hominum illiteratorum / qui se doctos profitentes infamias et nugas et
suis doctrinis detestabilem faciunt theologiam

Qui pridie quam pateretur / accepit panem in sanctas ac venerabiles
manus suas / et elevatis oculis in celum / ad te deum patrem
suum omnipotentem / tibi gracias agens / benedixit ac fregit / dedit=
que discipulis suis dicens / Accipite et manducate ex hoc omnes
Ista est pars secunda canonis secundum nos alios quinta / in qua agitur de con=
secracione corporis cristi / et addimus gesta cristi circa hoc factum / et istam par=
ticulam canonis addidit Allexander papa primus anno domini C. xxx° j°
vel secundum Allexandrum de halis / in hac particula continetur consecracio
consummacio / et primo continetur consecracio corporis cristi / secundo consecra=
cio sanguinis ibi simili modo / vel secundum intencionem et divisionem superius factam
Ista est tercia pars principalis canonis / in qua ponuntur verba ipsam conse=
crantia efficiencia finaliter perficiencia tam consecracionem corporis quam san=
guinis cristi / et habet duas partes / primo indicantur verba consecracionis
corporis / secundo sanguinis ibi simili modo / summa est ista / o pater clementis=
sime dominus noster Jhesus christus filius tuus proxima die precedente sua
passionem / hora cene accepit in venerabiles manus suas panem quem
elevando oculos suos in celum ad te patrem suum omnipotentem et
gracias agendo / benedixit dicens / Hoc est corpus meum / in cor=
pus suum transmutando / fregit et dedit discipulis suis dicens / Accipite
et manducate etc. / et exponitur sic / Qui scilicet dominus Jhesus christus / pridie
id est precedenti die quam pateretur id est passus fuit / accepit panem scilicet non conse=
cratum / in sanctas id est sanctificatas ac venerabiles id est honorandas ma=
nus suas / et elevatis id est sursum levatis secundum humanitatem
oculis scilicet tam mentis quam corporis in celum id est usque celum / ad te deum

patrem suum .s. secundum divinitatem omnipotentem scilicet creatoris et remissionis peccatorum tibi .s. patri gracias agens .i. graciarum actiones referens bene-
dixit .i. consecravit vel signum aliquod super panem impressit fregit .s. spe-
ciebus dedit que .i. porrexit discipulis suis dicens Accipite .s. per fidem et
manducate .i. comedite .s. per credulitatem ex hoc omnes ¶ Nota primo quod
in illa particula continetur illud quod dominus noster ihesus christus in cena fecit / quam
particulam alleg[ans] Innocentius dicit sic ordinasse et addidisse secundum formam
apostolorum et ewangelistarum sic deducitur ¶ Et est sciendum quod ecclesia in die cene
addidit istam particulam qui pridie quam pateretur pro nostra omnium salute
quod est hodie ad singularem reverenciam illius diei eo quod ista hoc venerabi-
lissimum sacramentum est institutum in qua die desideratissime institutum
est convivium secundum quod dominus dixit desiderio desideravi hoc pascha man-
ducare vobiscum antequam paciar luce xxii° / In quibus verbis salvatoris
tria innuuntur primo precordialis affectio huius sacramenti cum dicitur desi-
derio etc. / secundo sacramentalis demonstracio cum dicitur hoc pascha manducare
vobiscum / 3° fiducialis adamacio cum dicitur antequam paciar / maiorem
autem hac caritatem nemo habet ut animam suam ponat pro amicis suis
Johannis xv / Secundo nota primo dicitur in hoc canone pridie / hic notatur
tempus institucionis huius sacramenti / quia enim die mensis primi qui tunc
erat sexta feria dominus pro nobis passus fuit et precedenti die que erat
xiiii luna eiusdem mensis pascha ad vesperum christus secundum legem pa-
scha typicum cum apostolis celebravit veteri pasche finem imponens
novum pascha / substituit sacramentum et ecclesie tradidit frequentan-
dum Unde Innocentius hac igitur institucione formam celebrandi ecclesia
per misterium quod semel offerebat in precium Nam cum veritas venit
figura cessavit / et signum sublatum est de medio cum iam non esset res
aliqua que figure sufficeret / sed que prius precipiebatur transsit in figu-
ram diu donec in veritate fuit completum quod in institucione prius
erat exhibitum / christus enim tunc implevit figuras / agnus enim paschalis
figura fuit huius venerabilis sacramenti propter cuius esum hoc sacramentum insti-
tuit / ut veteribus figuris finem daret / Unde sicut illi carnes agni in figura
comedebant / sic fideles in sacramento verum corpus christi et veram carnem
christi suscipiunt / et sicut manna datum est hebreis propter transitum maris
rubri iam submersis egyptiis / sic eucharistia datur christianis propter ab-
lucionem baptismi deletis iam peccatis ut per baptismum eundem a ma-
lis et per eucharistiam consumentem in bonis / et sicut manna populum
istum per vastitatem vie solitudinis ad terram promissionis perduxit
Sic et eucharistia populum christianum per incolatum vite presentis ad patriam per-
ducit paradisi / Unde recte viaticum appellatur quia reficiens in via de-
ducit ad patriam / Fuit autem hec dies ultima ante suam mortem et
passionem conveniens ad huius sacramenti institucionem / ut illud arcius cor-
dibus fidelium infigeret / et firmius memorie apostolorum imprimeret quod
ante mortem suam proxime futuram instituerat / Secundum quod dicit Augustinus
Augustinus per hec verba salvator quo vehemencius commendaret misterii huius
altitudinem ultimum hoc voluit infigere cordibus discipulorum a quibus ad passionem ca-

discessurus. Et idem dicit Innocentius quod hoc corpus et sanguinem suum
christus post cenam dedit apostolis ut hoc sacramentum velud ultimum testimo-
nium mandatum arcius memorie commendaret. Sunt et alie multe cause.
Dicit ergo hic sacerdos Qui pridie i. priori die antequam pateretur accepit pa-
nem. Volens sacrificium laudis deo patri offerre panem et vinum obtu-
lit ex quibus corpus et sanguinem suum confecit. Super quo verbo dicit Innocentius
quod sacrificium ritum melchisedech legitur prius celebrasse offerens panem et vinum
erat enim sacerdos altissimi Gen. xiiii. Unde david inquit ad christum Tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Ex quibus patet quod sacrifi-
cium christianorum non solum precessit legale dignitate sed et tempore. Sicud apostolus
in epistola ad hebreos plenius ondit. Et dominus ihesus panem et vinum in sa-
crificium sui corporis et sanguinis instituit quod sicud per cetera cibis et poti-
bus corporalibus panis cor hominis confirmat et vinum cor hominis letifi-
cat. Ita corpus et sanguis christi per cetera cibis et potibus spiritualibus plus
interiorem hominem reficit et gaudium domini plus saginat. Unde ait propheta
poculum tuum inebrians quam preclarum est. Et sicut in istis plena et perfecta
constat corporalis refectio sic et in illis plena et spiritualis. Sicut et christus
testatur dicens Caro mea vere est cibus. Et. Utrum autem debeat esse panis
an azimus vel fermentatus an salsus vel non et ex quo debet confici corpus
christi de hoc est satis dictum prius. Sed dubitatur hic primo quare christus sub alie-
na specie corpus et sanguinem suum dedit. Huius Innocentius ponit tres
causas. Primo hoc fit propter augmentum meriti quia ibi aliud creditur aliud cer-
nitur ut fides habeat meritum ubi humana racio non prebet experimentum. Secundo
propter dignitatem quantum ad malos. Exemplum de bethsamitis ut prius dictum
est. Tercio propter imbecillitatem quantum ad homines et hoc ad vitandum horrorem
et fetidum sensuum quia si oculus videret christum sub sua specie utique horrorem
anima abhorreret quia non consuevimus carnem crudam comedere nec sangui-
nem crudum bibere. Quarto ad evitandum ridiculum ne paganus vel
iudeus insultaret cum illud agimus. Sic Sanctum occultat christus sit ne tibi
stulte horror vel risus minuat fidem tibi prius. Unde Innocentius
ait Ergo christus sub specie principalis eduli similitudinem proposuit eucharistia ut
foveretur sensus in uno et fides in altero edificaretur. Fovetur enim sensus
dum solita percipit edificatur fides in altero dum illud quod non videtur qua-
lis sit cuius modi sit agnoscit. Item dubitatur quare sub speciebus panis et vini
Videtur quod dicendum in hoc sacramento proponitur nobis ut cibus refectionis et quod in nu-
trimento necessitatis humane ex hiis rebus pre omnibus plenior et melior re-
fectio igitur et Innocentius dicit Proponitur nobis species panis et vini ut sic
in susceptione corporis et sanguinis christi plena et perfecta esse refectio po-
sit. Plena enim refectio est cibus et potus. Cibi autem et potus panis et
vinum principalis est. Secundo quod hec species ad significationem corporis christi veri
et mistici est expressior. Panis enim propter operacionem assimilatur corpori christi. Vi-
num ergo quod liquor sanguinem. Et sic de mistico sicut ex multis uvis ex-
primitur vinum et sicut ex multis granis panis. Sic nos multi unum cor-
pus christi misticum sumus. Tercio quod hec species ad usum communiorem propter sui ne-
cessitatem et medicam est decencior. Quarto quod ad figuram veteris sacrificii

melchisedech vicinior. Tercio quia ad comparacionem domini eam silior. deus enim nunc se viti, nunc pani, nunc grano frumenti comparavit. Item dubitatur quare laicis non datur sub utraque specie. Respondetur quod olim in primitiva ecclesia omnibus christi fidelibus dabatur sanguis cum corpore christi. Sed postea sicut decrevit ecclesia non datur, primo ut tolleretur error ille, quia insurrexerant quidam heretici dicentes christum non sub una specie totum, sed medium scilicet in altera scilicet integrum continere. Ideo ut iste error tolleretur, sed a prioribus sic ita et a sanctis statuit ecclesia quod sub una specie corpus et sanguinem fidelibus daretur. Secundo ut caveretur pericla, nam sanguinem christi tractare nimis periculosum est, eo quod propter speciem sunt valde fluxibiles, que leviter ab indispositis rusticis funderentur, quod de christi corpore non ita cito contingit. Ideo soli sacerdotes sanguinem sumunt, in quibus maxima discrecio et cautela debet esse. Tercio ut veritas conducat umbre, quia in lege nichil bibebat qui offerebat de libamine. Sequitur textus. Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus. Hic denotatur quod hoc sacramentum non nisi mundis manibus non viciatis, sed consecratis debet reverenter et venerabiliter contrectari. Unde Alexander papa quintus a beato petro, dist. De consecracione dist. ii.
Nichil magis est preter corpus et sanguinem christi, nec ulla oblacio hac pocior est, sed omnes hec precellit, que deo pura consciencia offerenda est et pura mente sumenda atque ab omnibus veneranda. Et sicut ceteris est pocior, ita potius extolli et venerari debet. Ex quo statim habetur, quod solus sacerdos hoc sacramentum conficit. Ubi sciendum quod quatuor requiruntur ad conficiendum eucharistiam, scilicet debitum materie, intencio sensus et ordo convenient, corpus et ut conficiat, alii visus verborum forma meorum mixtum sit aqua. Primus tribuitur intencio presbiteratus. Primo requiritur puritas materie, quia de tritico. Primo dicitur esse hostia, quia deus grano frumenti se comparavit, et dicitur esse azima ut supra. Unde et materia eucharistie est duplex: una necessaria, alia debita. Materia necessaria est panis fermentatus, quia sine illo non potest fieri consecracio. Materia vero debita est quod iste panis sit azimus, quia licet in fermentato posset confici sicud et greci faciunt, hoc tamen secundum consuetudinem romane ecclesie fieri non debet. Sed circa de hoc dictum est supra. Similiter est de materia calicis, quia duplex est materia necessaria, alia debita. Materia necessaria est vinum, quia sine ipso non conficitur sanguis christi. Materia vero debita est quod aqua misceatur vino, cuius causa dicta est supra. Secundo requiritur ordo sacerdotalis. Unde secundum sanctum Thomam super iiii sentenciarum dist. x. Solus sacerdos quantumcumque malus sive excommunicatus, scismaticus, hereticus, degradatus conficere potest dummodo servat illa que requiruntur ad consecracionem, quamvis mortaliter peccet et irregularitatem incurrat. Nec enim hoc sacramentum melius dicitur propter bonum sacerdotem nec deterius propter malum, quia non in merito conficientis, sed in verbo conficitur salvatoris. Et sic lavatus quantumcumque sceleratus et celebrando nichil agit. Tercio requiritur forma verborum et est hec: hoc est enim corpus meum. Ista coniunccio enim non est de substancia forme verborum, sed de bene esse ipsius, et tamen non debet omitti, et ideo si aliquis dimitteret eam, ex hoc non conficeret, sed graviter peccaret si ex intencione omitteret eam, et sic ipsis verbis non prolatis non est ibi sacramentum. Cetera verba scilicet qui pridie addita sunt ex revelacione spiritus sancti. Attamen ista verba nullomodo debent omitti in celebracione nisi in necessitate. Alia dubia circa ista verba patebunt inferius. Quarto requiritur intencio. Et est duplex: una intencio conficientis, scilicet quod sacerdos intendat

Manus domini tetigit [illegible] [illegible] quia salvator cum erat in manu de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mirabilia et [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] signabat [illegible] [illegible] [illegible] multiplicando panes et pisces [illegible] et [illegible] [illegible] in manu sua et [illegible] [illegible] bona [illegible] Job: Manus tue domine fecerunt me [illegible] [illegible] ex bono [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] salvus [illegible] in manus tuas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] manu tua [illegible]

Dup

[illegible]

Dup

Primo

Duplex materia eukaristie

conficere intencio autem sic est necessaria vel actualis vel habitualis / Alia intencio
est generalis ecclesie et illius qui hoc sacramentum instituit / Ecclesia enim intendit
hoc sacramentum conficere pro utilitate vel pro necessitate quia et peccata tollit et
propter hoc si aliquis ex ludibrio vel ex stulticia proferret verba consecracionis su-
pra totum panem in foro / et vinum totum in celario non conficit quia talis
ipse non habet intencionem consecrandi / Sequitur Elevatis oculis in celum. In verbis
consecracionis corporis et sanguinis christi / tria commemorantur que nullus ewangelista
describit scilicet elevatis oculis in celum eterni testamenti / misterium fidei / Sed dicit
Innocencius tercius quod ewangeliste multa de verbis et factis christi pretermiserunt
que apostoli suppleverunt / Nullus enim tenetur presumcionis temeritate et audacie ut de
corde suo temptaverit interponere / Sed formam ipsam verborum apostoli acceperunt
a christo / et aliud ab apostolis / sed quod multa ab apostolis sunt tradita que obmiserunt
ewangeliste / patet in multis locis sacre scripture / Scribit enim apostolus prima ad Cor. xv
quod dominus ihesus post resurreccionem visus est plus quam quingentis fratribus / Deinde
visus est Iacobo / Deinde apostolis omnibus / Novissime autem tamquam abortivo
visus est michi / et hec nullus ewangelistarum describit / Nam eciam inter ewangelistas
que obmittuntur ab uno que supplentur ab alio / Eciam circa verba consecracionis ita
cum tres ewangeliste commemorant / hoc est corpus meum / Solus lucas addidit
quod pro vobis tradetur / Et tunc marcus et matheus dicunt pro multis / lu-
cas dicit pro vobis / Sed matheus addidit in remissionem peccatorum / Item
propter multa que hic apponuntur est notandum quod ewangeliste principaliter quia fuit
ewangelistis conscribere historias magis quam tradere formas sacramentorum
quas formas apostoli a principio sicud a domino acceperunt promulgaverunt
et ecclesie sancte tradiderunt ut patet prima ad Cor. xi Ego accepi a domino quod et tra-
didi vobis / Prius enim quam conscripta essent ewangelia per aliquod annos erant
sacramentorum usus et institucio / Non mirum ergo si in canone misse
quo ecclesia generaliter utitur secundum verbum quo christus consecravit aliqua adiecta
inveniuntur ut est ista quidem enim que non ponitur in ewangelio / sed apposita est
propter continuacionem et particula quam beatus petrus sciendum quod a christo accepit
creditur addidisse sicut invenitur in missali sancti petri rome / Ideo eciam ista
convenienter aliud addi potuit / Eciam ista que hic adduntur possunt ex aliis lo-
cis ewangelii comprobari / Exponitur illud Elevatis oculis in celum / Christus
enim in aliquibus factis legitur oculos suos levasse / ut in resurreccione lazari
levavit oculos in celum dicens Gracias tibi ago pater quoniam audisti me. Iohannis xi
In sermone quem fecit post cenam ubi oravit pro humanitate sua clari-
ficanda / et pro discipulis suis iterum oculos in celum levavit / ut scribit Iohannis
xvii hec locutus est ihesus / et sublevatis oculis in celum dixit Pater clarifi-
ca filium tuum ut filius tuus clarificet te / Si tunc levavit oculos suos in
celum ad patrem cum animam lazari suscitavit ad corpus / quanto magis creden-
dum est / quod tunc oculos ad celum levaverit / cum panem et vinum in suum cor-
pus et sanguinem suum convertebat / Quare autem christus levavit oculos in ce-
lum ad patrem / huius duplex est racio / Prima ut insinuaret omnia se habere
a patre et nichil a seipso / Secunda ut erudiret nos quod in principio actuum
nostrorum oculos mentis nostre id est intencionem ad deum tamquam patrem nostrum
auctorem omnium erigere debeamus iuxta illud psalmi Oculi mei semper ad dominum / Et
Innocencius dicit utrumque ad nostram instruccionem agebat ut et nos oculos cordis

[Margin:] Innocencius [illegible] missarum

[Margin:] Et apostolus accepit a christo [illegible] verba domini ihesu [illegible] accipe [illegible]

non deprimamus in terram sed eleuemus in celum / si quid orantes vo-
lumus impetrare. Et subiungit / gratias agens / christus gratias agebat non
pro se sed pro nobis . i. pro nostra reparatione et salute omnium / per hoc sacrame-
tum facta / vel gratias agebat propter donum tam magni sacramenti / vel
gratias agebat nobis in exemplum / ut deum in singulis actibus nostris poche-
heamus / et sibi gratiarum actiones de singulis donis referamus / Et nota
quod cum sacerdos dicit hec verba / tollit panem de ara et recipit ad manus
et dum sic recipit / quod tunc ibi non est corpus christi / sed a primo usque ultimo in-
stanti prolationis vocum illorum / hoc est corpus meum / desinit esse pa-
nis / et incipit esse verum corpus christi / et ergo diligenter sacerdos caueat
quod panem adhuc non consecratum non nimis eleuet / nec aliquod signum
adorationis exhibeat / sed humeris suis seu manibus panem occultatum
teneat / ne populus circumstans adoret et ydolatriam committat / Et sic
benedixit. hic fit crux super panem . non quod christus benedicendo panem fecerit
crucem / quia nondum fuit facta crux caracter benedictionis et sanctifica-
tionis / sed fit crux ut denotetur panem esse conuertendum in corpus christi
qui pro nobis immolatus est in cruce / Innocentius dicit quod iste due cruces
prima quam hic facit super panem / et secunda quam post faciet super calicem
significat duplicem benedictionem / prima crux fit propter benedictionem qua
panis in corpus christi transsubstantiatur / Secunda crux fit propter benedictionem
qua vinum transsubstantiatur in sanguinem / et fit hic benedicendo sacerdos fa-
cit signum crucis super oblatam / quia nunc crux virtutem benedictionis
infundit. Item nota dubium magnum hic incidit quod christus benedixit
panem / et an christus per hec verba hoc est corpus meum confecit / sicut et nos
et videtur quod non / quia si per ista verba confecit tunc ante prolationem illorum vo-
cum non fuit corpus christi / et tunc secundum ordinem vocum christus fregit prius
et dedit discipulis suis antequam confecit / et consecrauerit quod non videtur
esse credibile / quia si sic fecisset tunc videtur quod ecclesia errat que non frangit
prius quam consecrat / sed prius consecrat et post frangit / patet tamen sic quia quo-
niam christi actio debet esse nostra instructio et ita hoc sacramentum debet tractari
iuxta quod dominus tradidit / Si vero dicitur quod non per ista verba confecit / sequitur sacerdotem
quod aliud sacramentum quod ipse fecit et nos non sunt eiusdem racionis / quod est absur-
dum / patet tamen quia secundum magistrum sententiarum ad unumquodque sacramentum requiritur
debita forma ergo diuersitas forme diuersitatem introducit sacramenti / Propter ista
diuersi diuersimode loquuntur / Vnde primo quod christus benedixit panem dicunt quidam
quod panem benedixit . i. aliquod signum super panem non aliud verbum nobis inco-
gnitum expressit / et non sic benedixit . i. confecit non consecrauit / Sed huic
visioni videtur obstare ordo verborum / quia ut verba ordinabantur tunc videtur sequi
quod christus fregerit et dederit prius discipulis suis quam consecrauerit . quod non est credi-
bile ut probatum est / Et ergo alii aliter dicunt / quod benedixit tantum valet . i. conse-
crauit / et sic cum benedixit confecit / Et dicunt quod euangelista non seruauit
ordinem rei secundum quod a domino gesta est . prout fit in euangelistis / quod primo ponitur id
quod posterius factum est et econuerso quo neglecto ordine sic construunt Acce-
pit panem / et benedixit subaudiendum est dicens / hoc est corpus meum
et tunc fregit / et dedit et ait / accipite et comedite / et iterauit / hoc
est corpus meum / primo ergo ista verba ~~contulit~~ protulit / ut eis

formam conficiendi expungeret. Deinde protulit eadem verba ut apostolos for-
mam conficiendi doceret et eam eis traderet. Et sic iste videtur dicere plane
quod ista verba hoc est corpus meum protulit uno modo occulte et tacite,
secundo aperte et manifeste. Et secundum istum modum construxit litteram et
id Innocentius narrat. Sed de secundo an per ista verba hoc est corpus
meum confecit sicut et nostri sacerdotes, aliqui dixerunt quod Christus huiusmodi
excellentissimam potestatem in sacramentis et absque omni forma confecit
et postea hec quedam verba protulit aliis dando formam consecrandi. Alii
dixerunt quod confecit non sub hiis verbis sed sub aliis nobis ignotis
et intellectis permanentibus sub verbo benedixit. Ad primum videtur declinare
Innocentius dicens: Sane potest dici quod Christus virtute divina prius confecit
antequam verba illa protulit et postea formam expressit sub qua posteri
benedicerent. Ipse namque per se et virtute propria benedixit, nos autem ex illa
virtute quam indidit verbis. Contra hoc dictum Innocentii fortiter
instatur: vel Christus confecit cum verbis vel sine verbis. Si sine verbis
cum nos conficiamus cum verbis, sequitur quod sacramentum fuit primum et simplex
quod tradidit non sunt eiusdem speciei, quod totaliter videtur esse ab-
surdum. Si vero confecit cum verbis, vel quod cum eisdem ad quibus nos
conficimus vel aliis. Si cum eisdem, sequitur quod sub istis verbis confe-
cit et sub ista forma sicut nos. Si cum aliis, sequitur iterum diversifica-
tio sacramenti et nostri et sui quod in cena tradidit ut dictum est prius.
Ergo omnibus difficultatibus pretermissis dicendum quod Christus istis verbis hoc
est corpus meum confecit et consecravit et cum hoc per ea formam
consecrandi dedit. Sed propter argumentum in oppositum quidam dicunt
quod hoc pronomen dicens non solum secundum concomitantiam (nec solum respicit hoc
verbum dedit) sed respectivum secundum ad ipsum cum aliis predictis ut sit sensus: dominus
benedixit et fregit et dedit discipulis suis, tunc hec verba hoc est corpus
meum protulit et dixit. Et secundum hunc modum salvatur quod Christus solum
semel ista verba protulit. Vel secundum istum modum quod dicatur ordo fuisse
talis: accepit panem et benedixit dicens hoc est corpus meum, fregit
et dedit discipulis suis subaudiendo dicens accipite et manducate ex
hoc omnes. Solum hoc pronomen dicens reiterando vel quod ista eadem verba respiciat
scilicet fregit, dedit, benedixit. Sequitur fregit. Si secundum unum discipulorum
Innocentius querit quid Christus fregit et quid nos frangimus. Non potest dici
quod corpus suum, quod dicit Innocentius, quoniam credebat non tamen ledeba-
tur, et si fregisset lesum fuisset, nec nunc corpus eius frangitur quia
iam est impassibile. Ideo dixerunt quidam qui dixerunt quod sicut post consecra-
tionem vera accidentia panis remanent, scilicet albedo, rotunditas, sapor,
gravitas etc. Sic et vera substantia panis post consecrationem remanet et probat
sic ratione et auctoritatibus, quod sicut substantia manet non potest subsistere sine acci-
dentibus, quod accidentis esse est inesse, septimo metaphysice. Et contra
isti dicunt quod post consecrationem sub speciebus panis est simul substantia panis et verum
corpus Christi. Sic similiter sub speciebus vini est vinum et sanguis Christi.

fregit scilicet per contactum et [illegible] corpus Christi [illegible] fregit ad [illegible] voluntate debet frangi [illegible] ante passionem flagellis, in passione clavis, post passionem lancea [illegible] vero militis videns cum mortuum latus eius perforavit. Et ista una fractio fit tribus partibus [illegible] in [illegible] a palma [illegible] qui [illegible] in [illegible] tunica [illegible] ad hoc [illegible]

quorum unum probat sensus, et alterum credit fides. Hii tamen et inde
ad quorum quod substantia panis frangitur et atteritur dentibus etc. Inducentes ad hoc
auctoritatem beati Pauli prima ad Cor. x. dicentis: panem quem frangimus
nonne participatio corporis domini est. Hec opinio erronea est et omnino
falsa. Et ideo aliter est dicendum, quod post consecrationem desinit esse panis et
substantia panis, nec est ibi alius panis nisi caro Christi, que in nomine panis
per rationem methaphoram designatur, iuxta illud quod dominus ait: panis quem ego
dabo caro mea est. Item apostolus j ad Cor. xj: Quotienscumque mandu-
cabitis panem hunc. Unde beatus Ambrosius de conse. dis. ij. c. Omnia
dicit: licet in sacramento forma panis et vini videatur, nichil tamen aliud post con-
secrationem quam caro et sanguis Christi credendum est. Subdit: panem quem
in hoc misterio sumimus, illum intelligo panem qui in manu spiritus
sancti et utero virginis formatus et in ara crucis igne passionis decoctus,
et ut mirabilius loquar, non aliam carnem plane quam que nata est de
Maria et passa in cruce et resurrexit de sepulcro. Ex quibus patet quod post
consecrationem non manet substantia panis, quod declaratur sic rationibus: quia si
remaneret substantia panis, sacerdos non posset una die bis celebrare, et quod
in qualibet missa sacerdos peccaret mortaliter. Primum patet sic, quia sumpto-
do substantiam panis non esset ieiunus. Sed ad misse celebrationem requiritur
quod sit ieiunus ieiunio nature, ut patuit supra libro quarto [illegible]. Secun-
dum patet sic, quia post panem sumptum sumeret calicem et sanguinem domini
et sic sumeret sanguinem Christi non ieiunus, et per hoc peccaret mortaliter.
Et quod dicunt accidencia non posse subsistere sine subiecto, hoc est verum naturaliter,
miraculose vero remanent sine subiecto, quod patet, persuadetur ratione, quia forma
maiorem dependenciam habet ad ~~[struck]~~ materiam quam accidens ad subiectum, sed
forma subsistere potest sine materia, et maxime anima intellectiva que est
forma corporis humani ~~humani~~ humane [illegible], quia ex materia et forma fit unum
per se, et ex [illegible] et acquirente [illegible] per accidens. Sed hoc patet 2o de anima et 3o
ubi dicitur: separatur autem hic ab hoc tamquam perpetuum a corruptibili. Sed tunc
queritur quid frangit sacerdos in sacramento et frangit corpus. Dicendum est
quod forma et species panis frangitur, et sic solummodo species panis atteritur
dentibus. Et quia non quod omnia verba que significant corruptionem vel atte-
rationem et predicantur de eucharistia referuntur ad illas species quas videmus
et non ad corpus Christi, sed verba que notant acceptionem referuntur ad corpus
Christi. Consequenter cum dicitur corpus Christi frangitur, masticatur, dentibus atteritur,
dividitur, sensus est sacramentum, id est, [illegible] dividitur, frangitur sub qua est ipsum
verum corpus Christi. Similiter cum dicitur corpus Christi videtur, gustatur, sen-
sus est, id est, iste species videtur, gustatur, et non ipsum verum corpus Christi quod
ibi latet sub illis speciebus. Et etiam species per quas potest replere, saciare, vomere
et a mure vel alio animali corrodi, non autem ipsum verum corpus Christi. Quando
autem dicitur corpus Christi sumitur, accipitur, ab isto datur, isti, quia talia verba non
sunt corruptionis, ideo referenda sunt ad corpus Christi. Unde bene dicitur corpus
Christi sumitur vel accipitur, datur, non tamen illa species corporis Christi. Gregorius
quippe de conse. dis. ij. Ego [illegible] quod suspectus habetur de heresi, ne rema-
neret ambiguus, sub hac forma ad maiorem confessionem coram Nicolao papa

Et patet per ca. in quarto

tempum et tredecim episcopis confessus est / panem et vinum que in altari ponuntur post consecrationem non solum sacramentum / sed etiam sacramentum corpus et sanguinem Christi / et sensualiter non solum in sacramento sed etiam in veritate manibus sacerdotum tractari frangi et dentibus atteri / quod tamen non est intelligendum quod corpus Christi ita frangatur et dentibus atteratur cum sit immortale et impassibile / sed species sub quibus est verum corpus Christi et sanguinis dentibus atteruntur et franguntur / et queritur et quid fiat fractio vel attritio Versus [illegible] ostendit dicens Quando Christus manducatur reficit et non deficit / nec Christum manducantem partes de illo facimus / sed ipse in sacramento sit sicut est / Item et Christus carnalem sensum redarguit discipulorum qui putabant carnem eius sic carnaliter dividendam in partes et morsibus lacerandam ut dicit de conse. dis. ii Tamen manducatur / Sed quid si mus comedit hostiam consecratam quid comedit / vel quid manducat / Si sacramentum tamen quid comedit / Ad quod videtur Innocentius Sicut miraculo species panis convertitur in corpus Christi et incipit esse sub sacramento / Sic illud quod mus corrodit miraculose revertitur species panis et desinit esse corpus Christi / Cum enim aliud vel aliud ad brutum non est capax huius sacramenti / quia sacramenta sumuntur aut ad salutem / aut ad eternam dampnationem sumuntur / sed mus nullius illorum est capax et quod dictum est quod species panis revertitur / non est intelligendum quod eadem species panis valeret que prius desiit et transsubstantiata in carnem / sed alius miraculose de novo creata / Ita dicit magister exponens summam sacrificiorum / Et sic secundum prius dicta dicitur quod species minuuntur et corroduntur non autem corpus Christi / Unde statutum est in concilio [illegible] / Qui non bene custodierit sacramentum / et mus vel aliquod aliud animal illud comederit xl diebus peniteat / Qui autem illud in terram / aut per eius ceciderit et inventa fuerit xx diebus peniteat / Sequitur dedit / Solet hic queri quale corpus Christi in cena dedit discipulis suis / an mortale vel immortale / passibile vel impassibile / Innocentius videtur ergo divina sacramenta magis veneranda quam discutienda profitetur et simplicitati fidei rapius sufficit / Si dicatur quod tale dedit quale voluit / et rursus quale dedit ipse novit / Sunt tamen qui dicunt quod Christus dedit discipulis suis corpus immortale et impassibile / et hec dicunt / sicut idem pariter erat qui dabat et qui dabatur / ipse in eo quod dabat erat passibilis et mortalis / et in eo quod dabatur erat immortalis et impassibilis / sicut visibiliter gestabat et invisibiliter gestabat / Invisibilis inquantum ad formam Christi / non autem quantum ad speciem sacramenti / Nam in eo quod gestabat quod erat hic apparebat / In eo vero quod gestabat quod erat ipse non videbat / Et quod comprobatur quod mortalis erat non necessitate sed voluntate / In eo quod immunis erat ab omni culpa / liber erat ab omni pena / suscepit sponte mortalitatem / quod mortem sustinere volebat / Et si mortalitatem suscepisset omnino mori non potuisset / Per quod probatur quod mortalis esset non necessitate / sed voluntate qui voluit

Dicitur quid si mus corrodit

Consilium [illegible]

mortalitatem deposuit / et immortalitatem accepit / legitur enim in evangelio
quod dum iudei duxissent ihesum ad supercilium montis / ut precipitarent eum
/ ipse transiens per medium illorum ibat / cum esset ductibilis se sicut pa-
ssibilem teneri tollerabat / Sed cum esset precipitandus sicut impassibilis
per medium illorum ibat / Nam quatuor sunt proprietates corporis glorificati scilicet subti-
litas agilitas claritas et impassibilitas / Singulas has proprietates sibi et
sigillatim et divisim assumpsit antequam resurgeret ex mortuis nam corpus
glorificati induisset / Subtilitatem cum nasceretur ex virgine / quod transivit per
uterum virginis / non corrumpendo matris integritatem / claritatem cum
transfigurabatur in monte / agilitatem cum incedebat super mare / Sed im-
passibilitatem accepit cum manducaretur in cena / Sicut enim passibilita-
tem exhibuit in corpore immortali cum post resurrectionem ostendit manus et
latus / sic in corpore mortali signum impassibilitatis ostendit cum carnem
et sanguinem ante passionem in cena exhibuit / Et licet ista subtiliter sint
dicta / tamen contra ea oritur grandis difficultas quia posito quod aliqua pars sacramenti
per tempus mortis christi fuisset reservata / sequitur quod idem corpus christi simul et semel
iacuisset mortuum in sepulcro et mansisset vivum sub sacramento / et quod
idem corpus in ara crucis patiebatur et forma panis non ledebatur / Ergo aliter
aliter dicitur / Sicut innocencius salva fide et secundum magistrum iiij° sententiarum
et dis. quod christus tale corpus dedit discipulis suis quale habuit scilicet tunc scilicet
mortale et passibile / ergo dedit eis corpus mortale et passibile / tamen sub spe-
ciebus panis et vini non habebat se passibiliter / Et sic innocencius demum
videtur tacite tenere / quod dicit quod christus dominus in cena dedit discipulis suis corpus
passibile / ergo ledebatur per masticationem / demum unde videtur / licet christus passi-
bilis esset ratione humane nature / tamen non ledebatur ratione divine potencie / per quam
facere potest quicquid vult / Nunc autem a nobis sumitur immortale et impassibile / Ex
quo iam corpus suum est glorificatum / nec tamen nunc maiorem efficaciam
habet sicut nec maiorem potenciam / Et si dicatur quod sacramentum nunc et illud quod
dedit tunc / non esset eiusdem rationis / Dicendum quod solum differebat penes proprietatem acci-
dentalem scilicet passibile et impassibile / Sed ista diversitas non facit diversitatem
sacramenti / quia eadem materia sacramenti nunc sicut tunc / et eadem forma / et idem con-
tentum sub speciebus nunc sicut tunc / Sexto discipulis suis / Ad desi-
gnandum christi qui sunt discipuli christi / istud sacramentum digne percipiunt et non alii
Discipulus christi eris / si ea firmiter credideris / que credenda ostendit / quia multi abie-
runt retro / et iam non cum ihesu ambulabant / ex eo quod verbis eius non
crediderunt dicentes / durus est hic sermo / quis potest eum capere Iohannis vi°
Unde Bernardus in ser. de cena domini / nec hunc celestem panem potest digne
manducare / qui fidem katholicam voluit infirmare / Discipulus christi
eris si feceris ea que precipit / Sicut quod dominus dixit discipulis suis / vos amici mei
estis si feceritis ea que precipio vobis Iohannis xv / Cum mandatum domini non
ignorat / necesse est ut secundum illud vivere non negligat / Nam servus sciens
mandatum domini et non faciens plagis vapulabit multis / qui autem fece-
rit diviciis et honoribus ditabitur multis / discipulus ~~mereris~~ mereris esse
christi si in caritate fraterna fundaris / unde dominus dicit Iohannis xiij in hoc cognoscent

omnes quod discipuli mei estis si dilectionem habueritis ad invicem. Super quo dicit beatus Bernardus: In hoc enim discernuntur filii lucis a filiis tenebrarum, discipuli Christi a discipulis dyaboli. Si gremium caritatis invicem et ad omnes expanditur.
Hec caritas amica legis eterni non timet intrare ad deum confidenter. Hec intrat lectulum Salomonis, quiescere dedignatur nisi super pectus Christi. Si intrat
vos fiet domabilem hec regina virtutum, profecto cognoscetis omnes pusilli et magni quod vere estis discipuli domini qui caritatem ad hoc iam non est cuius
dedit ~~caritatem discipulus~~ mandatum caritatis discipulus. Nec huius scientie dignius preceptor. Et credite michi fratres si quis de hac scola Christi et doctrina spiritus sancti exierit et in hac doctrina non proficiat, absque dubio in eternum peribit.
Sed dubitatur utrum Judas cum aliis eucharistiam acceperit. De isto dubio controversia videtur esse inter evangelistas. Lucas ostendit Judam interfuisse cum aliis, et eo quod statim post donationem calicis traditorem commemorat dicens:
Hic est calix novi testamenti in sanguine meo qui pro vobis effundetur. Verumptamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Luce xxii. Quot autem
interfuerunt eucharistiam acceperunt, Marco testante: Et biberunt ex hoc omnes. Unde Augustinus quod ipse Christus preceperat testante Matheo: Bibite ex hoc omnes.
Sed in contrarium quod Judas non interfuit ostendit sic, quia secundum Matheum xxvi, ubi dicit bibentibus calicem: Non bibam a modo de hoc genimine vitis usque in diem illum cum bibam illum novum vobiscum in regno patris mei. Judas quoque non aderat quod cum eo non erat bibiturus in regno. Et
bibentium eo quod non excipiens ait: Pro vobis effundetur; sed alios multos excepit cum inquit pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Unde secundum Johannem cum Christus discipulis dixisset: Beati eritis si feceritis ea, statim excepit: Non de omnibus dico, scio enim quos elegerim. Et iterum: Vos mundi estis, sed non omnes. Item quod Judas non acceperat eucharistiam
videtur esse illud Johannis xiii: Cum ergo Judas accepisset buccellam exivit continuo, erat enim nox. Christus autem post alios cibos tradidit eucharistiam, testante Luca qui ait: Similiter et calicem postquam cenavit dicens.
Videtur ergo quod Judas prius exivit quam Christus tradidit eucharistiam. Relinquitur ergo dubium quod in isto casu sit tenendum. Innocentius videtur aliud forte esse tenendum sub iudicio aliorum. Evangelista quod Johannes commemorat, qui videtur innuere quod Judas antequam Christus tradidit eucharistiam exivisset et per quod non acceperit, quod ait Lucas post calicem commemorat traditorem per recapitulacionem fit intelligi, que sepe fit in sacra scriptura, ut quod prius factum fuerit posterius enarretur. Matheus enim hic duo ante festum pasche commemorat confusionem unguenti esse factam, Johannes autem ante sex dies pasche. Beatus Bernardus in sermone super cena domini exponit aliud quod satis facit eciam dicit: Quidam putant quod nec Judas Christi corpus accepit, sed est credendum quod iam omnibus distribuit sacramentum corporis et sanguinis sui, inter quos et Judas fuit. Et alibi dicit: O bone Jhesu, de una mensa comedunt Petrus et Judas, Petrus ad salutem, Judas ad dampnacionem. Et hoc plures inter expositorum concedunt. Sed de isto dicit Johannes quod Judas post intinctam buccellam accepit, continuo exivit. Videtur Augustinus de concordia evangelistarum quod corpus Christi prius erat

distributum antequam dominus panem unde intinctum porrexit. De ista buc-
cella sic intincta per hoc sit loquitur per buccellam intinctam exprimuntur
ficti claustrales et ficti religiosi. Multi enim sunt falsi religiosi et falsi consorti-
um putant religiosis communiter corpus dominicum accipiunt sed ab istis di-
scerni non possunt nisi per buccellam intinctam que est detractio murmura-
tio inobediencia vicium lascivia occulta peccunia et forte graviora peccata
qui talis est monachus non est immo iude traditori similis est. Si quis ergo
ille miser est timeat perpetrando quod fecit ne cum iuda traditore dampne-
tur. Pietas clamat hortando dicens: nos igitur qui sumus discipuli christi vi-
deamus ne panem intinctum comedamus, religionem quam tenemus
in veste servemus in mente, et sanctitatem qua foris exterior palleat
intus animus teneat ne in hora mortis exclamemus a deo reprobati in sta-
gnum ignis et sulphuris cum diabolo concremandi. Sicut dubium relinquitur
ex premissis quare medicus salutis medicinam dedit egroto quam scie-
bat ei esse mortiferam. Sciebat enim quod ad iudicium manducaret qui indi-
gne manducaret. Dicendum quod dominus fecit hoc sacerdotibus in exemplum
quod secundum innocencium sacerdos non debet negare illi eucharistiam quem
scit esse in mortali crimine dummodo illud non sit notorium vel manife-
stum ecclesie ne forte non sit corrector sed proditor. Amonere debet sacer-
dos eum ut non accipiat et si ille nolit desistere non debet ei denegare
quod peccatum eius est accipientis sed non dantis. Unde augustinus de conse. dis. ii. non
prohibeat dispensator pinguedines terre, peccatores mensam christi manducare
sed exactorem id est illum qui instanter petit moneat timere. Sed instatur
contra dicta: minus malum est reddi suspectum de crimine quam committere
crimen sed de duobus malis cum alterum urget minus malum est eli-
gendum. Igitur videtur quod discretus sacerdos negare debeat criminoso eucharistiam
ut sic minus malum incurrat ut maius malum devitet id est reddatur
suspectus ne manducet indigne. Unde innocencius cum nemo unum
peccatum mortale committere ne proximus aliud mortale committat eligen-
dum est potius sacerdoti non prodere peccatorem quam quod ille non peteret
sed ille communicandus potius debet eligere ut absumendo reddatur suspectus
quam quod manducet indigne. Et ulterius dicendum quod reddi suspectum in se
et intensive est minus malum quam committere crimen manducando indigne
sed extensive sive ad alios extendendo reddi suspectum est maius ma-
lum quam indigne manducare quod ex tali suspicione oritur scandalum ex quo
alii plures inficiuntur. Sed ulterius queritur an christus iude dedit eucharistiam
ad bonum vel ad malum. Et videtur quod ei dedit ad bonum quia aliter christus
sua intencione fuisset defraudatus quod teste propheta fecit universa que
voluit iudas enim non accepit ad bonum sed ad malum et tunc videtur
dedisse ad malum quod christus non est auctor malorum sed ultor. Re-
spondetur verissime quod si illa proposicio ad denotat intencionem vel affectum
falsa est proposicio. Si vero consecucionem vel effectum innuat vera est. Dubi-
tatur ergo an christus corpus suum tunc accepit in cena. Dicendum est quod
sic unde secundum versus: Rex sedet in cena turba cinctus duodena. Se tenet in manibus se cibat ipse cibus. Ipse conviva et convivium ipse cibus. Dicitur dominus et quod

comedit. Unde quidam versus metrice conscripti et sunt appositi in iure
canonico: Rex sedet in cena turba cinctus duodena; Se tenet in mani-
bus, se cibat ille cibus. Sed dubitatur quare dedit sibi ipsi corpus suum. Cum
corpus suum datur ad augmentum salutis et gratie, non ipse indiget salute
et gratia. Quare ergo sibi ipsi dedit? Dicendum quod Christus corpus suum in cena
sumpsit non quod indiguisset, sed aliis in exemplum. Licet non indiguerit,
sic et corpus suum sumpsit, ne alii corpus suum phorrerent. Sequitur:
Accipite et manducate. Dicit accipite et non rapite, quod est contra illos
qui cum viris non habeant illud sacramentum percipiendi ad hoc sacratum percipien-
dum accedunt, et isti vere rapiunt, quam accipiunt. Accipite, quoniam devocio-
ne et manducate cum veneracione, vel accipite per fidem et manducate
per caritatem. Manducate etc. non est intelligendum quod corpus suum de
manu domini sibi discipuli ministret, sed qui consecravit et ipse ministra-
vit. Et nota quod corpus Christi dupliciter manducatur, scilicet sacramentaliter et spiritualiter,
secundum quod duplex corpus Christi intelligitur: unum corpus verum quod traxit de
Maria virgine, et quod in cruce pependit; aliud misticum, quod est ecclesia spi-
ritu vegetata. De primo corpore dicit dominus: Hoc est corpus meum quod pro vo-
bis tradetur. De mistico dicit apostolus: Vnum corpus et vnus pa-
nis multi sumus, I Cor. x. Et illud misticum corpus comeditur
spiritualiter, id est in fide sub specie panis, in fide cordis. Spiritualiter manducat corpus
Christi verum, qui corde in caritate firmiter credit et adorat fideliter et reve-
renter Christum contentum in sacramento, etiamsi non sumat species. Sed sacra-
mentaliter manducat, quicumque corpus Christi sub istis speciebus recipit. De come-
stione sacramentali dicit dominus: Accipite manducate, hoc est enim corpus me-
um. Hoc facite in meam commemoracionem. Hoc modo scilicet sacramentaliter tam
boni quam mali manducant corpus Christi, sed boni comedunt ad salutem, ma-
li vero ad iudicium, nisi enim mali corpus Christi comederent, non diceret apostolus:
Quicumque manducat indigne iudicium sibi manducat et bibit, indigne non
diiudicans corpus domini. De spirituali comestione dominus ait: Nisi man-
ducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis
vitam in vobis. Hoc modo tantum boni comedunt corpus Christi. Et de eadem
comestione spirituali dicit beatus Augustinus: Ut quid paras dentem et ventrem?
Crede et manducasti. Quicumque credit in Christum comedit Christum spiritualiter, quia
incorporatus est Christo per fidem et membrum eius efficitur. Et si quis
iam fidelibus est aggregatus, et Christo per fidem et dilectionem incorporatus,
plus proficit in fide et dilectione, vel in veritate corporis eius firmi-
us solidatur, quod deus caritas est, et qui manet in caritate in deo
manet et deus in eo. Et nota quod differentia est in manducacione corporali
et manducacione ~~sacramentali~~ sacramenti huius, quod in manducacione
corporali illud quod manducatur incorporatur et qui manducat incor-
porat. Hic autem qui manducat incorporatur, et qui manducatur incorporat.
Unde dictum est Augustino: Cibus sum grandium, cresce et man-
ducabis me, nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue,
sed tu mutaberis in me. Et sciendum quod ista verba accipite et man-

ducatur nō sit de forma huius sacramenti sed ptinet ad dispensationem
et vsum huius sacramenti / Sequitur Et hoc omnes hoc nullus euuangelista addit
de corpore / sed de sanguine bene dicit ex hoc omnes / Et ab apostolis credit esse
additum / Sed dubium incidit / quare non dixit dominus / accipite et manducate
ex hoc omnes / cum videtur esse magis congrua locutio quod non ex corpore sed
corpus christi manducat / Et dubitatur quid demonstretur in hoc / cum
dicit manducate ex hoc omnes / Cum enim panem fregisset si demonstrabat
aliquod fragmentorum illud non debebant omnes comedere / cum singulis
singula fragmenta distribueret / Si demonstrabat corpus christi / nō poterat
ex illo omnes comedere / quod corpus christi non per partes manducatur / sed integrum
Qui videtur quod secundum regulam thitonii quod frequenter in sacra scriptura videtur
agi de vno / hic tamen agitur de duobus / ut est illud benedixit fregit et dedit /
benedixit panem / fregit formam / dedit corpus / Eodem modo cum dicit
manducate ex hoc omnes / pronomen hoc ondit integrum corpus / et prepositio
cio ex innuit formam divisam vt sit sensus Comedite corpus
meum sub forma divisa / Nam sola forma per partes dividitur et totum
corpus manducatur / Sequitur lectura alberti / xiiii pridie / etc hic
post sanctificationem hostie in qua consistit idoneitas tangitur de sacramenti
perfectione / habet autem duas partes / in quarum prima tangitur de perfectione sacramenti
corporis / et in secunda tangitur de perfectione sacramenti sanguinis / ibi
Simili modo etc / Circa primum octo hic inducuntur per ordinem in quorum primo tangitur
tempus quo christus hoc sacramentum celebravit / In secunda qualiter ad tactum
sacratum dignarum manuum materie sacramenti transsubstancialitatem
contulit / In tertia qualiter patri hoc sacramentum offerendum ostendit / In
quarta qualiter de tanto dono et beneficio gratias egit / In quinta qualiter benedictionem
omnis gratie in hoc sacramentum profluxit / In sexta qualiter ad merendum
surgens vniuscuiusque hoc frangendum significatur / In septima qualiter a discipulis
hoc sacramentum frequentandum esse instituit / In octava qualem formam
sanctificationis expressit / dicit ergo qui pridie id est priori die quam pateretur hoc
est feria quinta in nocte qua tradebatur postquam in pascate hoc est in sexta feria
patiebatur / In illa autem nocte luna fuit xiiii et non erat fermentatum in
domibus iudeorum ideo convincitur celebrasse in azimo / Exodi xii septem diebus
comedetis azima et non erat fermentum in domibus vestris / hoc enim etiam
convenit sanctificato i Cor v / Pascha nostrum immolatus est christus / itaque epulemur
non in fermento veteri neque in fermento malicie et nequicie / sed in azimis
sinceritatis et veritatis / De hoc tempore dicit apostolus i Cor xi dominus ihesus in ipsa
nocte in qua tradebatur / accepit panem / et gratias agens fregit / De secundo
dicit / accepit panem de frumento puro azimum / In tertia hoc est sanctificatas
ac venerabiles / propter puritatem manibus dignitatem / manuum suarum vt tactu
sacratum sanctarum et dignarum manuum / tali materie sacramenti conferret quod
in omni tempore in corpus christi substanciari posset / sicut ipse tactu suo mundissime
carnis vim regenerativam conferebat aquis / Etiam cum virtutem creata accipit
ad tactum creatoris / Et hoc significatum est Ioh vi vbi ihesus ad manus
accepit panes de quibus turbas pascere voluit / hinc quod est quod dicit Can
vi manus eius tornatiles auree plene iacinctinis / Tornatiles dicuntur

in omnem volubilem operationem / Unde aut(em) q(uia) in quibus ceterum operationibus
splendet virtus divinitatis mutatur divinitus / Omne quod tangit manibus / plene aut(em)
dicunt lacrimis / qui celestis est virtutis et caloris q(uia) in omnibus operibus celeste
indicat vitam et intencionem / Et elevatis oculis suis in celum celum e(st)
in quo oblationem istam semper in celum elevandam esse significat / q(uia) et ipse sa-
cerdos et hostia / sic pro nobis ad patrem in celum ascendit / Heb ix Non enim
in manufactis sanctis introivit Ihesus exemplaria verorum / sed in ipsum ce-
lum ut appareat nunc vultui dei pro nobis / et hoc est ad te deum secundum
humanitatem patrem suum secundum divinitatem / Omnipotentem aut(em) propter transsub-
stanciationis potenciam que in omni potencia dei radicatur / q(uia) sic dici-
tur Luc i Non erit impossibile apud deum omne verbum Et ideo dicit Iohannes xx
Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum deum meum et deum vestrum
Tibi gracias agens / quia tamen est gracias enim dignum fuit agere de tanto do-
no de tam excellenti gracia / de tanto efficaci cibo / de tam digno sacramento
Ioh xi Pater gracias ago tibi / q(uia) exaudisti me / ego aut(em) sciebam quia sem-
per me exaudis Philipp vl° Gracias deo super inenarrabili dono eius / Bene-
dixit / quantum est quod in sacramentum omnis gracie plenitudinem profluit ut
sic verum de sacrato quod dicit Eccli xliiii Benediccionem omnium gencium dedit
illi. Sicut hic quidam quod signo quidam manus benedixit Quidam aut(em)
quod verbo occulto quo et panem in corpus suum transsubstanciavit . Qui-
dam aut(em) quod virtute divinitatis sine signo et verbo transsubstanciavit / Sic et
corporalibus signis et verbis uti opus non habuit / Sic qui habet potestatem excel-
lencie et non sicut minister claves ecclesiarum / Sed quia nullum istorum probat
aliqua auctoritas / et prima exposicio dubium non relinquit / primum placet mihi
ista Deus enim benedixit dicit / qui graciam infudit / sic dicit Num vi Invo-
cabitis nomen meum super filios Israel ego aut(em) benedicam eis Ps Be-
nedicti vos a domino qui fecit celum et terram Et fregit postquam panem in corpus
suum transsubstanciavit / et hec fraccio est solum in formis sacrame-
talibus / et non in corpore Christi / hec enim specialis est fraccio in qua virtus
cognoscitur deitatis ut forma panis frangatur et corpus integrum rema-
neat Luc xxiiii Cognoverunt eum in fraccione panis / Hoc Ier petive-
runt Christum esurientes / Sic dicit Treni iiii Parvuli petierunt panem et non
erat qui frangeret eis / Propheta dicit quando hui ad istam fraccionem ante
Christum inventus sit in firmitatem / Cenac aut(em) fregit postremus ondet Dedit
discipulis suis dono dedit Math x Gratis accepistis gratis date / Sapie(ntie)
iii In dabit illi fidei donum electum et sors in templo dei acceptissima
Non aut(em) dedit nisi discipulis suis / significans quod indignus accedere non de-
bet I Cor xi Qui manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat
et bibit / Et eciam qui manducat et bibit indignus reus erit corporis
et sanguinis domini Et ideo indigno in confessione interdici debet
Sed si publice inter alios accedit / Sacerdos illi porrigat / quia nullum prodit
Sed ille sibi rapit / sicut Iudam diu inter alios accedentes non prohibuit
dicens / Accipite in officium Luce vicesimosecundo Hoc facite in me-
am commemoracionem Et manducate ex hoc omnes discipuli ut omnes
in incorporemini et spiritui meo sociemini / quia aliter non potestis deo patri offerri

vel 2m Alex' de halis 4a pte sue sume Adoro te dne ihu xpe qui p̄ amorem mei videre posti me quem credo esse sub hac spe quam video hic

forma consecrationis

Hoc est n. corpus meum. Ista e forma qua sacerdos consecrat qua dicis sacerdos debet uti et sic legit ayt xxvi et agaria viii et luce xxii viii an hac cum forma [illegible] in creatum [illegible] in vim creatum et sua invisibili potentia operatur transsubstantiacionem panis in corpus [illegible] et a principio [illegible] instituit et facta e [illegible] [illegible] [illegible] sic et sic hebreorum [illegible] [illegible] [illegible] et tunc fit elevatio, et [illegible] oratio: fac quesumus dne [illegible] hic [illegible] tuum te videntes et [illegible] at offre [illegible] tua sancta et nobis [illegible] hoc sacramentum, tuum [illegible] et devote videndo [illegible] et [illegible] credita sunt [illegible] tua que tu nobis dne [illegible] et [illegible] ardor caritatis tue quam [illegible] elevatio [illegible] ad effectum [illegible], et dulce dine tua, que [illegible] abscondita e [illegible] degustare, ut per hoc sanati [illegible] et [illegible] quos impediunt et retardant ad claritatem [illegible] visionem beatificam [illegible] vivis [illegible] hic [illegible] est et [illegible] [illegible] solent [illegible] [illegible] fiet vera consecratio [illegible] non [illegible] et foram [illegible] debet [illegible] dicens ut [illegible] sic [illegible] et fregit et dedit [illegible] discipulis suis [illegible] complete et manducate ex hoc omnes hoc est [illegible] [illegible] quod demonstrat [illegible] respondet [illegible] quem [illegible] intellectus et [illegible] pronome hoc fiat [illegible] demonstracionem ad intellectum [illegible] ad futurum [illegible] demonstrat aliquid e obiectum [illegible] ad [illegible] [illegible] obiectum [illegible] [illegible] sub hac visibili specie [illegible] ut [illegible] futurum e corpus meum et hoc e verum [illegible] ad sedam [illegible] [illegible] donatum [illegible] est [illegible] potest [illegible] referens [illegible] futurum [illegible] et ita [illegible] [illegible] villa [illegible] est vera [illegible] hoc [illegible] panis e corpus meum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] placiou [illegible] [illegible] corpus [illegible] obiecto fit [illegible] [illegible] hoc [illegible] est mortuum [illegible] platon [illegible] sit vivum et platon [illegible] sit mortuum [illegible] et quantum [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] absolute [illegible] [illegible] facit se absolute [illegible] [illegible] platon [illegible] [illegible] fiunt corpus [illegible] [illegible] corpus suum demonstrant et argumenta solventur [illegible] si opponitur de sacerdote qui consecrat [illegible]

Alex' de halis in quarta pte sue sume dicit quod hec oro hoc e corpus meum e significativa et operativa significativa [illegible] operativa ex forme sacramentalis [illegible] [illegible] in institucionem forme [illegible] [illegible] vero [illegible] [illegible] que e operativa [illegible] [illegible] [illegible] hoc e corpus meum hic e intellectualis demonstracio [illegible] [illegible] [illegible] declarat [illegible] petra e [illegible] hoc [illegible] non [illegible] petra [illegible] [illegible] [illegible] petra hec [illegible] non e [illegible] [illegible] ad intellectum [illegible] non [illegible] petra [illegible] petra [illegible] demonstracionem et [illegible] petra e [illegible] demonstrata petra [illegible] intelligere [illegible]

polin

29

Item

demonstracionem ad intellectum demonstratum per significatum proprie [illegible] duo in predicto pane [illegible] corporis et [illegible] corpus non sensibilis sed intellectualis [illegible] de demo[illegible] ista pane [illegible] proprie corpus [illegible] Hoc est corpus meum [illegible] est demonstracio significati proprie [illegible] petra [illegible] regula [illegible] intencio [illegible] [illegible] virtute verborum prolatorum panis mutetur in corpus [illegible] Hoc est corpus meum

principaliter respondendum [illegible] quod sacerdos [illegible] demonstrat [illegible] sacerdos [illegible] non [illegible] [illegible] est [illegible] Hoc est corpus meum [illegible] [illegible] sed [illegible] et de [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] dicit quod ista oracio Hoc est corpus meum sit demonstracio [illegible] ad [illegible] et [illegible] ad intellectum ita quod sit [illegible] est [illegible] est corpus meum [illegible] supra dictum est [illegible] dicit quod ista oracio Hoc est corpus meum [illegible] demonstrat corpus [illegible] non [illegible] parte [illegible] pronomen hoc sed [illegible] in qua prolata est completa tota oracio [illegible] sicut [illegible] Hoc est [illegible] tunc [illegible] [illegible] non demonstrat [illegible] tunc [illegible] hora [illegible] tunc est prolata et [illegible] videre [illegible] super [illegible] quod [illegible] oracio non causat conceptum ad [illegible] auditoris nisi fuit tota finita et prolata [illegible] [illegible] quod sit [illegible] ad dictionem [illegible] non causat aliquem conceptum nisi dicatur tota prolata [illegible] et oracio et consequenter dicit quod [illegible] pronomen hoc demonstrat corpus [illegible] et sic oracio non causat [illegible] perfectum nisi tota finita et prolata ita ista [illegible] est [illegible] Hoc est corpus meum nisi oracio tota finita et prolata [illegible] dicit quod [illegible] oracio Hoc est corpus meum [illegible] pronomen hoc demonstrat corpus [illegible] [illegible] tota oracio [illegible] fit demonstracio ad intellectum [illegible] [illegible] est dictum [illegible] quod sacerdos non profert [illegible] Hoc est corpus meum [illegible] sed [illegible] quod hoc pronomen hoc demonstrat [illegible] corpus [illegible] ad tota [illegible] forme Hoc est corpus meum non quod prolato solo isto pronomine hoc [illegible] sit corpus [illegible] prolata tota forma [illegible] prolacionem istorum verborum sit transsubstanciacio ad quam ordinatur precedencia [illegible] sanctus Thomas in [illegible] [illegible] notat [illegible] quod forma [illegible] differt a formis aliorum sacramentorum [illegible] quod forma aliorum importat usum materie forma vero istius sacramenti importat [illegible] que consistit in transsubstanciacione [illegible] sacerdos [illegible] [illegible] istud sacramentum non [illegible] actum [illegible] prolacionem verborum [illegible] [illegible] quod forme aliorum sacramentorum proferuntur ex persona ministri [illegible] [illegible] [illegible] forma est notandum quod hec forma est forma [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mutacionem [illegible] [illegible] [illegible] designat materiam et non [illegible] [illegible] designat mutacionem [illegible] est sufficiens [illegible] [illegible] Hoc corpus [illegible] designat corpus [illegible] quod [illegible]

[illegible] non habeat suam completionem [illegible] pronomen hoc demonstrat panem [illegible] transsubstanciandum [illegible] [illegible] est sufficiens [illegible] [illegible] [illegible]

